ythology Photography Fiction Fishi
Christianity Art Cooking Essays
ddhism Freemasonry Medicine Biol
Music Ancient Egypt Evolution
Geography Physics Dance Geology
Mathematics Fitness Shakespeare
Marketing Engineering Commerce
Immortality Biographies Poetry
Psychology Witchcraft Electronics
Chemistry History Law Accounting
ilosophy Anthropology Alchemy Dra
Quantum Mechanics Atheism Sexu
onal Health Ancient History Crimi
Entrepreneurship Languages Sport
Paleontology Neuroscience Islam
Metaphysics Investment Archaeology

www.forgottenbooks.com

Copyright © 2016 FB &c Ltd.
All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, distributed, or transmitted in any form or by any means, including photocopying, recording, or other electronic or mechanical methods, without the prior written permission of the publisher, except in the case of brief quotations embodied in critical reviews and certain other noncommercial uses permitted by copyright law.

T 616-28

PAVLI AEGI

NETAE, MEDICI CLARISSIMI,

Libri Septem, quibus dextra medendi ratio ac uia tam in Diætetico, quàm Pharmaceutico & Chirurgico genere compendiò cõtinetur, Per ALBANVM TORINVM Vitodurensem partim recogniti, partim recens latinitate donati.

PAVLVS AEGINETA

DE SE.

Nos lege qui magni cupis aurea scripta Galeni,
Tramite difficili non remorante sequi.
Illius æquarunt immensa uolumina uires,
Omnia sed cursu nos breuiore damus.

Cum Annotationibus non pœnitendis in calce, &
INDICE *accuratißimo*
in fronte.

UNIVERSIDAD CEN
BIBLIOTECA
FACULTAD DE MEDIC

BASILEAE

M. D. XXXVIII.

INTERPRETATIO DE SEIPSA.

Quæmodo manca fui, nec tornata omnis in unguem,
Exterſi labes quas habuiſſe pudet.
Nam prodire foràs propero dum candide Lector
Prob fuit hæc melior forma relicta domi.
Qui natam [illegible] *poterat odiſſe, renatam*
Ex quo inſpice, eris æquior inde mihi,
Et feret ALBANVS *punctum, ſi conferar ipſa*
Cum tam mendoſa candide GVINTERII.

ILLVSTRISSIMO

SVMMÁQVE VENERATIONE DIgnißimo Principi ac Domino, D. MATTHAEO, Romanæ Eccleſiæ TT. Sancti Angeli Diacono Cardinali, Archiepiſcopo Iuuauienſi, & patriæ ſeruatori, &c. ALBANVS TORINVS Vitodurenſis S.

QVVM ſuperioribus aliquot annis, omniũ primus grauiſſimũ pariter & difficillimũ artis Medicæ autorem PAVLVM AEGINETAM, latio iure, per Appollinem & Panaceam, αὐτοχεδιάσι donaſſem, MATTHAEE Cardinalis, ac Princeps omnium clariſſime, multumq; mecum ac diu conſideraſſem noſtrũ hoc, ut doctiſſimum, ita et naſutiſſimũ ſeculum, meamq; ingenij & eruditionis exilitatem, quo ſcilicet, operi tam grandi, multisq; nominibus obſcuriſſimo manus admoliri auſus fuiſſem, hæſitabam, expaueſcebam, & ab æditione abſterrebar, ſiquidem haud erã neſcius, quàm egrè cauillis, mordicibusq;, carituru eſſet, quicquid hoc ſcripti genus, calumnię præ cæteris obnoxium, in lucẽ prodiret, miſera hac præſertim cõditione temporũ, in quibus uel doctiſſima quæq;, non ſatis à diuerſis hominum iudicijs tuta ſunt. Tutelari itaq; numini quodam mihi opus eſſe credidi, ſub cuius laribus, ueluti aſylo, ſecurus ancipitẽ æditionis aleam experirer. Occurrit, quanquam non ſine προδιώκτῳ, R. C. T. optimis auibus, tuo ſiquidem ſub phano tranquillus interim, atque tutus delitui: etſi benè multa fuiſſent, fateor, reprehenſione digniſſima, quæ à me inconſulta feſtinatione parum diligenter animaduerſa, & inconſideran-

tius multò, quàm huius ſeculi iudicium poſtulabat, effuſa. Illuſtriſs. tamen C. T. nimirum autoritate & fulgore deterriti maſtiges inuidentiſſimi, ne hiſcere quidem auſi contrà fuerũt, excepto illo neſcio quo, cuius hallucinationum in uergendo non eſt numerus, licet cęca Φλωτία manticę in tergo quod eſt nõ uideat: Ipſe quidem errores meos nunquam diſſimulaui, imò in caſtigationibus noſtris, mox à præcipiti AEGINETAE editione euulgatis, haud mediocri eius in lucem æditi, pœnitentia ductus, ingenuè confeſſus ſum. Quocirca arrhabonis loco lectori ſtatim candido caſtigationes, in quibus pleraque ad fidem reſtituta erant, communicaui, ut ſecundæ propemodum editionis uice eſſent, quouſque ſub incudem & cenſurã deintegrò liceret, opus uniuerſum, ſatis incultum reuocare, ut adhibita tandem acriore lima, denuo exiret elimatius & locupletius. Fuit hic primigenius noſter fœtus, adeò inuenuſtus, ut ſæpius optarim, uel non ita natum, uel ſtatim abolitum. Sed quia uotis eiuſmodi nihil proficitur, reuocatus ad cunas, ut matureſceret magis, non ſecus atque Bacchus apud poëtas, fœmore utcũq; meo refotus, denique renatus eſt, ac procedit in lucem. Faxit Deus Opt. Max. ut Muſis propitijs & Gratijs bene iuuantibus. Volui autem R. C. T. nominatim, Sereniſſime Princeps, hoc opus in ſempiternum eſſe dedicatum, multis ſanè nominibus, ſed præcipuè quod proximam æditionem, non ſatis elaboratam & mancam pro ſingulari humanitate adeò non faſtidierit, ut etiam quaſi gratam, hilari & exporrecta fronte acceperit, & meum hoc quale-cunq; obſequium, ueluti rem honorificam fuiſſe, duxerit. Id quod non ornatiſſimæ, immenſa C. T. beneuolentia, ampliſſimiſq; ſpebus refertæ, ſolum teſtantur literæ, ſed πὰ ἀπειρέσια, auri & argenti δῶρα,

quæ

quæ in me beneficè effudisti, innuunt. Testatur & prædicatio, quæ, tanquam aliquid glorioſi acceſſiſſet, apud alios non dubitauit extollere, meq; adiuuando, ornandoq; nihil reliqui facere. Nouo per CHRISTVM bonitatis tuæ documento, ex qua uel una re liquidò conſtat, quanta fortunã hanc humanitate temperes, qui non Princeps ſolum, ſed extra aleam etiam, haud Epiſcopus tantũ, uerùm Archiepiſcopus, & Cardinalis, hoc eſt, unus è pauciſſimis, in quibus ueluti neceſſarijs quibuſdam cardinibus Romana uoluitur ac ſuſtinetur Eccleſia, tantum abeſt, ut è ſublime interim, exilitatem ullius frugis, uel infimæ cõditionis, nedum eruditione aliqua aſperſum deſpicias, ut etiam in ſinũ humaniter ſuſcipias, fauore prouehas, munificentia excites, dignitatibus exornes. Prætereo reliquas C. T. præclaras animi uirtutes, prudentiam, magnanimitatem, integritatem, atque admirandam erga omnes manſuetudinẽ, liberalitatẽ quippe nemo eſt qui nõ ſentiat, ſanctitas, cui CHRISTI gloria nihil antiquius, omnibus conſpicua eſt, iure igitur ab omnibus celebraris, ſalutaris quidã bonorũ portus appellaris, & ad ſummam poteſtatem Pontificiam, optaris. Sunt qui te ob hæc officia, hanc pietatem, ſanctiſs. uirorum Calendario, immortalium heroum albo inſerendum cenſeant. Sed cymba admodum ficulnea, laceris rudentibus, ueloq; carbaſeo intenta laudum tuarum æquor, ne in portu impingam, non ingrediar: neque enim pro tempore eſt, & candor magnificentiæ tuæ, quamlibet laudem exuperantem exiſtimat, quod caput inſtituti eſt potius inculcabo, ut pro Clementia tua, pro benignitate, & animi tui claritudine hoc qualecunq; munuſculum fronte ſerena accipias, & animo, ut ſoles, magnifico tuearis AEGINETAM longe omnium clariſſimum

Medicinæ autorem, ex ſqualido tãdem nitidulum, ex ineffigiato formoſum, ex mendoſo emaculatũ, ex mutilo integrum. Siquidem non multa ſolum, amputauimus, mendas exterſimus, & potiora ſubſtituimus, ſed etiam uniuerſum uolumen Sextum, ut præſtantiſſimum, ita & obſcuriſſimũ adiecimus. Taceo quod paſſim totq; ac tãtos Græci exẽplaris, quod in transferendo unicum ſequuti ſumus, undique deprauatiſſimi, errores, ceu Augiæ ſtabulũ expurgauimus, ita ut medicorum res publica plus nobis debeat, quòd AEGINETAM utcũq; emendatum, quàm quòd latinitate donatum, noſtro beneficio habeat. Nec inuideo, ſi alius meliorem codicem nactus plura reſtituat, mutet, &, quo nihil magis inuotis eſt, ſuppleat. Tua interim R. Sublimitas, hiſce meis uigilijs, Archipræſul magnificentiſſime, & Principes illuſtriſſime hanc nominis ſui uſurpationẽ cõtra uituligatorũ morſus clemẽter indulgeat. Nos pro ſeruitio & gratitudinis ſymbolo, omnibus neruis conabimur, diuinum illud pectus manſuetudinis tuæ, literatis huiuſmodi officijs ſubinde demereri. Quod Deus Optimus Maximus ſubleuandis rebus mortalium, pietatisq; ac literarum omnium ſtudijs prouehendis, quammaximè longæuum eſſe uelit, & felicißimum.

Baſileæ Idib. Martijs. Anno M. D. XXXVIII.

REVEREN

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, ILLVSTRISSIMOQ; Principi ac Domino, D. MATTHAEO, Rom. Eccleſiæ TT. S. Angeli presbytero, Saliſpurgenſi Archiepiſcopo, ſummo ſtudiorum Mecœnati, & incõparabili noſtræ ætatis decori, ALBANVS TORINVS Vitodurenſis S. D.

NON hanc Celſitudini tuæ lucubratiunculã noſtram, ILLVST. PRINCEPS, quaſi tuis tam arduis (clauo Chriſtianæ cymbæ incumbente) ſtudijs dignam offerimus, ſed quò uigilijs noſtris ex inſcriptione clariſſimi nominis tui, gratiam aliquam, põduſq;, & claritatem conciliemus. Vnde enim gentium maiorem nanciſci poterint autoritatem, unde lumen quæſo ſplẽdidius indipiſci, quàm ab eo, qui ampliſſimo uirtutum faſtigio inter mortales, ueluti inter ignes Luna minores, excellit? Hiſce enimuero coloribus nuper te mihi plurima de T. R. C. auidiſſimè (guſtum nanq; heroicarum antè tuarũ uirtutum acceperam) percũtanti totum geſtiens, ardenti oratione depinxit Io. Honterus Coronenſis, uir eximiè litteratus & candidus, qui nobis præſulem optimũ, eundemq; Principem cum primis illuſtrem, non minus integritate morum, quàm fortunæ dignitate clarum, ingenij felicitate, corpore etiam ad omnem uirtutis uſum functionemq; affabrè ſculptum, ante oculos ponunt. Omitto quæ cum ille laudum tuarum præco, tum conſtans etiam fama uel ad cœlum uſque extollunt, fidem imitatione dignam, & perpetuis honoribus illuſtrandam: Conſtantiam qua uel. Q. Scæuolam, uel Metellum etiam, Numidicum anteis. Taceo probitatem, qua non es Catone inferior: Prætereo pietatem, qua Aeneæ non cedis: Tranſeo præſentiſſimum in rebus agendis, quo uel Neſtora uincis, conſilium, ſimplicitatemq; columbinam cum ſerpentina prudentia coniunctã, quæ ſic declinat iniuriam, ut ipſa neminẽ afficiat iniuria. Splendorem in priuatis nõ attingo, liberalitatem erga benemeritos, & ad ſubueniendum honeſtis omnibus promptitudinem cum reliquis dotibus, ne harenas numerem, miſſam facio. Illud mihi multò maximum, magisq; ſtupendũ uidetur, quod ſolus ferè ex omnib. uel certe ex pauciſſ. unus Germaniæ præſulibus exiſtis, qui intelligat, quantò ſit anima corpore præſtãtior tantò magis animi, quàm corporis eſſe bona affectãda: quæ ſola nulli fato obnoxia, lethum uerè dicuntur perimere. Cernis pro tua ſingulari prouiden-

tia

ſia te demum hac ratione mortalem ſuperando conditionem numini poſſe coniungi, & hac demq; uia honeſtiſſimum cunctis mortalibus exemplum de te relicturum, quo nomine literas tanto ſtudio proſequeris. Quemadmodum enim animus ipſe æternus eſt, ita & hæ animi ueræ imagines, immortales exiſtunt. Quas tu Germaniæ phœnix unice, tàm intentis neruis extollere conaris, ut ad eas non ſolum ipſe reipub. Chriſtianæ negociorum fluctibus inuolutus, imò propemodum obrutus, ocio oblato, recurras, ſed earundem etiam candidatos, ſummis honoribus extollas, maximis præmijs inuites, munificentia demerearis, humanitate ineſces, comitate allicias, dignitate tuearis, ſplẽdore illuſtres, & quamliberaliſſimè denique foueas. Vnde eam nominis celebritatem conſecutus es, ut nemo ſit uſpiam è ſtudioſorum cohorte, qui te non politioris modò literaturæ Mecœnatem, uerùm aſylum etiam prædicet, nomenq; tuum ut ſacroſanctum tantum nõ adoret. Quid? quod aulam tuam nobilibus ingenijs patentem, ornamentis alioquin omne genus ornatiſſimam, uiris eruditione uitæq; ſanctimonia iuxtà præditis ita condecoraueris, ut præ hac nõnullæ etiam frigeãt (prob dolor) Academiæ? Felicia profectò ingenia, quibus ſuarum uirtutum intelligens ac fauens contigit Princeps, terq; quaterq; beatus Princeps, qui eo regni ſui molem moderatur tempore, quo rerum geſtarum iſtiuſmodi queat habere teſtes, qui magnas uirtutes, bonorumq; glorias immortales, & (ut ſummatim perſtringam) famæ diuturnitate non indigna facinora, ſuis coloribus graphicè depingere, Principis memoriam quammaximè longam efficere poſſint. Ex quorum albo, ut cæteros non tam eruditione quàm uirtutibus claros ſilentiò præteream, exiſtit Phillippus Gundelius Patauienſis (οὗτος γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων) *Poëta, dij ſuperi quàm felici ingenio, quàm acri iudicio, quanta diſciplinarum ſcientia, quanta humanitate demum præditus, cui carmen utraq; lingua feliciter ſcribenti aſpirat Appollo, Muſarum chorus arridet: et Orator appoſitè & eliganter, ubique Rhetorica ſubſeruiente, diſſerens: ita quidem, ut breuiter uberrimum facundiæ horreum appellari poſſit: Iuriſconſultus perſpicaciſſimus, qui alterũ, uno uerbo, Scæuolam præſtet: eiuſmodi uiro utitur* T. R. S. *conſiliario. Tales pluſculum dignationis, ornamenti non parũ, honeſtamẽti plurimum epiſcoporũ aulis conferre ducis. Quæ ſingula, ampliſſime præſul, primarium quendam Muſarum cultorem, ac ueluti incomparabilem antiſtitem, ueraq; nobilitatis, quæ in ſola uirtute poſita eſt, clariſſimum exemplar arguunt. Sed nolo tanti heroïs decorum in præſens, ut dixi, catalogum pertexere, quæ laudem tantum nõ omnem ſuperare, argumento eſſe abunde magno id poteſt, quod laudatiſſimis ſapien-*

Gundelius Poeta, Orator, Iureconſultus.

pientiſſimisq;,ac omniũ ſeculorũ memoria dignißimis Ro. Imperij Principib. CAROLO Auguſto,necnõ germano eius fratri FERDINANDO Regi, cum primis gratus. κὴ ἐκ τῆς λαρδίδος φίλτατος ſit: quibus uel placuiße ſumma utiq; laus eſt. Hæc raptim curſimq; percurri, non hercle palpandi,auramue captandi gratia,ſed ut alij de R. C. T. exemplum capientes, ad uerum uirtutis cultum incitentur. Nunc ſe ad autorem conferat oratio. PAVLVS ille noſter AEGINA Græciæ ciuitate natus, Vlyßæo à iuuentute animo præditus, non tam iugi uariarum urbium, morumq; mortalium deſiderio, quàm indefeſſo quodam cognoſcendæ artis medicæq; materiæ ſtudio allectus, permultos etiam remotißimos mundi tractus, præter Græciam omnium artium parentẽ peragrauit. Quod ipſus de ſe breuiter & elegantißimè binis ſenarijs, quos operi ſuo ueluti inſcriptionis loco præfixit,inſinuat: Paulus Aegineta.

Παύλος πόνον μὲ γνῶθι τοῦ γῆς τὸ πλέον
Διαβαμόντος, φύντος ἐκ γῆς Αἰγίνης.

Vbi itaq; maximã orbis partem perluſtraſſet,Pæoniæq; artis res abditas,cum omnibus Medicinæ myſterijs, curioſa quadã obſeruatione undiq; indagaſſet (animum enim cum cœlo trans mare currendo mutare ſtuduit) & diſciplinas omnes calleret ad unguem, morborum cauſas & indicia, medicaminumq; nõ tam rationem quàm experientiã quoq; ad amuſſim perſpectas innumerato haberet, maturo iam grauiq; iudicio, Principis medicorũ HIPPOCRATIS & GALENI,cuius abbreuiator eſſe uidetur,Oribaſij item & aliorũ ueterũ monumenta euoluit,apumq; more ex ſingulis ſuccolentiora quæq; decerpens, uaſtum illuà Apollineæ artis mare ab alijs diffuſe plauſtralib. libris comprehenſum: dij boni,quàm Laconica,quàm diuina quadam breuitate,ſummo cum ordine,tum artificio, ſtilo emũcto,multaq; uerborũ cõcinnitate, in ſeptẽ uolumina quaſi in compendiũ redegit,in quibus Medicinã,per Apollinem omnem nõ pluribus,nõ pauciorib. quàm res ipſa poſtulare uidetur,cõplexus eſt. Quemadmodũ enim corporis alimentũ ſi immodicũ, euacuationẽ efflagitat: ſin minus quàm natura ferat,macilentiam cõciliat: moderatũ uerò bonã corporis habitudinem inducit: Ita doctrina animi cibus, pauciorib̃us uerbis, quàm opus eſt tradita,parum erudit,pluribus implicat,arcet, et deterret: mediocribus autem recte inſtituit. Nullum ferè in hoc ſcriptore uerbum ocioſum,meros dicas aphoriſmos, quoniam ubiq; pauciſſimis uerbis plurimum comprehendit ſententiæ. Haud igitur iniuria occines, πολλὰ μὲν ἀλλὰ μάλα λυγίως. Illud ego Medicinæ candidatis polliceri ausim, longè plus ſolidæ doctrinæ paucis mẽſib. ex accurata AEGINETAE lectione

reportaturos, quàm si plurib. annis inexhaustos aliorũ cõmẽtarios legẽdo repetant. In quo sanè trãsferẽdo laboris mihi plurimũ fiut subeundũ, Græci exẽplaris ut unici, ita et fœdißimis mendis inquinatißimi, uitio. Principio cũcta ferè per uniuersum Græcũ uolumen habentur confusa, absq; diastolis & punctis, uel ijsdẽ omnino præposteris, quæ sententiã cõmutare, amphibologias ciere, labyrinthis interpretẽ, uel ingenioßimũ inuoluere in cõfesso est. Quot ubiq; uerba, et sententiæ nõ raro, trãspositæ? binæ iden ditem aut ternæ uoces in unã coaluerũt, sæpicule duarũ partes, uocib. ita laceratis, ut sæpius ne uestigiũ quidẽ Græci relinquatur uocabuli, tot passim lacunæ, ut Delio natatore sit opus potius q̃ interprete. In summa, singulis penè uerbis hærendũ, subsistendũ, & diuinandũ. Ah quoties cum talibus monstris cõgreßi, exclamauimus: Οἵῳ μὲ ὁ Δαίμων τίρατι συγκαθιῖρξεν. Non deerũt tamen, sat scio, exãtlatis tot sudoribus zoili, atq; utinã nõ adeò multi: Siquidem nullũ scripti genus obtrectationi adeò obnoxiũ esse uidetur, atq; ex linguarũ tralatione cõstãs: nã idiotis etiã procliue est, alia tanquã parũ luculenter, alia quasi perperã reddita arrodere. Eruditis quædã ceu oscitãter, quædã ueluti impropriè & parũ elegãter tralata (sicuti τὸ μὴ μάθαμι ἀεὶ ῥέοντ' ἔπειν ἢ μιμνήσκῃ) sugillare, & qulibet aliâs idẽ se, philautiæ uitio, elegantius præstare potuisse sibi pollicetur. Sed inaniũ hominum coaxationẽ prudentis est cõtemnere. Occurret aliquis forsan, qui culpabit Musam nostrã Caricã, Philologis me transtulisse hæc, nõ logophilis respondeo: Alijs elocutione quidẽ, fide uerò & integritate nemini cedere. Alijs uidetur dictio exanguis, talis est genij abiecti. Alijs minimè picturata, arguit ea hominẽ minimè delicatũ. Reprehẽdar ab alijs quod stilus omnino sibi uideatur dißpar, his inquã, nos sæpius inuita Minerua nũc alacriores, nũc triστiores calamũ arripuisse. Neq; enim cõtinuò, sed subsultim, medẽdi studio, negocijs cũ publicis, tũ familiaribus districtos, maxima tẽporis angustia, ad prælorũ clepsydrã hæc, qualiacũq; sint, exaraße. Quid quod interdũ laborib. ita cõfectis, ut nobis ipsis molesti essemus, pẽsum tamẽ quoquomodo fuit absoluendũ, proinde nõ mirũ si turbidior quandoq; fluat oratio. Fuit q̃dẽ AEGINETA Orobasio nõ multo posterior, Aẽtio aũt Amideno paulò uetustior, aut cõtemporaneus. Cæterũ quia summũ medicum summi quoq; Principis nomine illustratũ, in lucẽ procedere conueniebat, tu mihi Illustriß. Princeps, hoc ipso nomine primus occurristi, cui opus hoc consecrarẽ. Siquidẽ quicquid ornamenti in tã multis orbis procerib. cõsistit, in C.T. ubertim confluit. Suscipe igitur antistitũ splendor, & seculi tui decus hylari fronte munusculũ hoc literarium. Sic enim nõ mihi modò ampliora ædendi animum eriges, sed etiam alios ad plurima, quæ R.C.T. magis illustrẽt, scribẽdũ excitabis. Vale, Basileæ. Calẽd. Mart. An. M. D. XXXII.

RERVM AC VERBO
RVM MEMORABILIVM LO
CVPLETISSIMVS
INDEX.

A

Abdominis uulnera. 386
Abies. 476
abraſa. 277
abrotanum. 451
abſceſſus. 372
abſceſſuum apertio. 281
abſceſſus externi. 280
abſceſſus uteri. 237
abſinthium. 465
Aceratus GALENI. 599
acetum ſcillinum. 558
acetabulum. 496.636
achras. 465
achoræ. 118
acimon. 47
acinorum uuæ nuclei. 471
acinos. 456
aconitum. 344.456
aconiti ſumpti remedium. 344
aconitum lycoctonum. 456
acopum lyſiponium. 617
acopum Baſilij. Ibid.
acopum Azanitæ. Ibid.
acopum barbaricum. Ibid.
acopon pæcillum. 616
acopū ἀλλο ἰλάτης GALENI. 618
acopum ex atramento ſcriptorio. 619
acopon Bromium. 616
acorus. 456
acrides. 456
acrochordanes. 363
acte. 456
Adarce. 453
adeps. 54
adiantum. 453
adipes. 528
adipariones. 296
aduſtio per medicamenta. 360
Aes uſtum. 606
ægilops, oculi. 366
ægyras. 453
ægyptia ori inſeruiens. 587
ænantharia. 623
æquinoctium autumnale. 62
æquinoctium uernum. Ibid.
ærugo. 484.606
æris obſeruatio. 26
æs uſtum. 537
æſtu affecti. 23
ætonichum. 453
Agaricum nigrum. 350
agaricum. 452.543
agallochum. Ibid.
ageratum. 452
ageratus. 503
agglutinamenta oculorum. 590
agglutinatoria. 581
agnos. 452
agreſte fœniculum. 484
agreſte porrum. 459
agroſtis. 452
Aiuga. 538
Alopetia. 112

aiozoon. 453
alabaſtrites. 503
alana. 470
alarum graueolentia. 190
alauda. 496
albor oui. 540
albutum. 464
alcea. 457
alcyonia. Ibid.
alga. 537.468
alica. 49.540
alimentanum uires. 45
aliſma. 472
allium. 48.527
alobecię cura. 113
aloë. 457
aloë maraſmum facit. 106
alopex. 458
alphi atri. 273
alphi candidi. Ibid.
alphi candidi. 274
alui excrementa. 81
alui obſeruatio in febribus. 107
alumen. 529
altea. 456
altercum. 535
alterci uenenum. 342
aluum ſalis ſubducentia. 24
alipon. 457.545
alyſſon. 458.545
Amarantum. 458
ambe. 459
amblyopia. 157
ambroſia. 458
ambuſta. 276
ambuxus. 492
amilum. 459
amiontos. 458
ammos. Ibid.
ammoniacum thymiama. Ibid.
amomum. 460
amor inſanus. 138
amorge. 459
ampelitis. 470
ampelos agria. 459
ampelos melæna. Ibid.
ampelo praſum. Ibid.
amphisbenæ morſibus. 333
ampoleleuce. 459
amurca. Ibid.
amygdalinum. 623
amygdala. 52.459
amylus. 49
amythaonis ad angylas. 596
Anagallis. 460
anagynus. Ibid.
ἀνακολλήματα. 587
anaſarca. 216
anchilops. 152
anchuſa. 505.452
ancylium. 369
ancylogloſſum. Ibid.
andrachne. 460
andrachoſis. 157
androſarces. 460
androſæmon. Ibid.
anemone. Ibid.
anetum. 98
anethum. 460
angina. 173
angiologia. 356
angyloſis. 315
ani fiſtulæ. 406
animalium partes. 54
animalium uentris tria genera. 316
animi defectio. 108
amirrhinum. 461
ani inflammatio. 229
ani excreſcentia. Ibid.
ani præcidentia. 231
ani Eryſipelas. 229
anodinum. Ibid.
anonis.

anonis. 461
anorexia. 103.192
anorexiæ ſubſidium. 7
antera ad rimas calcanei. 52.60
antherum. 576
anthemis. 538
anthillis. 461
antias. 173
antidotorum differentia. 554.
antidotus ex ſanguinibus. 557
antidotus mithridatica. Ibid.
antidotus Atactos. 567
antidotus è piperibus. 554.
antidotus Agapeti podagrica. 5
antidotus ſotira. 560
antirrhinum. 461
antrax. 279.288
anus imperforatus. 409
Aparine. 461
apes. 328
apetitus auerſio. 192
aphace. 465
apharatus crocomagmatis. 570
aphonitron. 465
aphroditarium. 575
aphonitron. 465
aphroſelinos. 504
aphtha. 10
apios. 461
apium. 524.47
apium grande. 484
apium ruſticum. 476
apium montanum. 514
apochyma. 907.461
apocynon. 461
apollinaris herbæ uenenū. 342
apomel philagrij. 581
apophlematiſmus. 124
apoplexia. 159
apoſyrmata. 278
apum ictus. 328
Aqua mulſa. 58
aqua marinus. 482
aqua. 535
aquæ metus. 325
aquæ. 27
aquæ inter cutem eductio 384
aquæ frigide uenenum. 350
aquaticum piper. 535
Arabius. 403
arachne. 461
araneæ ictus cura. 329
araneus. 461
arbutus. 493
arceuthos. 462
archigenis Hiera. 557
arctium. 462
arcion. Ibid.
argemone. Ibid.
argenti ſpuma. 502
argentum uiuum. 535
argenti uiui uenenum. 349
Ἀργιμόν. 154
aridum ad cicatricem. 304
aridum Maſſaliotæ. 576
aridum medicamentum. 301
aridum pſilothrum. 577
aridum cephalicum. 575
aridum diacrocu. 589
ariobarzanium. 594
armeniacum. 462.504
armenia. 51.470
arnabo. 462
arnogloſſum. 462
arquatus. 220
ariſaron. 462
arſenicum. 463
ariſtalochia. 462.544
ariſtophanium mollificans. 596
arraba. 636
arteriæ quid. 71
artemiſiæ. 463
arteriarum inciſio. 356
arthridis. 251

articulorum tensio. 375
arros. 463
arum. 462
Asarum. 463
asbole. Ibid.
ascarides. 20.30
ascalabotes. 463
asclepias. Ibid.
ascyrrhon. Ibid.
asselli. 442
aspalathos. 464
asparagi. 48
asparagus. 463
asphodelus. 464
aspidis morsus. 335
aspaltus. 464
asplenum. Ibid.
astaphis. Ibid.
aster magni. 587
aster Atticus. 464
asthma. 179
astragulus. 464
Athanasia anodina. 554
athena ad hulcera sordida. 595
atheromata. 296
atticus aster. 288
atraphaxis. 464
atramentum scriptorium. 507
atramentum metallicum. 506
atramentum sutorium. 537.606
atramentum Indicum. 506
atriplex. 47.464
attritus cura. 260
attara. 453
attractylis. 464
atrophia. 158
Auditus grauitas. 164
auditorŋ meatus imperuiŋ. 367
auditus grauis cura. 19
auena. 50.453.468
aures. 54
aures calculosę. 163
aures fractæ. 165
aures uerminosę. 163
auribus incidentia. 367
aurium sonores. 164
auris collisa. 423
auricula muris. 457.510
aurium tinnitus. 164
aurium dolores. 161
aurium sordes. 163
aurei floris planta. 477
aurium phlegmone. 163
auricularia. 162
aurium puerorum uitia. 11
auripigmentum. 463
auripigmenti uenenum. 349
aurugo. 221
Axillæ adustio. 387
axungia. 255

B

Balanus myrepsica. 465
balaustium. Ibid.
bacchiras. Ibid.
baium malagma. 612
balenæ. 57
balnea. 28
balote. 466
barba Iouis. 540
balsamum. 466
Βασιλικὸν τετραφαρμακόν. 591
basiliscus. 336
batis. 497
batrachium. 466
batrachi. Ibid.
batrachus. 172
batrys. 467
batus. 466
Bdellium. 466.608
Bechicum. 178
bechicum ex styrace. 560
bechium. 467

beta. 46.532
betonica. 446
Bilis effuſio. 195
biſacutum. 47.471
bitumen. 464
Blata piſtrinaria. 525
blitum. 47
Bolus armenus. 470
botrium. 154
bouis oculus. 468
Brachium fractum. 428
branchus. 175
braſſica. 46.497
braſſica canina. 461
brathy. 468
bretanica. Ibid.
bromus. Ibid.
bronchocele. 763
bruchi. 486
bryonia. 459.468
bryon thalaſſion. Ibid.
bryon ſiue ſplarechnon. Ibid.
Bubo. 287
bubonocele. 223.398
bubonium. 467
bucellatus catharticus. 547
buccina. 490
buccinæ. 56
bugloſſum. 467
bulbi. 48
bulbus eſculentus. 467
bulbum. 481
bulbus uomitorius. 467.511
βοὸς λιμὸς. 104
bulla. 519
bunium. 467
buphthalmum. 468
bupreſtis. 380.467
buxea ſpina. 505

butyrus uel butyrum. 467

C

Cacabum. 529
cacalia. 486
cachexia. 215
cadmia. 485
Cælia. 492
cæpæ. 48.498
Calamagroſtis. 486
calamintha. Ibid.
calamus aromaticus. Ibid.
calcis uenenum. 349
calculus. 205.391
calidæ & ſiccæ naturæ. 34
caliumares. 534
calli. 261.240
calli excreſentia. 435
caluuries. 112
calx. 533
cameratio. 418
campana. 476
campæ. 486
cancanium. 485
cancer. 290.382
cancri fluuiatiles. 487
cannabis. 486
canina appetentia. 104
canopon. 486
canum morſus cura. 328
cantharides. 340.486
capillatio. 418
capillim tinctura. 115
capilli cirrati qui fiant. Ibid.
capillorum denigratio. 114.115
capillorum extenuatio. Ibid.
capillorum conſeruatio. 114
capillorum auctio. Ibid.
capita Smaridum. 490
capitis dolor ex ebrietate. 121

capitis dolor ex æstu. 120
capitis dolor ex frigore. Ibid.
capitis dolor. 119
capitis dolor per cõsensum. 121
capitis dolor ex bile. 121
capitis dolor ex ictu. 122
capitis formatio. 35
capparis. 47.487
cappito. 56
capnos. 487
caput muris. 490
caput lacertæ. Ibid.
caput milui. Ibid.
capita menedinum. Ibid.
carbunculi breues. 289
carbunculi pudendorũ. 290
carbunculus. 288
carbunculi diuturni. 289
cancanus. 485
carcinoma. 157
cardamus. 487
cardamomum. Ibid.
cardiogmi cura. 6
carduus. 526
carduus albus. 538
caricæ. 51
caris. 487
caries lignorum. 523
carnes anserinæ. 53
caron. 48.487
caros. 127
caro strutochamelina. 153
caro leporina. 54
caro bubula. Ibid.
caro ceruina. Ibid.
caro gruum. 53
caro suilla. Ibid.
caro caprilla. 54
caro ouilla. Ibid.
caro hircina. Ibid.
carpesiæ succus. 344
carpesium. 488
cartilaginei pisces. 57
carya. 488
caryophyllon. Ibid.
caseus. 56.534
cassia. 488
castoum. Ibid.
catagmaticum. 604
catagmaticũ ad fracturas cum uulnere. Ibid.
cataplasma ad ignem sacrum. 286
cataphora. 99.608
catapotia ex oleo. 546
catapotia ad tussim. 177
catharrus. 175
catharri cura. 176
catochos. 80.129
caucalis. 489
cauda equina. 484
caudatio. 460
Cedrus. 489
centhri morsus. 334
centhros. 489
cencunculum. 472
centaurium maius. 489
centaurium minus. 544
centipes marina. 526
cepæa. 490
cephalęa. 122
cephalalgia. 119
cera. 490
ceramium. 635
cerasa. 51
cerasia. 489
cerastes ictus. 335
ceratoria. 489
ceratum ad Erisipelata. 286
ceræ proportio ad oleum. 605
cerebellum chelidonis. 475
cerebri cuiusuis temperamenti notæ. 36
cerebri temperati notæ. 35

cere-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

clauus. 155
clematitis. 492
clinopodion. Ibid.
clysterum usus. 25
clyphoides. 563
clystere uesicæ. 390
Cnicus. 492
Coagulum. 521
coccus baphicus. 493
coccus cnidius. Ibid.
coccymelea. Ibid.
cochiliæ. 496
cochleæ. 56
coeliaca affectio. 196
colica. 201
colliquatio. 98
collyrium cleonis. 587
collyriũ ex succo fœniculi. 588
collyrium uino exceptum. 589
colly ἀπὸ ἀποβαλσάμου. 588
collyriũ ex duob. lapidibus. 589
collyrium Illambonis. 584
collyrium indolorium. 149
collyrium sarcoticum. 309
collyrium diamanira. 156
collyria. 581
collyrium λιὰ βαλαύστου. 584
collyrium diarhodon. 587
collyrium chiacum. 591
colocynthis. 493.543
colocynthe. 493
colon. 201
colophonium. 526
colus rustica. 464
coma. 129
combustio capitis. 354
comarus. 493
commi. Ibid.
commitialis. 132
cõmunis uenenatorũ morsuũ
conchylia. 492
cõcretio calli, membrorũ distor
colla. 493
(cura. 324
(torũ. 543
conditum calculos atterens 565
condylomata uteri. 400.9
condylomata ani. 409
cõfectura ex coronopodio. 548
confectura ex marrubio. 560
confectio Anethina. 615
congius. 636
conia. 493
conion. 499
conos. Ibid.
consolida maior. 530
contra raucedinem. 178
contusa. 293
conuulsio gluuiei. 143
conuulsio linguæ. Ibid.
conuulsio uocis. Ibid.
conuulsio uesicæ. Ibid.
conuulsio. 293.144
conyza. 494
copros. Ibid.
copton. 614
cor. 54
coracum ex aceto mulso. 596
coralium. 495
cordis temperaturæ. 38
cordis affectus. 187
cordis palpitatio. 188
coriandrum. 496
coriandro infectis. 345
corianon. 496
corion. 496
coris herba. 495
coris cimex. 495
cormulaca. 533
cornicis pes. 496
cornu. 489
coruus 496
coronopus. 496
(18
corpori odoris gratiã inducẽtia
corporis calorẽ emẽdãtia. Ibid.
corydos. 496
coryza. 175

coryza infantium. 9
coſtæ. 426
coſtus. 496
coſtus. Ibid.
coxæ luxatio. 443
coxarum aduſtio. 404
coxæ affectus. 249
coxendicis curatio. Ibid.
coxendix. 427
Crama. 308
crambe. 497
crania. 496
cratęogonos. 497
creta ſutoria. 506
crethmon. 497
cretica. 470
crinos. 497
crimnon. Ibid.
crithe. Ibid.
crocinum diarhodum. 587
crocodili ictus. 336
crocodilium. 497
crocodilus. 526
crocus. 498
crommyon. 698
Cubitus. 430
cubitus prolapſus. 440
cucumis. 50.525
cucumis Sylueſtris. 525
cuminum. 498
cunila. 494
cupræſſus. 499
cucurbita. 50.493
cucurbita ſylueſtris. 493
cucurbitularum impoſitus. 380
cutis obturatio. 15
cutis denſatio. Ibid.
Cyamus. 498
cyanos. Ibid.
cyathus. 636
cyclaminos. 497
cydonatum. 562
cygnarium. 591
cynosbatus. 499
cynocranbe. 461
cyma. 48
cypariſſus. 499
cyphoides alexandri. 564
cypros. 499
cytini. 304
cytiſum. 499

D

Ades. 472
D damaſcena. 52.472
damaſſonium. 472
daphne arbor. 473
daphne herba. Ibid.
darti. 393
daucus. 48.493
Decretoriæ notæ in principio morbi, malę. 69
decretorij dies boni. 68
decretorij dies malis. Ibid.
deiectiones. 82
Δειπνοσοφισται. 612
delphines. 57
dentes quaſſati. 170
dentifricium. Ibid.
dentes dealbans. 171
dentitio infantium. 9
dentium euulſio. 369
dentium ſmegma. 171
dentium referuatio. 19
dentium ſtupor. 171
dentium cruciatus. 160
dentium inflammatio. 170
dermata cattymata. 473
derma probati. Ibid.
deſtillatio. 175
defeſſio. 175
Dięta cuiuſuis anni temporis. 29
diæta uitæ negotioſę. 30
diæta nauigantium. 31

dieta uiatorum. 30
dictamnus. 473
dies decretorij. 67
difficultas meiendi. 210
digiti adnati. 381
dionysia. 281
dionysias. 473
diospolites. 562
diphryges. 474
dipsas. 333
dipsacon. 474
Δὶ ἁλὸς ἄνθους. 604
Δὶ αἰγείρου. 618
διὰ βακαίνου hepaticum. 564
diabetæ. 210
διὰ γ πεπέρεων. 562
διὰ γλεύκους. 587
διὰ γύρεος. 592
διὰ ξεμάτων. 584
διὰ τῆς. 567
διὰ ἡριγέροντος. 594
διὰ καρύων. 587
διὰ κεράτος. 586
διὰ κιννάβαρεως. 603
διὰ κιτρίου. 562
διὰ κοραλλίου. 566
διὰ κωδειῶν καὶ ἐψήματος. 559
diacodium compositum. Ibid.
διὰ λεπτοκαρύων. 603
διὰ λιβάνου. 575.586
διὰ λίθου ἀσίου ἄνθους. 603
διαλθής. 587
διὰ λυκίου. 563
διὰ μέλιτος. 591
διὰ μόρων. 586
Δὶ ὀξελαίου. 596
dia oxymyrsinis. 576
Δὶ ὄμφακος. 611
Δυοστρέων. 575
διὰ πρασοσπέρμου. 565
διὰ πυῤῥανοῦ. 593
diarhodon Nili. 588
diarhodon album. 587
διὰ σκόρδων. 593
Διάσμυρνον. 585
διὰ συκαμύου ὀποῦ. 600
διὰ σφλέκλης. 575
διὰ τηκολίθου. 566
Διὰ τυπαίνης 603
διὰ τοῦ αχάτου. 595
διὰ τοῦ βησασὰ. 587
διὰ τοῦ λιθοσπέρμου. 565
διὰ τραγημάτων. 566
διὰ τριὼν πεπέρεων. 562
Διύδρεσ. 584
διὰ χαρτοῦ. 576
διὰ χόλου τήλεως. 587
διὰ χύμου τῶν ῥοῶν. Ibid.
διὰ ὤχρεις 601
Dolor. 97
dolor capitis febricitantium. 99
doloris species. 97
doracea. 51
dorichnium. 346
dorycnion. 474
dosithei catapotia. 564
dothien. 288
dothiene emplastrum. 592
Drachma. 635
dracontium. 474
dracunculus. Ibid.
dracunculi. 321
dropax. 615
drapax Gallus. 618
dryinus. 333
dryotperis. 474
Dulcis radix. 471
dysenteria. 198
Dyspnæa. 179
dysuria. 210
δυσῶδες. 614
δωδεκάθεων 560

E Benus. 474

ebiscus.

ebiſcus. 456
ebulus. Ibid.
ebur. 476
Ecchymomata. 293
echidna. 479
echinaſtrum. 469
echinus herba. 479
echinus terreſtris. Ibid.
echinus marinus. Ibid.
echion. Ibid.
ecpieſmus. 160
ectropia. 152
Elaphoboſcos. 476
elate. Ibid.
elaterium. 52.350.476.543
elatine. Ibid.
elea. 475
eleæon. 475
elçomeli. 476
eleoſelinon. Ibid.
electrum. 481
elenium. 476
eleliphacus. Ibid.
elephantus. Ibid.
elephantiaſis. 265
elephanticorum uictus. 267
ἔλλος. 155
elymus. 477
Embole. 612
emmoton. 261
emperron. 477
emphyſemata. 151
emplaſtica. 308
empla. διὰ λιχτάμνυ. 595
empla. barbarum. Ibid.
empla. ex plumbagine. 596
empla. δι ἀλῶν. 602
empla. hederaceum. 594
empla. Melinũ Serapionis. 599
empla. Neronis ad plagas. 598
empla ex fermento. 592
emplaſtrum botanicum. Ibid.
empla. Italicum. 604
empla. trophoſarcoticon. Ibid.
empla. δι ἀίρων. 600
empla. λίχωμον. Ibid.
empla. Indicum. Ibid.
empla. ex cinere aſpidum. Ibid.
empla. διὰ νίτρου. 601.602
empla. ex metallicis. 599
emplaſtrum cicatriſans. 304
emplaſtrum ex ſucco. 592
empla. διὰ στυφνυς. 602
empla. λιχχόσυς. 595
emplaſtra. 590
empla. Macedonicum. 601
empla. διὰ ψιμίθυ. 595
empla. διὰ σάκτυς. 602
empla. GALENI. 604
empla. διὰ σχεδίυ. 592
empla. διὰ σφοδίλων. Ibid.
empla. διὰ ἰτίων. 598
empla. ex dracunculo. 594
empla. Nicolai ἴναμον 598
empla. δι ἀλθαίας. 593
empla. pompholygeron. 596
empla. Macherionis uiride. 602
empla. aniceton. 599
empla. διὰ λυχνίδος. 595
empla. phœnicine. Ibid.
empla. διὰ λυδρίας. 601
empla. διὰ λυσίμαχυς. Ibid.
empla. paula. Ibid.
empla δι ἀνεμώνης. Ibid.
empla. Mnaſæi diaphoreticum. 594
empla. entaticum. 604
empla. Chryſe enæmos. Ibid.
ἐμπροσθότονος. 145
empygema. 184
Enæmon. 594
encanthis. 154
encanthides. 363
encephalum lagoi. 474

enneapharmacus. 628
enterocele. 22.396.3.135
enula. 476
Epar. 54
ephemeron. 479.345
ephialtes. 137
ἐπίκαυμα. 154
epimedion. 477
epimelis. Ibid.
epinyctidæ remedium. 276
epinyctides. 275
epipactis. 478
epiphora. 149
epiplœterocele. 387
epiplocele. Ibid.
epiſpaſticum. 282
epithema. 609
epithrymbrom. 544
epithymum. 544.477
epomphaleon. 551
epulis. 363.171
Equiſetum. 484
Erebinthus. 478
eria rhypari. Ibid.
ericæ. Ibid.
erigeron. 482
erinaceus. 479
erinos. 478
errhinum. 123
eruangina. 514
eruca. 479.47
eruca pitiarum. 341
erucæ olerum. 486
eruiliæ. 50
eruptio. 310
eruptio ſanguinis renum. 209
eruptio ſanguinis narium. 103
eruum. 514
eryngium. 482
eryſimum. 479
eryſipelas. 127.279.285
eryſiſceptrum. 464
erythrodanum. 478
Eſdra πολύχρηςος. 561
Eunuchi faciendi ratio. 399
euzomon. 479
eupatorium. Ibid.
εὐῶλις 612
euphorbium. 479
Exanthemata. 275.117
exanthemata puerorum. 9
exciſio 418
excreſcentias concudens. 575
exercitationes. 12
exercitationum genern. Ibid.
exercitationis uocis uſus. 14
expreſſio. 418
exuſtionis medela. 276

F

FAba. 50.498
Facei uitia. 168
falſo dictamnum. 540
fames uaccina. 104
fames Saguntina. Ibid.
fœniculum agreſte. 484
faui. 118.405
fauus. 297
fœmina filix. 481
fœminarum pregnantium uictus. 6
fœminarum pregnantium caſus Ibid.
fœnicylum. 506.484
fœnogrecum. 50.532
febris ardens. 90
febres putridę. 84
febris eryſipelatoſa. 90
febris hectica. 91
febris hepialos. 88
febris peſtilentialis. 94
febrium rhigores. 100
febris continua. 89

febris quotidiana. 88
febris tertiana. 85
febris ſemitertiana. 92
febris Quartana. 87
febrium diariarum cura. 83
febrium frigores. 100
fel. 539
felis morſus. 330
fœmor. 432
ferę lichenæ. 271
fermentum. 480
ferruca. 278
ferrum. 525
ferula. 511
ferulago. 482
fœtuum extractio. 402
fex uini. 534
Ficus.. 51.118
ficus arbor. 530
ficus fructus. Ibid.
ficus Aegytia. Ibid.
ficus terræ. 464
filicula. 519.474
fiſſio. 418
fiſtula. 308
fiſtulæ. 405
fiſtulæ ani. Ibid.
Flauum Medic. 575
flos æris. 538
Folium. 506
formica. 412.278
Fractura. 263
fractura in capite. 417
fracturarum differentiæ. Ibid.
fracturæ uulneratę. 433
fracturæ non occaleſcentes. 435
fraxinus. 507
frictionum genera. 13
frictio præparatoria. 12
frigidæ & humidæ. 34
frigidæ temperaturæ notæ. 33
frigore affecti. 23
frontis inciſio. 783
fructus arborei. 51
fructus. fugaces. 50
Fuligo. 502
fuligo pictorum. 463
fumaria. 487
fumus terræ. Ibid.
fungi. 510.49.347
furfuraceo. 117
furunculus. 283
fuſcendinis remedia. 19
fuſus agreſtis. 464

G Agates. 503
gala. 468
galactites. 502
galbanum. 608.537
galeritæ. 496
galla. 490
Gangilis. 472
ganglion. 279
ganglium. 366
gangrena. 285
gangrenæ auxilium. 290
galion. 469
galypſis. Ibid.
garus uel garum. Ibid.
rũ terra. Ibid.
Geminalis. 514
geniſta. 528
genitalium hulcera. 227
genituræ nimietas. 22
gentiana. 469
genu luxatio. 442
genuum patella. 422
geodes. 503
geranion. 469
geras ophios. 471
ges entera. Ibid.
Gigarta. Ibid.
gingidium. 471.47
gingiuarũ infantiũ prurirus. 9

gingiuas reſtringens. 171
gingiuis exeſis. Ibid.
Glabreta. 153
glabricitas. 112
gladiolus. 512
glandes. 53
glandium uſus. 25
glandula. 64.544
glans unguentaria. 465
glaucium. 471
glaucoma. 159
glaux. 471
glechon. Ibid.
gleucinum embole. 611
gleos. 471
globuli ex ligno maceris. 566
gluten. 493
glycea. 167
glycyrhizon. 471
glycyſides. 472
Gnathalion. Ibid.
Gone ad concipiendum. 629
gonorrhea. 225
Gramen. 452
Gramen arundinaceum. 486
grandis rumex. 484
granum gnidium. 493
granum tinctorium. Ibid.
grauedo. 175
gruina herba. 469
Gummi. 493
gutta. 459
gutta ammonica. 608
gutturis incaſio. 372
Gypſum. 472
gypſi uenenum. 348
gyris. 472

H

Habitum calfacientia. 18
Hhaginon. 47
halatia purgantia. 548
hales. 456
halinium. Ibid.
halos achne. 457
Halos anthos. Ibid.
harena. 458
harmation. 588
harmenia catagmatica. 599
Haſtula regia. 464
hæmorrhus. 333
hæmorrhagia uteri. 233
hęmorrhoides. 230.408
hæmodia. 171
Hecatõbe ad cicatrices craſſas. (586
hedera. 491
hedera terreſtris. 538
hedioſmon. 480
hedricum. 229 (229
hedricũ ad inflãmationes ani.
hedychroi præparatio. 554
hediſarum. 480
hedyſmata. 477
helichryſon. Ibid.
heliotropium. 481
helleborine. 478
helleborus. 542.477
helleborus melas. 542
helleborũ quib. ſit exhibendũ.
helxine. 477 (553
hemiectum. 636
hemina. Ibid.
hemionitis. 481
hemiplexia. 139
hepar Mergi. 482
hepar aſini. 481
hepar lacertæ. Ibid.
hepar capræ & capri. Ibid.
hepar Apri. Ibid.
hepar lupi. Ibid.
hepar rabioſi canis. Ibid.
hepatici. 212
hepiali ethymon. 89
hepſema defrutum. 480
herba appollinaris. 535

herba

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

hypothetum. 574
hypoſpagmata. 151
hyſſopi liqdi præparatio. 605
hyſſopum. 536

I

Aſpis 502
Iaton. 622
Ichthyocolla. 485
iceſios ad ſtrumas. 598
icteros. 220
idea radix. 483
ἰδρὼς. Ibid.
iecoris oppilatio. 214
iecoris aduſtio. 383
iecoris eryſipelas. 213
iecoris temperaturæ. 39
iecoris inflammatio. 212
Ignis aduſtiones. 276
ignis ſacer. 285
Ileos. 204
illecebra. 532
Imberbes ſeruantia. 222
impetigo. 270
imporentia genitalium. 227
impuberes ſeruantia. 222
Inapetentia. 192
incrementa carniũ in hulcerib. (301
incubi. 137.
indicus lapis. 504
inflatio. 292
inflammatio quid. 279
inflãmatio cerebri & membranæ. 421
inguinalis. 464.467
inſtauratio cruris. 433
intemperiei corporis notæ. 33
intẽperantiæ frigidę correctio.
intemperantiæ ſiccæ. Ibid. (42
intercus. 216
intertrigines fœmorum. 10
inteſtina. 54
inteſtinorum leuor. 196
inteſtinorum tormina. 198
intubum. 46
intybus ſyluatica. 492
Iocinoris affectus. 211
ion. 483. ios. 484
irion. 479
iris ſylueſtris. 512
iris. 484.574
iris Illyrica. 544
iſaris. 584
iſcæ. 383
iſis cruentis dicata. 595
iſopyron. 485
Itea. Ibid.
Ixia. 345
ixos. 483
Iudiacus lapis. 502
iuguli cura. 437
iunci odorati flos. 531
iuncus quadratus. 499
iuncus rotundus odoratus. 531
iuniperus. 462

K

Κίρρὸς ἰόκνος. 591
Κοίλωμα. 154

L

Abra lacerata. 172
labrum Veneris. 472
labruſcæ flos. 512
lac. 468
lac caprillum. 55
lac ouillum. Ibid.
lac creantia. 8
lac diacochleon. 56
lac fiſſile. Ibid.
lac quomodo corrigendum. 8
lac quomodo examinandum.
lacerta. 523. (Ibid.
lactiporatio. 55
lactis coagulari uenenum. 348
lactis elixatio. 55
lactuca. 46.483
ladanum. 500

lagophthalmus. 360
lagopos. 499
lanæ ſuccidæ aut ſordidæ. 478
lanceola. 505
lapathon. 500
lapides. 502
lapides in Argeo Cappadocię. 505
lapis è pulmone eiectus. 181
lapis ſpecularis. 528
lapis ophites. 503
lapis aſius. Ibid.
lapis Hieracites. 504
lapis ſciſſilis. 502
lappa. 512
lappa minor. 462.484
lappago. 484
lapſane. 500
laſerpitium. 525
laſſitudinum ſpecies & cura .15
lateritius dolor. 186
latyris. 500
latyrides. 543
laurea herba. 473
laurus. Ibid.
Leæna deſiccans. 600
leæna metraſyncritica. Ibid.
legumina. 50
lemnia terra. 469
lemneſtis. 618
lens. 50
lentes. 536
lenticula paluſtris. 536
lentiſcus. 531
leontopetalon. 500
lepidium. Ibid.
lepis. 501
leporarius affectus. 360
leporinus pes. 499
lepra. 269
lepus marinus. 341
letargus. 127
leucas herba. 502
leucacanthon. Ibid.
leuce. 272
λευκὸς ἰὸς. 591
leucoion. 502
leucomata. 156
leucophlegmatias. 216
leui raiæ. 57
Libanotides. 501
libanotus. Ibid.
libanotus & manna. 608
libanum. 586
libellæ. 57
libra. 635
librarium. 507
licaon. 138
licanos. Ibid.
licantropia. Ibid.
licantropos. Ibid.
licops. 452
lichne. 500
lichena. 270
lichenes caballorum. 500
lien. 54
lienis affectus. 218
lienis durities. 220
lienteria. 196
lentigines. 168
liguſticum. 502
lignys. Ibid.
liguſticon. Ibid.
lilini præparatio. 621
lilium. 497
lilium ſylueſtre. 481
limaces. 496
limonium. 500
lingua. 54
linguæ ſcabrities. 105
lingua bubula. 467
linguæ tumor. 172
linctus ex marrubio. 560
lini ſemen. 504

linoſpermon. 504
linozoſtis. 504
lippitudo. 148
liquidum Eraſiſtrati. 590
liquidum ἀλὸς ἀφυκαλίδος. Ibid.
lithargyros. 502
lithi. Ibid.
lithoſpermon. 504
litrum. Ibid.
liuoris remedia. 19
lixiuium. 493
Locelli. 54
locuſtæ. 456
lolligines. 57
lonchithis. 505
longanonis reſolutio. 143
lotium. 515
lotium proritantia. 24
lotos herba. 505
lotus arbor. Ibid.
Lumbrici. 316
lumbrici lati. 319
lumbrici terreni. 741
lumbrici teretes. 317
lupinus. 482
lupus. 56
lupini. 50
luxata. 293.436
luxati artus. 316
luxatio cum hulcere. 447
luſcioſi. 161
lutum Aegyptium. 469
Lycapſos. 505
lychnis. Ibid.
lycion. Ibid.
lycopſis. Ibid.
lygos. 452
lyſmachium. 505

M

Macedonicum. 601
macer. 505
maciem inducentia. 31
mecilentiam reficientia. 32
madaroſis. 153
magnes. 403
magnites. 503
maiorana. 458.523
maius fabium. 539
mala. 508
malabathron. 506
malache. Ibid.
malagma. 609
malagma ex ſpirathis. 614
malag. Curei. 613
malag. polyarchij. 620
malag. Oribaſij. 613
malag. Antylium. 615
malagma apollophanis. 624
malagma erythrium. 613
malagma Nili. Ibid.
malagma citrinum. Ibid.
malagma GALENIVM. Ibid.
malagma ἀπὸ σπερμάτων. 614
malagma philagrianum. 610
malagma ἐκ σικύων. 614
malagma ἀπὸ σαμψύχου. Ibid.
malagma ἀπὸ λαφνίδων. Ibid.
malagma ἀπὸ μιλιλώτου. 610
malagma ἀπὸ γιγάρτου. 61
malatiæ cura. 7
malleoli luxatio. 44
malua. 46.506
malus. 533
malus præſica. 508
malus Armeniaca. Ibid.
malum terrę. 544.462
malum granatum. 522
malum punicum. 492.522
mammarum uitia 189
mammarum tutela. 190
mammillæ. 54
Mamiras. 506
mandragora. Ibid.
mandragora pota. 344
mania.

mania. 135
manna. 506
manus ſumma. 432
marathrum. 506
marcellium ad perniones. 260
marib. ut fœminis mãmæ tur (geſcũt. 383
marrubiũ nig. 466
martianum. 611
maſtiche chia. 506
maſtichinum. 623
maſtucha. 627
maſuaphium. Ibid.
maxilla inferior. 436
maza. 49
Mecon. 508
mecon ceratitis. Ibid.
mecon heraclea. Ibid.
meconium. 343
medicamen. ex ſanguine hirci- medic. ex lotio. 603 (no. 565
medic. exedens citra morſum
med. heliocaës adurẽs. 576 (297
medicamentum philoxem. 560
medicamentũ ex cotoniis. 561
medicamentum è ſcilla. 558
medicamentum ex citrio. 547
medicamentum, ex eruis. 560
medicamentum λὶ ἀλοῦς. 575
medicamentũ σὺ τιτῖγωμ. 565
medici ubiq; accincti ſint. 1
medimnus. 636
medion. 507
medulla. 54. 510
mel. 507
mela. 503
melan Indicum. 506
melancholia. 135
melancholiæ cura. 136
melangraphomenon. 507
melanclorum. 594
melanteria. 506
melanthium. 507
melea perſicæ. 508
melea armeniacę. Ibid.
melia. 507
melicerides. 296
melilotum. 507
meline. 477
melini. 622
melites. 502
melitera Oribaſij. 575
melittomata. 232
melopepon. 50
μῆλομ. 155
meloplacuntij præparatio. 561
memæcylos. 507
memoriæ iactura. 130
mendeſium. 610
mercurialis. 504
menſes trahentia. 26
menſiũ exuberãs purgatio. 233
menſium profluuium. 231
menſes ſupreſſi. Ibid.
menſuræ. 634
menſurarum notæ. 635
menta ſatiua. 480
mentiens bunium. 540
meon. 508
meſpila. 52. 507
metopium. 623
meu. 508
Mieroxos uel morochthos. 502
milax. 509
milium. 489
milium ſolis. 504
mille folium. 510
milphoſis. 153
miltos. 970
mina Romana. 635
mina Attica. Ibid.
mina Aegyptia. Ibid.
minium. 470
miſy. 509
mithridatica antidotus. 557

mituli. 509
μόχλιον. 434
modius. 636
mola. 241
molles piſces. 57
moly. 510
molybdena. 509
molybdos. 505
monemeron ad lipitudines. 583
mora. 51
morbi populares. 93
morbus attonitus. 139
morbus regius. 220
morbus comitialis. 132
morea. 509
mori batini. 586
moroſis. 130
morus. 509
motus fluxus prouocat. 241
Muliebre profluuium. 234
mulieri grauidæ ſuperuenien-
tia. 1
mulierũ genitale impuia. 410
mulſæ confectio. 58
mulus. 56
muræna. 336
muria. 457
murices. 509
muris aranei morſus. 331
muſcus. 468
muſtela. 469
myaces. 509
myagros. Ibid.
myaros herba. Ibid.
mycetes. 510
mydriaſis. 158
myelos. 510
myopiaſis. 161
myos oris. 510
myrice. Ibid.
myriophillon. Ibid.
myrobalanum. 465
myrrha. 510.527.609
myrrhine. 510
myrſinatum. 595
myrteti præparatio. 581
myrtus. 510
myſthlion. 105
myſtrum. 636
myza. 510

N

Napy. 511
narce thalaſſia. Ibid.
narciſſus. Ibid.
nardus. Ibid.
nardus Gallica. Ibid.
nardus orea. Ibid.
nardinum. 586
narduſtachys. 511
nares fractæ. 422
nares contuſæ. Ibid.
narium graueolentia. 167
narium hulcera. Ibid.
narium uitia. 166
narthex. 511
naſcaphthon. Ibid.
naſturtium. 47.487
natricis morſus. 334
nauſea. 106
nauſeæ ex pituita cura. 23
naxias. 504
neapolyta. 153
nenuphar. 512
nephelea. 156
nepita. 486
nera paſtillus. 571
nerium. 512
nerui icti remedia. 313
nerui ſaucij. 312
neruorũ ſenſatio maxima. 314
neruorum abſceſſus. 282
neuras. 511
Nictalops. 158
nigella. 350.507

nitrum. 504
Nomæ. 302
notæ ſolutionis morbi. 67
notæ futuri doloris capitis. 69
notæ imminentis iudicij. Ibid.
notæ futuri iudicij. Ibid.
notæ peracti iudicij. 70
Nuces. 52
nuſcitio. 158
nutrix qualis eligenda. 7
nux pini. 51
nux perſica. Ibid.
Nympha. 400
nymphæ amputatio. Ibid.
nymphea. 512

O Bolus. 635
obeſum extenuantia. 31
Ochra. 470
ochri. 50
ocimaſtrum. 456.541
ocimon. 541
ocimoides. Ibid.
ocimum aquaticum. 478
oculorum dolores. 148
oculorum caligini. 19
oculorum remedia. 148
oculorum chemoſis. 150
oculorum hulcera. 154
oculorum inflammatio. 148
oculorum ungues. 363
odoratus uitia. 166
Oë. 512
œdema. 291
œdema pituitoſum. 292
œnanthe. 512
œnos. Ibid.
Olea. 475
oleago. 539. (475
oleæ Aethiopicæ lachryma.
olearea cotis. 504
oleaſtellum. 539
olei anethini præparatio. 621
olei citrini præparatio. 622
olei laurini. 623
olei populei confectura. 622
olei Raphanini præparatio. Ibid.
oleomei. 476
olerum concinnationes. 619
olera eſculenta. 46
olerum aſparagi. 48
oleum. 907
oleum ablutum. 475
oleum amaracinum. 623
oleum Amygdalinum. Ibid.
oleum Balaninum. Ibid.
oleum crocinum. Ibid.
oleum Cyprinum. 624
oleum ex trupis. 475
oleum ex iuglande. 623
oleum Irinum. Ibid.
oleum lentiſcinum. Ibid.
oleum maſtichinum. Ibid.
oleum omphacinum. 475
oleum Rhicininum. 476
oleum ſeſaminum. Ibid.
oleum Syluestris oleæ. 475
oleum uetus. Ibid.
oliuæ. 52
oliuæ chatarticæ. 547
oluſatrum. 47.484
ὀλυγκιὸς oxydorticus. 588
olympus ſiue Olympiacũ. 585
omphacis. 200
omphacomelitis concinnatio.
onirogmos. 225. (581
onoclea. 452
ononis. 461
Ophioſis. 112
ophthalmia. 148
ὀπιοδόντης. 145
opium. 343. opos. 514
oppopanax. 608

Orbicu-

Orbiculus ad feruores. 601
orchis. 514
orchis ſerapias. 514
oreoſelinon. Ibid.
origanus. Ibid.
oris columella. 173
oris uitia. 169
oriza. 50
orminon. 514
orobanche. Ibid.
orobus. Ibid.
orthopnæa. 179
oryza. 514
Os ſacrum. 427
oſſa. 515
oſſa pubis. 427
oſſis ſacri hulceratio. 110
oſtraca. 515
oſtracites. 503
oſtrea. 56.515
othonna. 512
oua. 53
ou leucon. 540
oxera polychreſtos. 599
oxycanthos. 514
oxymel calculoſis. 564
oxymel Iuliani. 546
oxymel ſcilliticum. 558
oxymel ſimplex. Ibid.
oxymel ſplenicum. 564
οὖρόν 515
Ozæma. 166

P

Paegnitis. 470
Pallarium ad hulcera. 591
palma. 432.537
palpebræ coaleſcentes. 363
palpebræ grandines. Ibid.
palpebrarum conſutio. 358
palpebrarum uſtio. 360
pama. 52
panicum. 477
pannus. 521
pancration. 515
panes. 49
panis. 463
panis ſilligineus. 49
panis ſordidus. Ibid.
panus. 287
papauer. 508
papauer corniculare. Ibid.
papauerculum. 500
papauer domeſticum. 508
papauer herculeum. Ibid.
papaueris ſuccus. 343
pappi. 350
papulæ. 275
paralyſis. 140
paralyſis ueſicæ. 211
paraſynanche. 173
paraſtatæ. 392
paraſyrmata. 278
pardalionches. 456
pareſis. 141
pareſis ex colica. 144
pariendi difficultas. 247
paronychia. 261
parotis. 165
παρυῆρὸμ. 595
parthenion. 545
partium amputatio. 410
partium attenuatarum cura. 33
parulis. 171.369
paſſer. 534
paſtillus amazonum. 570
paſtillus Aſter. 568
paſtillus andronius. 571
paſtillus bythnus. 572
paſtillus criogenes. 573
paſtillus crocodes. 569
paſtillus διὰ λιθαργύρου. 572
paſtillus diacorallium. 569

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

phœnigmi. 142
phœnicina. 308
phormion. 537
phrenitis. 124
phrygius. 503
phthiria. 119
phtisis. 184
phthisis oculorum. 158
phu. 537
phusca lapides cõfringens. 564
phusca purgans. 547
phycos 537
phymus. 388
phyllites. 537
Piceæ cortex. 518
picinum oleum. Ibid.
picra GALENI. 563
picra ex oxymelite. Ibid.
pinguia. 907
pinus. 499
pili. 534
pili qui renascantur. 277
pillulæ ex harmenico. 548
pirus. 461
pirum syleſtre. 465
pirryne ad duritas & scirromata. 593
pisa. 59.
pisces. 56
pisces grandes. 57
pisces molles. Ibid.
pisces plani. Ibid.
pisces saxatiles. 56
pisces testacei. Ibid.
piscium gluten. 485
piscium ius. 480
pisselæon. 518
pissera. 434
pistatium. 518
pityæ. 521
pityides. 518
pityusa. Ibid.
pix zopissa. 461
Plagarum cura. 277
plantago. 462
platanus. 518
plenitatem officere. 20
pleuritis. 186
plumbago. 509.605
plumbi uenenum. 349
plumbum. 509
pneumon. 518
pnigalion. 137
pnigitis. 470
Podagra. 251
podagra ex bile. 252
podagra ex sanguine. 257
podagræ remedium. 290
podagræ tutela. 259
podagrica. 548
podagricum Procli. 567
policaria. 343
policnemon. 519
polium. Ibid.
pollen. 472
pollenta. 49
polypi. 57
polygonaton. 519
polyganon. Ibid.
polyidæ sphragis. 571
polypodium. 519.544
polypus. 166
pompholyx. 519
pondera. 634
ponderum notæ. 635
populus alba. 502
populus nigra. 453
porrigo. 117
porrum. 48
poterium. 511
portulaca. 460
prauus habitus. 215
præcocia. 215
præcordiorum affectus. 190

præparatio raphanorũ. 553 (336
p̃paratio ſanguinis teſtudinis.
præputiũ glãdi adhæreſcẽs. 389
preſter. 334
priapiſmus. 226
principium febris quid. 65
procidentia umbilici. 222
profuſio. 167
propolis. 608
protrigines. 261
prunus. 493
pruriginis cura. 272
prurinus cura. 271
Pſeudobunion. 540
pſilium. 343
pſilothrum aridum. 577
pſora. 269
pſoricon. 540
pſydratia. 117
Pterygia. 262.411
ptarmica. 167
pterygia oculorum. 363
pterygion. 157
ptilloſis. 153
pudendorum hulcera. 261
pudendorum dolores. 228
pueri q̃modo educandi. 8 (di. 11
pueri quãdo literatorib. tradẽ-
puerorũ et aliar̃ ætatem educa
pulegiũ. 471.544 (tio Ibid.
pulicaris herba. 540
pulmo. 54.518
pulmonis temperaturæ. 38
pulmonis intemperies. Ibid.
pulſa cathartica. 548
pulſus quid. 73
pulſus æqualis. 7
pulſus debilis. 72
pulſus capriſans. 74
pulſus Citus. 71
pulſus conuulſorius. 81
pulſus deficiens. 73
pulſus λίκροτος. 74
pulſus uacuus. 72
pulſus uermicolans. 75
pulſus hecticus. 61
pulſus inæqualis. 73
pulſus inæquiuelox. 74
pulſus inordinatus. 76
pulſus intercidens. 73
pulſus lentus. 71
pulſus medius. 72
pulſus myurus. 73.80
pulſus nutantes. 74
pulſus obſcurus. 79
pulſus ordinatus. 76
pulſus plenus. 72
pulſus rarus. Ibid.
pulſus ſecundũ rhithmum. 73
pulſus Serratus. 76
pulſus turbulenti. 75
pulſus uehemens. 72.79
pulſuum cauſæ. 77
pulſuum genera. 71
pultationes. 296
pulticula. 453
pumex. 491
purgantium obſeruantia. 549
purgatio è ſale. 548
purgatorium aquagium. 546
purgatorium ex cotonijs. 547
purgatorium ex rhodomelite.
purpura. 56. (546
putealogonthria. 519
putredines. 302
Pyrethrum. 521
pyrites. 503
pyros. 527
pytiriaſis. 117
pyxis. 618

Q

Q Væ aquam proliciunt. 545
quæ attrã bilẽ proliciunt. 544
quæ bilem proliciunt. 542

quæ pituitam educunt. 545
quæ uires proterunt. 79
quercus. 474

R

Rabidi canis morsus. 325.326
radices. 609. (327
radices esculentæ. 48
radicula. 48.521
radius. 430
radix rhodia. 522
raiæ. 57
ramex aquosus. 224
ramex carnosus. 395
ramex flatuosus. 39
ramex inguinis. 398
ramex tophaceus. 395
ramex uaricosus. 396
rana palustris. 341
ranæ. 466
ranunculum. Ibid.
raphanos. 521
raphaninum. 476
rapum. 472.498
raucedinis cura. 176
Renes. 54
rethinæ. 522
recrementum argenti. 477
recrementum metallorum. 527
recutiti. 388
redduuia. 261
renum durities. 210
renum inflammatio. 207
renum & uesicæ hulcerum discrimen. 208
resinæ. 522
resolutio. 141
resolutio partis. 142
Rha pontica. 521
rhacos. Ibid.
rhacosis. 399
rhagades. 228
rhamnus. 521
rhea. 522
rhæti præparatio. 581
rhenum mala. 205
rheum. 521
Ricinus. 49
rigor. 145
rhigores. 100
rhinarium. 586
rhithmi differentiæ. 73
rhithmus. Ibid.
rhoda. 522
rhodia rhiza. Ibid.
rhodadaphne. 512
rhodomeli. 581
rhodostacti compositio. 581
rhus. 522
rhyas. 154
rhypos. 522
rosæ. 522
rosacei præparatio. 621
rosmarinum. 501
rostra. 54
Rubeta rana. 341
rubia passiua. 478
rubrica sinopica. 470
rubus. 466
rubus caninus. 499
rugarum præsidia. 18
rumex. 500
ruptura. 293
ruta syluestris. 350.510

S

Sabina. 468
sachar. 507
sacræ antidoti. 550
sagapenum. 523.608
salamandra. 341.523
sales. 456
sales Teriaci. 556
salis flos. 457
saliua stomachi. 192
saliua.

ſaliuaris. 527
ſalix. 452.485
ſalſugo. 457
ſaliua. 476.524
ſambucus. 456
ſamſychon. 523
ſandaracha. Ibid.
ſandaracha uenenum. 349
ſandix. 523
ſanguinalis. 519
ſanguinaria. Ibid.
ſanguinem ſiſtentia. 312
ſanguinis eruptio ex arteria. 310
ſanguinis ex ore eruptio. 173
ſanguis caprillus. 55
ſanguis leporis. Ibid.
ſanguis taurinus. 347
ſanguinis ſputum. 181
ſamia terra. 470
ſapa, paſſum. 480
ſaphyrus. 504
ſapo. 523
ſapo Conſtantini. 577
ſaprotes. 523
ſarcocolla. Ibid.
ſarcoma. 166
ſarcothlamata. 293
ſardonia herba. 346
ſatiriaca antidotus. 566
ſatureia. 483
ſatyriaſis. 226
ſatyrion. 523
ſaura. Ibid.
ſaxifraga. Ibid.
Scamonia. 542.526
ſcamonia nocet ſtomacho. 193
ſcandix. 526
ſcapula. 426
ſchænos. 537
ſchænu anthos. 531
ſchinos. 531
ſchiſtos. 502
ſcilla. 526
ſcingus. 526
ſcirrhi. 294
ſcirrhus. 240
ſcleroma. Ibid.
ſclerophthalmia. 151
ſcolopendra. 526
ſcolopendrion. Ibid.
ſcolopendræ morſus cura. 330
ſcolymon. 526
ſcopus incruſtantium. 312
ſcordion. 526
ſcoria. 527
ſcorodon. Ibid.
ſcorodo praſon. Ibid.
ſcorpioides. Ibid.
ſcorpion. Ibid.
ſcorpius marinus. 336.527
ſcorpius terreſtris. 527
ſcroti inflammatio. 224
ſcroti laxatio. 399
ſcroti uitia. 225
ſcrupulus. 635
ſcuatinæ. 57
Secundæ relictæ. 404
ſecuridaca. 480
ſecurinum. Ibid.
ſedis condylomata. 409
ſedis hulcera. 227
ſelinon. 524
ſeluſina. 470
ſemina. 609
ſeminis incontinentia. 225
ſemperuiuum. 458
ſenecium. 482
ſenecta aſpidis. 471
ſenecta ſerpentis. Ibid.
ſenecturis uictus. 17
ſentis Canis. 499
ſepiæ. 57
ſepiæ teſta. 524
ſeps. Ibid.

ſeriphum. Ibid.
ſeris. Ibid.
ſerpentaria. 474
ſerpyllum. 478
ſertula campana. 507
ſeſamini confectio. 622
ſeſamoides. 524
ſeſeli. Ibid.
ſeſamum. Ibid.
ſextarius. 636
Σησαματικὴ. 74
ſialon. 524
ſibila aurium. 164
ſiccæ temperaturæ. 33
ſicyonium. 624
ſicyos. 525
ſicyos agrios. Ibid.
ſideritis. 524
ſideros. 525
ſigna imminentis morbi thoracis. 61
ſigna letalia. 66
ſigna morbi diuturni. Ibid.
ſigna morbi accuti. 67
ſigna morbi uentris. 61
ſigna morbi ueſicæ. Ibid.
ſigna ſalubria. 66
ſiliqua. 635
ſiliquę. 52
ſillybon. 525
ſilpha. Ibid.
ſilphium. Ibid.
ſilurus. Ibid.
ſimplicia purgantia. 541
ſinapi. 47.511
ſinapiſmus. 615
ſinapiſmi præparatio. 619
ſingultus. 106
ſinchyſis. 160
ſinus atriti. 307
ſinus hulcerum. 306
ſion. 47.525
ſiriaſis. 11
ſiſaron. 525
ſitis. 105
ſiſer. 525
ſiſon. Ibid.
ſiſymbrium. 526
Smegma. 574
ſmegma aridum. 576
ſmegma ad catarrhum. 577
ſmegma peponatum Ibid.
ſmilax. 527
ſmilax, timion, & taxum appellatur. 340
ſmilium ad abſceſſus. 592
ſmyrna. 527
ſmyrnium. 47.527
ſmyrus & lapilli Spongis. 503
Solanum. 529
ſolanum furioſum. Ibid.
ſolaris maior. 482
ſolaris minor. Ibid.
ſolinum furioſum. 346
ſolſtitium prumale. 62
ſolſtitium æſtiuale. Ibid.
ſomnus. 58
ſonchus. 527
ſorba. 52
ſorbus. 512
ſordes. 522
ſory. 538
Sparganion. 528
ſpartos. Ibid.
ſpaſmus. 144
ſpaſmus cinicus. 143
ſpeudodictamnon. 540
ſpeclarion. 528
ſphecle. 297
ſpica nardi. 511
ſpillothra. 222
ſpina alba. 501.521

ſpina dorſi. 427
ſpinę qui extrahantur. 310
ſpodiacum. 584
ſpondyli. 56
ſpolium. 471
ſpodion. 528
ſpodium. 519
ſpondylion. 530
ſpongia. 528
ſpongos. Ibid.
ſporophthalmia. 151
ſpuma argenti. 605
ſpumæ argenti uenenum. 349
ſpuma nitri. 465
ſpuma ſalis. 457
ſputi notæ. 83
ſquama. 501
Stachys. 528
ſtacticum Proſechij. 585
ſtaphylinus. 473.528
ſtæbe herba. 529
ſtæchas. Ibid.
ſteata. 528
ſteatommata. 296
ſtellio. 463
ſtellionis morſus cura. 330
ſtercus. 494
ſtercus alitum domeſticorum, 495
ſtercus bubulum 494
ſtercus caninum. Ibid.
ſtercus caprillum Ibid.
ſtercus ciconiarum. 495
ſtercus columbinum. Ibid.
ſtercus crocodilorũ terreſtrium & Nilo degentium. Ibid.
ſtercus infantium. 494
ſtercus luporum. Ibid.
ſtercus murium. 495
ſtercus ouillum. Ibid.
ſtercus ſturni. Ibid.
ſterilitatis præſidia. 244
ſternutamenta. 108
ſternutatoria. 167
ſtigmata. 274
ſtillicidium ſanguinis. 108
ſtimmi. 529
ſtomachi aduſtio. 383
ſtomacho imbecilli. 194
ſtomachi imbecillis cura. 100
ſtomachi affectus. 190
ſtrabiſmus. 160
ſtranguria. 210
ſtratiotes aquaticus. 529
ſtrigmenta. 522
ſtrigmenta balneorum. 471
ſtrumæ. 295
ſtrumæ remedium. 290
ſtrumæ hulceratæ. 296
ſtrumæ ſine hulceribus. Ibid.
ſtrychnon. 529
ſtrychnon manicon. Ibid.
ſtyrax. 530
ſtypteria. 529
ſuaues & frugi potiones. 587
ſubera. 536
ſuccedanea. 629
ſuccus opium. 514
ſuccus papaueris. 608
ſudor. 483
ſudorem prouocantia. 26
ſudoris obſeruatio. 101
ſuffuſio. 160
ſugillata. 168
ſugillatio oculi. 155
ſulphur. 482
ſupercilium Veneris. 510
ſuppuratorum uſtio. 381
ſurditas. 164
ſuſinum. 621
ſuſpirium. 179
ſutura per medicamenta. 360
ſyca. 530

ſycomorus. 52.530
ſyderatio. 285
ſylueſtris cucurbita. 543
ſymphyton mega. 530
ſymphyton petreum. Ibid.
ſyncopa. 95
ſyncopa extenuibus ſuccis. 96
ſyncopę uarię occaſiones. Ibid.
ſyphones ueſicę. 390
ſyriaca. 52

T

Tabes. 98.184
Thalaſſion hydor. 482
tæneæ. 319
tapſia. 350
tauri gluten. 531
taurocolla. Ibid.
tarychorum piſcium caro. Ibid.
taxus. 527
taxus arbor. 345
Tephra. 532
tedæ. 472
tela qui extrahantur. 310
telephia hulc. 305
telephion. 532
telis. Ibid.
tellinæ. 531
telorum differentia. 413
telorum extractio. Ibid.
telorum forma. 415
telorum genera. 413
telorum potentia. Ibid.
temperaturarũ emendatio. 41
temperaturarũ uiſcerũ notæ & deinceps. 34
temperies optima quæ. 33
emulentia. 20
tenemus. 198
terebinthus. 532
teriacæ contra uenenum. 325
termæ. 28
terminthos. 532.288
terra Eretria. 470
terra ſigillata. 469
terreſtris. 526
terreſtris ficus. 538
teſtæ. 515
teſtes. 54
teſtes fibronum. 483
teſticulorum partes. 392
teſticulus canis. 514
teſtium inflammatio. 224
teſtium temperaturæ. 40
teſtium uitia. 225
tetanus. 145
tettiges. 532
teucrios. Ibid.
teutlon. Ibid.
Thalaſſerus. 588
thalictrum. 482
thamarix. 510
thapſia. 482
theon. Ibid.
thelypteris. Ibid.
theodorctus. 563
theodorium paruum. 586
theriaces præparatio. 555
thermus. 482
thinnitus aurium. 164
thithymallus. 543
thlapſi. 482
thridax. 483
thronus Marcellius paſtil. 572
thymbra. 483
thymelça. Ibid.
thymi naturalium. 390
thymi uteri. 400
thymus. 483
thynnorum ſalſura. 531
thus. 501
thianus. 629
thibiæ cura. 422
tilia. 536
tinctu. capillorum. 116

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ueſpæ. 328
ueſparum ictus. 328
ueteramenta. 473
ueterni. 127
ueternos. 60
uictus nauigantium. 31
uictus occupatorum. 30
uictus iter facientium. Ibid.
uictus ſingulorum temporum 29
uiligia. 59
uigilia febricitantium. 98
uini facultates. 57
uini commoda. 58
uini uenenum. 350
uinum. 512
uinum purgans. 547
uiola. 481.501
uiola alba. 501
uiolaceum. 622
uipera. 479
uiperæ morſus. 331
uiperæ morſus cura. 332
uirilium partium ignauia. 22
uiſcum. 483
uitex. 452
uitis alba. 459
uitis nigra. Ibid.
uitis ſylueſtris. Ibid.
uitrum. 534
Vlæ. 156
Vmbilici prominentia. 385
unbilicus prominens. 222
umbilicus terræ. 498
umbilicius Veneris. 496
Vncia. 635
unctiones purgantes. 551
ungues. 56
unguis. 157
unguis colliſus. 412
unguium abſceſſus. 162
unguium ſcabies. 262
unguium uitia. 261
unguenta. 615
unguentorum cõcinnationes. 619
uolucres. 53
uoluulus. 204
uoluulus ſtomachi. 194
uomitus bilioſus. 106
uomitoria. 552
uomitum cientia. 24
Vranium. 587
urinarŋ meatus abſceſſus. 207
urinarum notæ. 82
urinæ profluuium. 210
urinæ ſtillicidium. Ibid.
urinam non continens. 211
urtica. 47
Vſtilago ruſtica. 473
Vteri abſceſſus. 401
uteri auerſio. 235
uteri cancer. 239
uteri condylomata. 246.400
uteri exhulceratio. 238
uteri hæmorrhoides. 400.246
uteri inflammatio. 235
uteri inflatio. 241
uteri præcluſio. 244
uteri procidenia. 243
uteri rhagades. 246
uteri ſuffocatio. 242
uua paſſa. 464
uuæ. 51
uulpes. 458
uultus nigrores. 168

X

Xanthion. 512
xerocollyrium GALENI. 589
xerophthalmia. 15
xiris. 512
xiphion. 512

Xylωp saprotes. 523
xyster. 586

Z

Zea. 480
Zingiber. Ibid.
Zomos. Ibid.
zopyrus antidotus. 564
zosini unguent. 618
Zymæ. 480
zythus. Ibid.

FINIS.

PAVLI AEGINETAE DE RE MEDICA LIBER PRIMVS, ALBANO TORINO Vitodurensi Interprete.

BIBLIOTECA DE LA FAC DE MEDICINA

Pauli laborem me noſce, qui plurimum
Peragrauit terræ, Aegina natus patria.

Exordium abruptum & Satyricum.

ON *qui ueteribus, eorum quæ ad artem ſpectant prætermiſſum quicquam putem, inſtitutũ nobis hoc opus eſt, ſed qui in compendium doctrina redigatur. Contrà enim, non tam rectè quàm abſolutè etiam, illis ad unguem omnia elaborata cenſeo.* Recentiores *uerò præterquàm quod eos attingere non curant, etiam uanitatis accuſant, unde commentationis huius conſilium cœpimus: his quidem commentariolum, quod ut ueriſimile eſt, quærunt, cõpendioſum, nobis uerò exercitium futurã. Abſurdum enim eſt rhetoras fõrenſiũ rerum præceptis breuibus, cõcinnisq; codicillis, ac ueluti coambulonibus (ſic enim uocãt) quibus legũ quidem omniũ ſumma quædam ad uſum expedita tenetur, uti, nos autem eadem negligere: quanquã illi non ſolũ perexiguum, ſed iuſtum cogitandi, reputandiq; negocij tempus prorogare ſibi poſſunt: nobis contrà, uel nunquam, uel perraro ſanè facultas ea datur, quando in morbis quibuſdam, cũctari ſæpenumero abſq; graui diſcrimine non licet, unde rectè admodum Hippocrates ſubitariam ac pernicem eſſe occaſionem docuit. Illos ſiquidem in ſolis propemodum urbibus uſus occupat negociorum, ubi magna librorum copia eſt. Medicis uerò non in urbibus, agriſue, aut ſolitarijs locis tantum, ſed iam & mari, in ipſis perſæpe nauibus, repentium morborum neceſsitas incidit, in quibus mora uel interitum, uel extremum periculum adfert. Quandoquidem autẽ uniuerſas medendi rationes, uel*

omnem per ſingula materiam memoria tenere, arduus, & impoßibilis conatus eſt, Epitomen illam parauimus, è priſcorũ medicorũ monumentis conſarcinatam. Neq; enim ex nobis natum quicquam adiunximus, paucis quibuſdam exceptis, quæ in arte exercenda notaui, & experientia deprehendi. Pleriſq; uerò medicorum illuſtrium ſcriptis congreſſus, Oribaſij præſertim (qui & ipſe ſua aliunde decerpſit, unde uolumen in quo uniuerſam ualetudinis tuendæ rationem complexus ſum, tranſtuli: nam poſt GALENVM, *& iuniores etiam* GALENO *fuit) precipua ex omnibus delegi, morbo nullo, quantũ id fieri potuit, prætergreſſo: nam illud in ſeptuaginta libros diuiſum, Oribaſij uolumen* (Hebdomecontabiblon *appellatum*) *Medicinæ quidem argumentum omne tenet. Sed parare tam immenſum opus haud cuiuſuis eſt, Epitome uerò ad ipſius filiũ* Euſtathium *ſcripta, quæ ab integra morborum omnium tractatione multum abeſt, etiam cæterarum rerũ ſpeculationem imperfectam habet, aliâs cauſis, aliâs notis, interdum etiam abſoluta curatione, tanquã alia ſubierint, prætermißis. Hoc uerò quicquid eſt opuſculi, morborum omne genus qui in ſimilaribus, uel inſtrumentarijs corporis partibus, uel continui diſſolutione uiſuntur, cũ notas, tum cauſas, tum curationes complectitur: neq; in ſumma tantum, ſed ubicunq; res ipſa ferebat, fuſius etiam. Ante uerò hoc de tuenda ſecunda ualetudine perſcripſimus negotiũ totum. Poſtremo de ſimpliciũ, cõpoſitorumq; medicamentorũ facultatibus, librũ cõdidimus.*

QVIDAM SEPTEM TOTIVS OPERIS VOLVMINVM (VNIVERSVM ENIM Opus in totidem libros diductum eſt) ſcopi.

IN PRIMO uolumine, uniuerſam quæ ad ſecundam ualetudinem tuendã ſpectat, materiam cõperies: & affectionum, ætatibus, anni temporibus, temperaturis, & alijs quibuſdã peculiariũ tum præcautionem, tum emendationem, facultatesq; ac uſus omniũ alimentorum, quemadmodũ in capitibus explicauimus.

In SECVNDO, de Febribus ſingulis docetur, præmiſſis quæ huc conferunt omnibus, notis uidelicet ab excrementis, diebus decretorijs, & alijs id genus, ſubiectis quæ Febres comitantur ſymptomatis.

In TERTIO, de affectionibus per ſingulas corporis partes, à capitis coronide ad pedis uſq; plantam, extremosq; ungues ingruentibus, agitur.

In

In QVARTO, de his quæ forinſecus corpus impetunt malis, & ueluti in aperto conſtitutis, quæ nõ in certis, ſed in pleriſq; corporis partibus inſurgunt, ſermonem facio. In quo de lumbricis quoq; & dracunculis tractatur.

In QVINTO, de his quæ uenenum ictu, morſu ue relinquunt, inibiq; de rabioſi canis morſu, & affectione hydrophobica, id eſt, aquæ metu, deq; canis non rabidi, hominisq; morſu: inter quæ de uenenis pariter & contra uenena præſidijs, docetur.

In SEXTO, de omnibus quæ tam in carne, ubi & telorum extrahendi ratio cõprehenditur, quàm in oſſibus, in quibus infractionum uitia & artuum luxationes continentur, manuum & ſcalpelli operam deſiderant, ſcitè diſſeritur.

In SEPTIMO, omnium medicamentorum cum ſimplicium, tum compoſitorum uires continentur, præſertim eorum, quorũ diſcurſim in ſuperioribus ſex libris facta eſt mentio: maximè maiorum, puta eorum quæ præparationes appellantur. Scimus ſanè illic non omnes diffuſè, ne doctrinæ fieret confuſio, explicari, ut quærens aliquis unam, pluresue nobilium compoſitionum, facilè reperiat. Poſtremo adduntur nonnulla, quæ ad compoſitiones medicaminum cõferunt, item de ſuccedaneis ſpeciebus, ita ut totum uolumen in ponderum & menſurarum diſciplinã deſinat. Exordiemur itaq; iam primum cõmentarium.

HYPOTHESIS
LIBRI PRIMI.

Primum huius Operis hoc uolumen eſt, in quo uniuerſam de tuenda ſanitate materiã proſecuti ſumus, ceu iam pridem in Præfatione oſtenſum eſt, & deinceps denuò per capita dicetur. Illud prius ingenuè fateri libet, magnam partem eorum, quæ primo & ſecundo libro tractantur, huc ex Oribaſio traductam: noluimus enim propriã opinionem ſtruere, uerùm ex omnibus utilitatem deglubere. In reliquis quinq; libris pauciſſima tantum ex illius monumentis mutuata ſunt.

CAPITA LIBRI PRIMI.

De his quæ in fœtura prẽgnantibus accidũt, quoq; nutricatu alendę sint grauidę. Cap. I
Quemadmodum nutricem seligere & uictitare cõueniat. II
Quomodo lac nutricis examinandum sit. III
Quomodo lactis uitia emendentur. IIII
Cuiusmodi pusionis educationem esse oporteat. V
De exanthematis quæ puello oboriuntur. VI
De tussi & coryza infantis. VII
De gingiuarum pruritu. VIII
De dentitione. IX
De aphthis oris ulcere. X
Ad fœmorum intertrigines. XI
Contra aurium humectationes. XII
De capitis infantium adustionibus. XIII
Infantium & reliquarum deinceps ętatum, usq; ad eam quę uigorem transiluisse uidet, educatio. XIIII
De frictione præparatoria. XV
De exercitationibus. XVI
De exercitationum generibus. XVII
De frictionũ generibus. XVIII
De uociferatione. XIX
Cuiusmodi lassitudines exercitationes excipiant. XX
De cutis adstrictione. XXI
De spontaneis lassitudinibus. XXII
Cuiusmodi rationem uictus senectus postulet. XXIII
Ad rugosum contractumq; corpus leuigandum. XXIIII
Vt suauiter spiret corpus. XXV
Ad calfaciendam habitudinem. XXVI
Ad uitiarum corporis colorem. XXVII
Ad liuores & fuscedies. XXVIII
Quæ dentes præseruent. XXIX
Aduersus grauem auditũ. XXX
Ad oculorum caliginem. XXXI
De plenitate. XXXII
De temulentia. XXXIII
De ijs quibus alimenta corrũpuntur. XXXIIII
De re Venerea. XXXV
De ijs, quĩ Venere uti non possunt. XXXVI
De ijs, qui Venerem immodicè exercent. XXXVII
De nimietate genituræ. XXXVIII
De ijs, qui ex frigore noxã contraxerunt. XXXIX
De ijs, qui immodico ardore iniuria affecti sunt. XL
De pituita in uentriculo superiore abundante. XLI
Quomodo quis facilè uomitũ promoueat. XLII
De ijs, quæ secunda ualetudine constituris, aluum emollire, lotium ciere possunt. XLIII
De clysteribus. XLIIII
De glandibus. XLV
De caput purgantibus per os apophlegmatismi dicuntur, & per nares deq; unguentis. XLVI
Quæ menses trahant mulierbres. XLVII

Sudo-

Sudorifica medicamenta. XLVIII
De aëre. XLIX
De aquis. L
De balneis. LI
De thermis sua sponte prouenientibus. LII
De uictus ratione singulis anni temporibus utili. LIII
Victus ratio in negotio degentibus seruanda. LIIII
Victus iter faciẽtibus obseruandus. LV
Nauigantibus quæ uictus ratio conueniat. LVI
Quomodo purgandi & extenuandi sint obesi. LVII
Quî nam macilenti educandi sint. LVIII
Quomodo partibus attenuatis medendum. LIX
Optimę tẽperaturæ indicia. LX
Quæ sint male temperatorum corporum notæ. LXI
De figuratione capitis. LXII
Quæ sint temperamenti cerebri indicia. LXIII
Ventriculi temperaturæ indicia. LXIIII
De indicijs pulmonis. LXV
Quibus nam cordis temperaturæ notis deprehendantur, LXVI
Iecoris temperaturæ indicia. LXVII
De notis temperaturæ testium. LXVIII
De ijs, quæ omissa sunt. LXIX
Quî calidæ corporis distemperantiæ corrigi possint. LXX
Quomodo frigidæ intẽperantiæ corrigantur. LXXI
Siccorum distemperamentorum in uentriculo exempli loco, paulo uerò post reliquarum etiam intemperaturarum correctio. LXXII
Quæ sint alimentorum uires. LXXIII
De oleribus esculẽtis. LXXIIII
De olerum asparagis. LXXV
De ijs quæ edendo sunt radicibus. LXXVI
De tuberib. ac fungis. LXXVII
De frumentaceis. LXXVIII
De legumentis. LXXIX
De temporarijs fructibus. LXXX
De his quæ ex arboribus decerpuntur fructibus. LXXXI
De animalibus, primitusq; de uolucribus. LXXXII
De ouis. LXXXIII
De quadrupedibus animalibus. LXXXIIII
De animalium partib. LXXXV
De lacte. LXXXVI
De lactis potatione. LXXXVII
De lacte fissili. LXXXVIII
De caseo. LXXXIX
De piscibus. XC
De corio testaceo præditis. XCI
De mollibus. XCII
De pisc. sine squamis. XCIII
De grandibus, cetaceis ue. XCIIII
De uiribus uini. XCV
De melle, & aqua mulsa. XCVI
De somno. XCVII
De uigilia. XCVIII
De ueterno. XCIX
Dioclis epistola, pphylactica. C

FINIS.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

uersi generis, & ad uoluptatem cõparatis dapibus uesci, amyloq; arido solicitabis. Peculiariter uerò id grauidis offerendum, quæ telluris glebam deglutire gestiunt, quemadmodũ in malatia, quam Græci λίπλω, id est, picam indigitant, quæ circa tertium à cõceptu mensem ideo plerunq; ingruit, quod nequeat tum partus, ob imbecillitatem, omne quod à locellis nutrimenti ratione recipitur, conficere: superuacanea, ob eam causam, ac uaria in stomacho retrimenta (quibus περιττώματα Græcè nomen est inditum) ueluti strues congeruntur: unde tam diuersarum, tamq; portentosarum rerum nascitur prægnantibus appetitio: Verbi gratia, carbonum extinctorum, cretæ cymoleæ, & id genus innumerosorum fermè: ex qua ratione nomenclaturam hanc id malum inuenit, ob picturatam illam scilicet eius auis uarietatem, uel quod istiusmodi affectus illam subinde auem impetat. Æscæ porrò desiderium, exercitationes, & longiusculæ peregræ profectiones restituunt. Quod si qua prægnans mulier genialiter uictitare, lautiusq; cuticulam curare assueuerit, hæc repentinas nulla commoditate subibit motiones. Datur præterea cibum abhorrenti nonnunquam acria, præsertim sinapi, degustare. Aduersus porrò laxos & eximios pedum tumores, præsentissima cum utilitate, solastrũ, quam anthylli dem uocant, in aceto maceratum superdeligatur, & brassicæ latioris folia necnon & creta cimolea ex aceto illita, alumen pariter ex aceto recte adhibentur. Prosunt item mala cognomento Medica, quæ & Citria dicuntur, in aqua lauandis pedibus elixa.

Anorexiæ subsidium.

Tumori pedum.

Quemadmodum nutricem seligere & uictitare conueniat. Cap. II.

NVtrix igitur seligenda est, nulli præter naturam affectioni obnoxia, neq; natu grandior, neq; iuuenis admodum: ita tamen, ut minima quidem natu, lustra ad minus quinq; numeret, maxima uerò septimum non excedat: pectore latiore & mammosiore, papillis neq; conniuentibus, neq; curuitate uersis: reliquo corpore quadrato, quod est neq; ualde obeso, neq; supra modum gracilento. Magnificè porrò iuuabit infantem, non ita pridem peperisse nutricem, & præcipuè masculum: fugienda sunt ei arefacientia immodicè, salsa, acria, acerba, acida, amara, uehementer calorifica, graue admodum olentia, quæq; odore nimis insignite fragrant, condimenta, aliáque id genus acredinem præferentia. A concubitu præterea frugi nutrix abstineat. Manus ac humeros †molendo, texendoq; exerceat, necnon in ulnis huc illuc infantem gestando, quem tamen non nisi trimestrem & quadrimestrem ulnis circunferendum censeo.

†ungendo

Quomodo

Quomodo lac nutricis examinandum sit. Cap. III.

PRimum bonitatis honorem lacti tribues, si crassitudine, copia, colore, odoratu, & sapore moderatum conspicitur. Inculpatũ item, quod dum super pollicis unguem, nitoris cõtemplandi gratia, instillatur, flexo ungue, nec ocyus, nec serius delabitur. Atqui istoc etiã modo bonitatis periculum facere conuenit. Lac emulctũ, uitreo uasi infundito, iustum coaguli momentum adijcito, digitisq; circumactis frangito, deinde quoad coaguletur quiescere permittas: si tum minus casei, quàm seri in eo appareat, hoc parũ frugi ducito. Ab hoc diuersum, concoctioni renititur. Laudatissimum uerò, quod inter utrunq; excessum mediocritatem obtinuerit.

Quomodo lactis uitia emendentur. Cap. IIII.

LActis uerò uitiositas isthac ratione corrigitur: si crassius sit, uomitionibus pituita expellenda est, quod quidem munus acetoso mulso pulcherrimè committitur. Oportet autem eandem ante cibũ laboribus extenuare, cui tum negotio, origanum, hyssopus, satureia, scandix, thymus, momentum raphani, & salsamentum uetus cũ oxymelite in cibo accommodatissima sunt. Sin autem acrius & tenuius lac euaserit, tum laboribus numerosis subleuare, sorbitionibus, porcellinisq; carnibus nutricẽ ali, defrutum bibere, & uinum dulce, conuenit. Quod si lac partius redatur, nõ sorbitionibus modò, uerùm largius etiam ac liberalius genio indulgendum, merumq; suauius bibendũ, pectus & mammæ studiosius confricentur. Quibusdam cucurbitula agglutinata manus auxiliares præstitit. Medicamenta uerò, quæ lac pariundi facultatem habent, tametsi usui nonnihil esse intelligam, crebro tamen eis uti, quod uiolentius eliquant, minime præceperim. Eius generis sunt, cum semen, tum radix fœniculi, ptisana, cytisiq; folia, uino nigro aut ptisana decocta, nigella dulcis, anethũ, pastinacæ syluestris tam semen, quàm radix, quæ quidem aqua prius calidam macerata exhibenda sunt. Debet autem nutrix quodlibet lac uitiatũ, siue crassum, siue acre tetriq; odoris fuerit, priusquam suctu puellus hauriat, emulgere, sic ipsum papillis admouere. Cæterum acre nunquam ieiuno propinandum est. Graueolentia porrò ipsius cum uino odoratiore, tum ferculis dulcibus corrigitur. Super lacte deniq; casei modo coacto libro tertio, Cap. de Mammarum affectibus, disseremus.

Generantia lac.

Cuiusmodi pusionis educationem esse oporteat. Cap. V.

PRimum sanè alimentum, quo pueruli recenter in lucem editi, uesci salubriter possunt, est mel: mox deinde etiam lac, bis in die porrigendum

rigendũ, uel ad ſummum ter. Vbi uerò alacer iam, & ad ſumendũ promptus uidebitur, & ſpem concoquendi præbeat, iam tum minus replentibus edulijs ali expedit. Nam ſi per imprudentiã innumeris dapibus infartiatur, ſomnolentior confeſtim euadit, ſegnioráq;, uentre ſaburrato tumeſcente, inflatóque. Lotium inde aquoſius redditur, quibus ego tum ne tantillum quidem donec confecerint, exhibendũ cenſeo. Sed biennio integro lac tantum, deinde pleniora etiam cibaria pappare ſufficit.

De exanthematis, id eſt, puſtularum eruptionibus, quæ puello oboriuntur. Cap. VI.

QVæcunq; circa ſummã puſtionis cutem floreſcunt, principio quidem æqui boniq; facienda ſunt: ſed ubi probè defloruerint, tum lauacris, adiecto myrto, lentiſco, roſiſq; medendum: deinde roſaceo, aut oleo lentiſcino, ceratóq; cum ceruſſa uti, clementerq; nitris abſtergere competit: uehementiora nanq; ſubſidia uix tolerabit. Vtiliſſimum uerò fuerit & nutricem mellitiſſimis ferculis paſci, & uictus rationem pueri hoc modo inſtitui, ut neq; pleniore cibo alatur, neq; multa eſurigine uexetur. Quod ſi infantis aluus aſtrictior ſit, mel cibo inſtillatum ſimul elixabis: at ſi ne tum quidem reſpondeat, reſinam terebinthinam ciceris magnitudine iniicito. Si contrà lubrica fuerit aluus, milium impendioquam compeſcendo prodeſt.

De tuſſi & coryza infantis. Cap. VII.

QVando autem tuſsis aut graucdo infantem impetit, mellitiſsimis (quod eſt, linctibus ex melle) utendum eſt. Puero igitur multa prius calida aqua abluto, mox caput ipſius liberaliore mellis copia perungi, poſtremo lingua digito molliter comprimi debet: mirum enim, quantam pituitæ uim ea ratione uomitu ejiciet.

De gingiuarum pruritu. Cap. VIII.

QVod ſi pruritu gingiuarum puellus torqueatur, non fomentationibus modò, ſed abundanti quoq; unctione ex oleo probè elixo, cum modico ceræ in eo liquefacto, utendum eſt.

De dentitione. Cap. IX.

CIrca menſem ferè ſeptimum infrendibus dentes proueniunt, quo tempore gingiuarum, maxillarũ, tendinumq; inflammationes, non raro neruorũ etiam conuulſiones impetunt. Tunc igitur temporis puſillo nihil, quod multo conatu cõmanducandum ſit, exhibere conb uenit.

uenit. Cæterum gingiuæ digitis à balneo aſſidua quadam fricatione palpandæ, gallinaceoruḿ que adipe, aut leporino cerebro emolliendæ. Vbi uerò iam dentes proſilierint, lana delicatior atque ſyncera, ceruici, capiti, & maxillis applicanda: quæ, embrocha quoque ex oleo dulci & calido, fouere, auditoriiś que meatibus idem inſtillare, congruit. Quo tempore infantem uberiore uictu nutrire, necnon & calida lauare confert. Si alui etiam fluore infeſtetur, eam epithematis, quæ cõprimendi facultate prædita ſunt, compeſcere conabimur, inſpergentes lanæ uel cyminum, uel anethum, uel apium. Profuerit autem & ſemen roſarum inſerere, & in uniuerſum caloribus arefacere. Si uerò aluus detenta nihil deijciat, melle in glandis formam redacto, aut nepetæ farina cum melle illita, clementer irritetur. Puto autem efficaciter conuulſionibus puerorum herbam, quam ἡλιοτρόπιον Græci, ſolarem Latini dicunt, aqua elixam opitulari, ſi eo puerulum decocto laueris. Expedit autem multo magnificentius, ſi oleo irino, cyprino, aut ſicyonio illitus, tantus quantus eſt, incaluerit. Atqui ubi iampridem dentes erupuerint, ſi digitos morſu ſauciat, utile fuerit iridis radicem raſam, neque admodum ſiccam, ore continere, id quod & ulceribus quoque præſidio eſt. Butyrum pariter cum melle illitum ei malo ſuccurrit. Poſtremo, gingiuarum pruritus, ſalſamenti ueteris caro lenit.

De oris ulcere, quam ἄφθαν Græci nominant. Cap. x.

VLcus quoq; oris, cui ἄφθα apud Græcos cognomentum eſt, nuper natis oboritur, aliâs quidem ſubcandido, aliâs in ruborem langueſcente, nonnunquam atro colore, & qualis in aduſtorum cruſtis uidetur, quod omnium periculoſiſſimum & maximè letiferũ eſt. Cui præſidio iris eſt cum melle, aut arida, ſi ſiccam inſpirare malis. Itidem & roſarum folia contuſa, pariter & earundem floſculi. Crocus, puſillum myrrhæ, galla, thus, cortex thuris, aut unà ſimul, aut priuatim ſingula melle irrigata. Præterea aqua mulſa, & mali denique punici dulcis cremor, ſubuenit.

Ad fœmorum intertrigines. Cap. xi.

ADuerſus intertrigines fœminum, myrtus ſicca, & cyperus, & roſæ magno commodo inſpargũtur.

Contra

Contra aurium humectationes. Cap. XII.

HVmectã aurium uitia, lana ex alumine indita, uel uinũ mulsum, uel uinum uetulum in aurem instillatum, uel crocum denique ex uino tritum, arefaciunt.

De capitis infantum adustionibus, quos Siriases uocant. Cap. XIII.

SIriasis est partium circa cerebrum, eiusq; membranas inflammatio. Concauum fit in ea synciput, concaui itidem cum pallore oculi, accedit etiam totius corporis ariditas. Succurrit huic malo, sinciputi cum rosaceo luteum oui complicati panniculi pigmentí ue modo impositum, sic tamen, ut assidua mutatione renouetur.

Aliud contra Siriases præsidium.

Conuenit eidem quoque loco herbæ, quàm Græci aliâs ἡλιοτρόπιον, aliâs σκορπίουρον, Latini solarem appellant, folia, cucurbitæ xamenta, cucumeris, quem peponem nominant, adiacentem carni pelliculam, aut hortensis solani, cum rosaceo succum imponere.

Infantium, & reliquarum deinceps ætatum, usq; ad eam quæ uigorem transiluisse uidetur, educatio. Cap. XIIII.

VBi iam ablactati fuerint infantuli, relaxato utcunq; animi freno, suo modo in hilaritate uitam ducere, permittentur. Exercitia ludicra, & leuiores nutricatus concedantur. Verum simul atque sextum iam annum, primumue septenniũ attigerint, tam pueri, quàm puellæ præceptoribus mansuetis ac humanis tradendi sunt. Ei nanque cum summa animi tranquillitate ac grátia, tenellos animos cũ literis tum moribus imbuunt. Et certè animorum securitas, relaxatioq; haud parum ad uegetam corporis educationem momenti adfert. Duodecimum natalem ubi peregerint, Grammaticos & Geometras uisitare, corpusque ipsorum exercere, necessitas est. A quarto & decimo anno ad uigesimum usque primum Mathematicis disciplinis, & Philosophorum rationibus sedulam nauent operam, & difficiliora pluriáque exercitia, pro corporis fortitudine subeant, quo animum ac corpus iuxtà exercitantes, à Veneris stimulo coërceantur. In his etiam amplioris uini usus circuncidendus est. In summo uerò ætatis incremento, absoluta uictus ratio tum animi, tum corporis obseruanda est. Proinde nullo non exercitiorum genere utendum, potissimum cui operam singuli dare cõsueuerunt. Cibos

Quando pueri literatoribus tradendi.

abundantiores, pleniores q; inculpatæ alimoniæ ijsurpent. Quibus uerò iam ætatis ſuæ ſtatus ſenium uerſus declinat, ijs moderatior, frugalior q; tam animi, quàm corporis educatio confert. Cæterum exercitationes, omne genus, pro ætatis ratione relaxãdæ ſunt: deq; pleniore alimento ſubtrahendum, tanquam eorum habitu iam ad frigiditatem uergente.

De frictione præparatoria, quam παραρυαυσικὴν Græci nominant. Cap. XV.

EXercitationem mediocris quædam corporis calfactio præcedat, frictione cum linteis adhibita, mox nudis etiam palmis oleo madentibus, tantiſper dum abunde incaleſcat, & mollius reddetur corpus, floridusq; rubor appareat, & decens tumor inducatur.

De exercitationibus. Cap. XVI.

VEhementior corporis motus, exercitatio eſt: meta autem uehementiæ eſt, animæ ad ſpiſſitudinẽ alteratio. Exercitationes porrò inſtrumẽtarias corporis partes promptiores, & morbis obnoxias minus, admuniaq; infractas: ad hæc, ut cibi ualidius ab ijſdẽ attrahantur, promptius permutẽtur, & inde liberalius reficiantur, caloris beneficio uehementi motione excitato, efficiũt. Meatus præterea expurgãt, redundantias corporis ob uehementem ſpiritus motionẽ euacuant. Quo niam ergo inculpatior alimenti in corpus, eiusq; partes diſtractio fit, ſi nulla neq; plenitas, neq; ulla etiam cruditas tam alimentorum, quàm humorum, neq; in uentriculo, neq; in inteſtinis contineatur (periculũ quippe, ne ante in uniuerſas animantis partes rapiantur, quàm coctura probè conficiantur) liquet exercitationes oportere cibi ſuſceptionem præcedere. Opportunitatẽ porrò obeũdi laboris, lotij color arguit: aqueũ, quippe crudum etiamdum ſuccum, ex uentriculo redditum præfert. Rubrum uerò ac bilioſum, concoctionem iampridem ad unguem abſolutam inſinuat. Quod modicè flauet ac pallet, inchoatam nunc primum cocturam portendit: Tum igitur exercitationibus manus admouendæ, ueſica prius, uentreq; retrimentis exoneratis.

Labor cibum præcedat.

De exercitationum generibus. Cap. XVII.

VNiuerſæ ſemel exercitationi commune eſt, quod ex ſeipſa animantibus caloris augmentum excitat. Separatim uerò conſiderando, ualens, hoc eſt, uiolenta exercitatio eſt, quæ muſculis & neruis robur præparat: cuius farinæ ſunt, fodere: ingenti onere ſublato, aut eodẽ in ſitu permanere, uel paululum procedere, pro cuiuſq; uirili in-

Valida exercitatio.

ambulare: huius generis est funẽ manibus apprehensum scandere, atq; id genus alia multa obire. Velox autem exercitatio citra robur & uiolentiã peragitur, eius sortis sunt, cursus, umbratica armorum meditatio, duorũ summis manibus cõplicatis concertationes, ἀκροχειρισμοὺς Græci nominant, & quæ uel coryco, uel exigua pila fit exercitatio. Validũ uerò exercitium celeri nõ raro cõponitur, si quis illi perinde atq; huic acriter innixus, festinas motiones addiderit. Porrò exercitationum genera alia lumbos potius aut brachia, aut crura fatigant: alia spinam totam, aut thoracem modò, siue pulmonem. Exercitetur autem quisque donec corpus in tumorem eleuetur, & color ille floridus appareat, motionesq; que ualidas æquabiles & expeditas edat: inter hæc etiam sudorem calidum cum uapore misceri cernes. Desistendum autem ab exercitatione tunc primum est, ubi aliquid eorum quæ memorata sunt, senseris immutatum. Verbi causa, si contractior paulò corporis moles uidebitur, interdicenda confestim corporis exercitatio. Nec minus, si floridi coloris gratia marcescit, quiescendum est. Iam si motionis uigorem collabi senseris, protinus pausandum est. Itidem si sudoris ulla uel quantitatis, uel qualitatis alteratio, puta si minor, uel frigidior fiat, exercitijs ualedicito. Mox oleo circũfuso fouere, ac deinceps recreatoria, (ἀναθεραπευτικὴ Græcis nũcupata) fricatione uti conuenit, ueluti pedotribæ, hoc est, puerorum exercitatores facere consueuerunt.

Cita exercitatio.

Finis exercitii.

De frictionum generibus. Cap. XVIII.

Ex frictionibus dura quidem stringendi, mollis uerò laxandi uim possident: proinde quæ æquo laxiora sunt, duriter: quæ uerò coacta, magis astricta sunt, molliter fricare congruit. At si quis temperato sit corpore præditus, constat hunc neq; leniter, neq; dure esse fricandum: imò summa ope niti decet, quo utrunq; uitemus excessum. Multa etenim & dura frictio gracilitatem præbet: pauca ediuerso, mollisq; in molem attollit. Media æqualitatem inducit. Tria quippe frictionum discrimina, quæ à quantitate sumuntur, si tribus quæ à qualitate ducuntur, copulaueris, nouẽ syzygias absolues, perinde atq; in subscriptione sequenti, tanquam è tabula liquet. Vna siquidem iuxta quantitatem: uerbi causa, multa, tribus secundum qualitatem coniugata, duræ inquam, molli & mediocri, in duritia tres constituit differentias. Pauca econtrario, ternis eisdem iuncta, ternas producit alteras. Mediocris uerò qualitate ijsdem tribus connexa, tres alias procreat, quemadmodum subscripta figura licet luculenter cernere.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Cuiuſmodi laſſitudines exercitationes excipiant.

Cap. XX.

LAßitudo ulceris ſenſum afferens à retrimentorum tenuium ſimul & acrium copia prouenit. Tenſionis uerò laßitudo nullã, de qua ratio ulla ſit habenda, ſuperfluitatem corporibus incumbere portendit. Verum in muſculis & neruis, affectio quædam qua tendi uidentur, reſidet. Inflammatoria uerò, qua nimirum partes ueluti contuſas, aut phlegmone obſeſſas ſentimus, tum incidere conſueuit, cum muſculi ſupra iuſtum excalfacti, quippiam ex circunfuſis ſibi retrimentis attraxerint. Eſt porrò & alia ſuper has affectio quarta, quæ euenit, dum pluſquam par ſit, muſculi exiccantur, ſic, ut ſqualens, contractumq; corpus appareat, & ad motiones pigrum. Cæterum ulceroſæ laßitudinis remedium eſt, ſi quæ redundant euapores, frictione multa molliq;, oleo nõ parca manu infuſo, à quo omnis adſtringendi uis abſit. Altera uerò defatigatio, in qua tenſio ſentitur, hoc ſanationis propoſitum habet, ut relaxando mitigetur. Laxatur itaq; & remittitur, quod diſtenſum eſt, frictione exigua pariter & molli ex oleo dulci & inſolato, hoc eſt, tepido, refocillatione item quauis & quiete, lauationibusq; temperatis, & pluſcula deniq; in calidis undis mora: ſi iterum atq; iterum hoc modo laſſum laueris, plurimum ſanè profueris. Tertia laßitudinum, quæ inflammationis ſpeciem repræſentat, ſanationis treis ſortita intẽtiones eſt. Superuacanei uidelicet excrementi euacuationem, extenti relaxationem, & accenſi refrigeratione. Oleo igitur copioſo, tepido, frictionibus molliſſimis, in medij temperamenti aquis diutina mora, illiuſmodi laßitudinibus ſuccurritur. Parimodo & multa quiete, præſertim continua, Quartus affectus, primo quidem die nihil ſanè diuerſum à ſuperiori ratione, excepta caliãiore aqua, quæ lente adſtringere feſtinat, Poſtera die recuratiuam (quam apotherapiam dicunt) exercitationem, poſtulat. Solio ad hæc protinus exiliant, maxinè ubi gelidam aquam ſubierint. Omnes uerò defeßi, alimento refici quamprimum deſiderant.

Vlceroſæ laſſitudinis præſidia.

Tenſiuæ remedia.

Inflammatiuæ remedia.

Quartæ laſſitudinis cura.

De cutis aſtrictione. Cap. XXI.

CVtis conſtipatio (quàm σύγκριμ Græci nuncupant) uel meatibus obſtructis, uel illis ipſis denſatis accidit. Obſtructio quidem è lentis, crudis, craßisque humoribus originem habet. Denſatio uerò modò ab ijs quæ refrigerant, modò ex aſtringentibus, & nonnunquam ab arefacientibus conciliatur. Procliue uerò eſt iſtuc deprehendere, denudato nempe corpore, ex albicante pallore, pariter & ex cutis duritie, ipſiusque denſitate, & quod inter exercendum quis

Obturatio.

Denſatio.

ægre

Obturationis, densationisq; cura.

ægre incalescit. Medetur huiusmodi affectioni excalfactio: minus itaq; languidis exercitationibus, balneisq; calidioribus indulgendum. In solio porrò gelido mora diuturnior non sit, imò neq; aqua sit admodũ frigida. Cæterum iam induendi, oleo prius aliquo, mediocrem calfaciendi uim habente, dulci, tenuiumq; partium perungantur. Postremo, cutis densitati sanandæ satis efficax remedium oleum anethinum censetur, præcipuè si ex uiridi anetho confectum sit, & oleum, quod ex populo nigra constituitur.

De spontinis lassitudinibus. Cap. XXII.

QVandoquidem lassitudo ulceris sensum afferens, ex acrium rerimentorum uitio nascitur: Siquidem uitiosi humoris fuerit minime multũ sola apotherapiæ exercitatione corrigitur: sin uerò copiosior humor altius radices egerit, huic tũ exercitationẽ, tum omnẽ penitus motionem interdicemus: quiete uerò, somnoq; refectis, cibi abstinentiam per integrum diem præscribemus: deinde aduentante uespera, liberaliore oleo perũctos, & mediocriter temperato lauacro lotos, alimentis optimi succi, sorbilibusq; tenuiter alemus, minime tamen gentium uino eosdem defraudauerimus, quoniam semicrudos (si quid aliud) humores concoquit. Si igitur eorum, quorum meminimus beneficio, malũ cessauerit, ad pristinam consuetudinem, ceu ratio postulare uidetur, homo reducendus est. Quod si sequenti quoq; die perduraverit, iam tum de ualentiore auxilio dispiciendum est. Quippe si uirium robur permiserit, alterum ex duobus, aut uenam secare, aut euacuare, expedit: atqui utrum alteri præferendum potius sit, discernendum. Si uiribus imbecillus sit, à uenæ sectione prorsus abstinendũ est. Semper purgatio uerò moderata admouẽda. Vbi uerò humores crudi permulti infestarint, tum neq; uasa aperienda, neq; purgandum, neq; exercitationibus deniq; uacandum, imò ne moueri quidem, aut lauari contulerit. Verum omni in quiete hoc modo affecti seruãdi sunt. Epulis item ac potionibus, medicaminibusq;, quibus extenuandi, dissecandiq; potestas, absq; euidenti calfactione, utendum. Eduliorum itaq; loco oxymel, ptisanæ exiguum, interdum aquæ etiam mulsæ aliquantulum exhibebimus. Cum autem cunctis in hac conditione constitutis, præcordia suspendi, inflariq; uidentur, & quicquid eis offertur, prompte flatuosum redditur, operæpretium fuerit, dapibus piperis aliquid confundere. Præstat autem in primis Diospoliticum medicamentũ usurpare: Simplex item illud, quod è tribus piperũ generibus constat, & ob id ὁλὴ τριῶν πεπέρεων dicitur. Vtilissimum eis fuerit oxymeli. Propotu apomelite, hoc est, cremore ex fauis aqua ablutis utantur, potissimum

Vires perpendendæ.

ubi

ubi ſubacuit: Vinis item quæ leuiter ſubaceſcunt. Nutrimentis præterea, quæ abſq; calore extenuant, cuius monetæ habetur capparis, uel ex oxymelite, uel ex oleo & aceto pariter ſumptus. Tenſionis Laßitudo, dum nõ ab exercitatione proficiſcitur, humorũ nimietatem ſolidas animantis partes expandentem, inſinuat. Cæterum luce clarius eſt, quod quandocunq; ſanguineus humor nimia abundarit copia, eum inciſa uena detrahere, uel malleolos ſcarificare, præſentißimũ eſt remediũ. Spontanea uerò laßitudo, in qua inflãmationis ſenſus eſt, ne unius quidẽ atq; alterius horæ, nedum duorum triúm ue dierum interuallo moram ſuſtinet, niſi enim quiſpiã ſanguinis miſßione præuenerit, febris illico ſuperueniet acerbißima. Magis ex uſu laborãtis fuerit, ſi nihil impedimento ſit, bis eodem die detrahere, ac priore quidem detractione non ad hominis uſq; deliquium auferre, poſteriore uerò ne animi quidem defectionem formidare. Si qui in ea affectione conſtituti ſanguinem mittere ſuperſederint, ij ſanè bona admodum fortuna ad ſalutem indigent.

Cuiuſmodi uictus rationem ſenectus poſtulet. Cap. XXIII.

GElidi quidem aridiq; temperamenti ſenectus eſt. Emendatur uerò tum caloríficis, tum humectandi calfaciendiq; uirtute iuxtà præditis: proinde ſunt, ſed non ad laßitudinem uſq;, fricandi. Alimentum autem imbecillioribus interdiu ter adminiſtrandũ: circa horam diei tertiam pauxillũ panis cũ Attico melle: poſt hæc hora ſeptima, præmißis frictionibus et exercitijs, pro ſenectæ modulo, balnei quoq; uſu adhibito, ante omnia quidem quæ aluum deijciant, mox etiam piſces atque alites porrigemus: poſtremo uerò in cœna, quæ inculpatos ſuccos pariãt, quæq; ægerrime corrumpantur in ſtomacho, exhibenda ſunt. Vina melle condita libenter admitto, potißimum ſi quis ſenum uel renibus lapillum, uel pedum affectionem, quam ποδαγραν nominant, incumbere ſperet, adijciendumq; huic œnomeliti petroſelinum. Si quando res ipſa poſtulat, ea quæ in uentre pituitam prognatam incîdant ſeligere, confeſtim ad humectantem educationem tranſeundum, ficis quidem maturis ante alias dapes exhibitis: brumali uerò tẽpore caricas, nullo mali ſenſu in dextro hypochondrio infeſtante, utiliter offeremus. At ubi ſeroſa, pituitoſaq; retrimenta in ſenio confectis corporibus ſuggeruntur, ſingulis diebus lotiũ mouere, & aluum maximè abſorpto, cæteris dapibus nondum guſtatis, oleo ſubducere expedit. Sed nemini obſcurum, quod ante alium cibum olerum omne genus cum oleo & garo, ex muria item oliuæ, et pruna deniq;

Damaſcæna manducanda ſunt: quod ſi uehementius aluus ſuppreſſa non reſponderit, Mercuriali & cnico ſuccurritur, quibus non minus conducit & terebinthina, interdum unius modò auellanæ inſtar, nonnunquã duorum aut trium magnitudine ſumpta: non raro ex oleo clyſter, aluo duræ & adſtrictæ ſaluberrimum eſt præſidium.

Ad rugoſum contractumq; corpus. Cap. XXIIII.

ERugatam corporis cutem reddit erui farina, cum uite candida mixta.

Aliud ſmegma indeſinenter abſtergens.

Ficus pingues cum bryonia in farinam cõteruntur, eruiq; farina uſta, & ſepiæ piſcis teſta, pauco melle excepta, in eundem uſum cõtunduntur.

Vt ſuauiter ſpiret corpus. Cap. XXV.

SIcca cupreſſi coma contuſa, uel piceæ cortex ungento confuſus, ſuaueolentem corpori inducunt odorem: memento tamen, ne quis matutino diluculo, unà cum indumentis iam corpori applicatis, momentum uel caſſiæ, uel ſauinæ guſtare detrectet.

Ad calfaciendam habitudinem. Cap. XXVI.

QVoniam habitum inſtaurari poſſe inſinuauimus, in lauacro, ad calfaciendum ipſum, intrito calorifico utendũ. Quod ex his conſtat, nepeta, ſampſucho, hyſſopo, baccis lauri, rore marino, lapide Pyrite, ſale, fece uini combuſta, nitro, pumice, pro uniuſcuiuſq; ratione, momento ſinapis, uuæ timiniæ, & grani Gnidij. Poſt balneum uerò calorifico utatur acopo, uino giluuo ueteri, potione ex uino mulſo, pipere, rutha, & conſimilibus.

Ad uitiatum corporis colorem. Cap. XXVII.

PAllidus corporis color corrigitur uita amœna ſuauiq;, dapibus ſucci inculpati: miſcere autem his radiculam, porrumq; cum uiridi cicere oportet. Coloris quoq; gratiam inducit, dulcis mali Punici cremor abſorptus. Vincit oleum in quo diutius bryoniæ radix elixa. Hoc ſanè & cuticulam erugat, & corpus expolit. Abſterſorijs expurgandæq; cuti medelis cõglutinantia miſcere cõuenit, quæ abſtergendi aliqua facultate polleant. Verbi cauſa, farinam, bulbũ, narciſſi, & bryoniæ radicem. Amygdalæ item amare tum radix, tum fructus, ſi ad manum ſint, ex aqua elixa, & in lauacro adhibita, coloris decorem efficiunt.

Ad

Ad liuores & fuſcedines. Cap. XXVIII.

SEnes à liuore uindicabimus, ſi cutem ipſorum ſpiſſam, & affectionibus minus obnoxiã, habitudinemq; omnem longe calidiorem reddemus: quod quidem multo citius aſſequemur, ſi ſalibus in balneis ſuper liuidas partes utemur, quas & ſpongijs, in raphani, abſynthijq; iure ſubmerſis, fouere expedit.

Quæ dentes præſeruent ab iniuria. Cap. XXIX.

DEntes, ſi quis hæc fecerit, corruptionem nõ ſentient. Ante omnia quidem corruptiones ciborum uitandæ ſunt. Fugienda inde aſſidua uomitio. Horrere item oportet eſcas dentibus aduerſas ac inutiles: cuius generis ſunt ficus aridæ, mel coctum frangi contumax, palmulæ quæcunq; ægerrime conteruntur, quæq; glutinoſa ſunt, atque fractionis adeò difficilis, ut dentes loco dimoueant, & eorundem ſtuporem inducant. Cibi omnes gelidi & marcidi. Sunt uerò à cœna dentes ſemper accurate expurgandi.

Aduerſus grauem auditum. Cap. XXX.

ADuerſus audiendi difficultatem in primis cõducit, auditorij meatus à ſordibus expurgatio. Tractu autem temporis, linimentum dropace madẽs, in ipſum demittito, & ſimulatq; expreſſum fuerit, extrahito. Vna quippe opera & meatus ſumme expurgatur, & auditus reſtituitur. Poſt hæc autem inſtar erui quopiam inſerto, per diem obturabis meatũ: quo poſtera die extracto, ſingulis diebus oleo amygdalino, aut nardino, aut chamæmelino, aut adipe anſerino, aut modico felle bouino perlinies. Rurſum aliquo temporis interuallo impoſito, ex ſinapi & ficu in farinam tritis conformatum peniculum horis duabus inſere, quo deinde exempto, oleum in albuci radicis cremore feruefactũ, infundito.

Ad oculorum caliginem. Cap. XXXI.

QVo caligine minus oculi corripiantur, ipſis gelida aqua ſubmerſis modicè ſuſpiciant, hinc enim acies oculorum uiribus intenditur. Caue tamen, ne unquam auara lectione delaſſentur. Abſtinendũ præterea à uino craſſo ac dulci. Epulis item, quæ diu ſupernatãtes ægre tandẽ in uentriculũ demigrãt, quæq; cõcoctioni reſiſtũt, atq; ſuccos lentæ, craſſæq; materiæ gignũt, ab erucis porrò, & à quibuſcũq; acris uapori ſurſum effertur. Iam uitare pariter expedit, ſupinũ decubitũ diuturnũ, frigus, uentos ex aduerſo obuiã flantes, fumũ, atq; puluerẽ. Infunditur porrò præſenti remedio oculis perpeti mẽſe ſingulis diebus aqua, ad hũc modum præparata. Fœniculum uiride, cũ aqua cœleſte teſtaceo uaſe foris picato inijce, deinde fœniculo exẽpto, reliquias in eũ uſum reponito.

De plenitate, ſatietate ue. Cap. XXXII.

SVmmopere in alimentorum ſatietate delinquitur, nam etſi probè uentriculus ſuo fungatur in coquendo officio, uenæ tamen plus iuſto refertæ afficiuntur, expanduntur, finduntur, oppilantur, flatu infartiuntur, & planè præcibi grauedine peſſum eunt: Nihil uerò in morbis peſtilentius eſſe uenarũ plenitudine, & inde grauiſſimas etiam ægritudines prouenire perſpicuum eſt. Ventris porrò plenitas, quanquam in totum, eo quod redundantiæ ipſius uel uomitione, uel alui deiectione excernuntur, tolerabilior ſit, ea quæ uenis oboritur, tamen & ea quoq; damnanda eſt. Attamen ſi quis ſe plus ſatis ingurgitarit, protinus uomitu eijcere ſtudeat: periculũ enim eſt ne cõcoctione probè obita, uenæ plenitudine moleſtentur, præſertim dũ quis iugiter per intemperãtiam ſeſe largius inuitans, nullam experitur euacuationem. Vomendũ eſt itaq; antea quàm cibaria ſumpta in uentriculo corrumpantur. Si tamen eſt quod uomitionem impediat, alui largior deiectio plerunq; præſidio fuit. Verum ſi ne id quidem eſt integrum, ſomno prolixiori indulgeat, & crebrius in potu aqua utatur calida. Vbi uerò quantum ſatis eſt concoxerit, potiſſimum ſi aluum deiecerit, lauare, fomentis uti, paululum ſalſamenti guſtare, potumq; dilutũ haurire, expedit. Quod ſi neq; deſederit, neq; mature obita ſit decoctio, & uniuerſi ſemel corporis moles ponderoſa, & ad motus omnes inappoſita, ſomnolentiorq; fuerit, mẽs quoq; nulla euidenti ratione pigritia torpeat, uenarũ plenitatẽ portendit. Qui uerò præter hæc laſſitudine capiũtur, eos trãquillitati permittere, quoad uentriculus pro ſua functione coctura abſoluat: mox deinde exercitationibus inanire, ſatius eſt.

A crapula illico uomendũ.

De temulentia. Cap. XXXIII.

MAturus ſanè uomitus ſaluberrimum temulentis eſt remedium. Expedit autem ubertim aqua & mulſo epotis uomitum elicere, quo bene multa proijciantur, & uellicationes ſtomachi hebetiores reddantur. A uomitu uerò ſolio cum illinitione abundanti uti conſilium eſt. Reliquo deinceps tempore tantiſper tranquillitati, ſub ſtragulo dormientes uacent, dum id quicquid eſt uilli edormierint.

De ijs quibus alimenta corrumpuntur. Cap. XXXIIII.

FActa alimentorum in uentriculo corruptione, quibus retrimenta corrupta excernuntur, rectiſſima ſemita ad ſecundam ualetudinem tendunt. Qui uerò nihil deijciunt, ijs quæ iucundè uentrem molliunt, irritandi ſunt. In ea affectione conſtitutis, uomitiones ante cibum, uini,

uini, paſſi ue potu citæ cõferũt. Ad hæc, quicquid eſt uaporoſum, quicquid uiroſum, atq; in uniuerſum omnia quæ ocyus corrumpũtur eſculenta, uelis remiſq; noſtro conſilio uitanda ſunt. Sed ea, quæ inculpatũ ſuccum generant obſonia, cum delectu uenanda cenſeo. Iam ita habentibus per mediocria temporis interualla alui ſubductiones, ex clementibus catharticis, præſentaneam opem adferunt.

De re Venerea. Cap. xxxv.

EMolumenta quæ Venerem comitãtur hæc ſunt: Plenitatem exhaurit, corpus agilius reddit, augmentũ procurat, & uirile magis efficit. Quod uerò ad animum attinet, implicitã perplexamq; ratiocinationis uim extricat, furentem indignationẽ mitigat: Qua de re atrebilario concubitus appoſitiſſimũ (ſi quicquam aliud) eſt præſidium: Reſtituit hominem modeſtiæ, & aliâs quoquo modo dementes ſapientiæ. Affectionibus quæ pituita proueniunt, efficaciter opitulatur. A cibis appetitus auerſionem, in ciborum appetentiam reducit. Aliquot multos à frequentibus cum uenerea imaginatione ſomnijs uindicauit. At qui homines calidioris, humidioriſq; naturæ, Veneri multò magis ſunt idonei, ut qui procliuiores reliquis ad libidinẽ cõperiuntur. Victus cõtrà ratio ſiccificãs & refrigerãs huic militiæ alienior: Senij itidem ætas, tempuſq; autumni cenſetur. Victus itaq; calidus ac humidus offerendus eſt. Eſto item mediocris tum laborum, tum alimentorũ modus: ut enim moderati laboris ſumma, ita Veneris quoq;, ſi mediocritas ſeruatur, commoditas eſt: haud enim ad opus modò excitat, uerum promptitudinem quandam, ei qui aſſueuerit, præbet. Veneris ergo deſiderium, præ cunctis alijs rebus, cupediarum irritat redundãs copia. Proinde quæ plurimi alimenti ſunt cibaria, ad hanc rem uel ad unguem facta uidentur: Cuius generis ex piſcibus ſunt Polypi, (qui ſanè ad Venerem ſtimulare haud uulgariter putantur) & omnes molliore carne præditi. Ex oleribus uerò geminalis, eryſimon, eruca, rapum, atq; hæc uice medicinæ exhibentur. Legumina uerò id genus, fabæ, cicer, ochri, quas eruilias dicunt, ſiliquæ, piſa, quoniam flatuoſa ſunt, & uberi alimenti, idcirco rutha, eo quod flatus diſſipat ac penitus ferè demolitur, Veneris quoq; flagrantiã obtundit. Vuas maximopere commendo, humectant enim & ſpiritu ſanguen infartiunt, quod res Venereas impetu quodam ſtimulat. Qui itaque ad Venerem acceſſurus eſt, caueat plenitates, cruditates, labores, defatigationem, ne uomitus & purgationes proxime præceſſerint: pari quoq; modo ne repentinus fluor alui, etſi diuturnũ fluorem concubitus ſæpe exiccet. Aeſtuantẽ porrò coëundi libidinẽ ut minime probo, ita ei renitendũ præcipio, maximè ijs, qui ex Veneris uſu

Calidi & humidi Veneris idonei milites.

Veneris illicia.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

aliorum, tum lactucæ succus, tum lini semen aqua elixum, quippe ex hoc refrigerantem succũ exhibet. Lamina porrò plumbea lumbis supposita, Veneream imaginationem per somnum cohibet. Hoc ipsum præstant herbulæ quædã frigorificæ cũ rutha, & teneriusculis nõnunq; uiticis turionibus, substratæ. Semina quoq; uiticis atq; ruthæ comesta idẽ efficiunt. Obseruare autem conuenit, ne dum tanto certatim studio lumbos refrigerare molimur, renes iacturam faciant. lini

De ijs, qui exfrigore noxã contraxerũt. Cap. XXXIX.

AIgore intenso plus æquo male affecti, locis calidioris unctulo, uel cyprino, uel irino delibuti decumbant: deinde calore nõnihil restituto, piperis quiddam, aut myrrhæ cum uino dulci, odoris optimi, arnoso, uel succum cyrenaicum, è mero siue aceto, uel pyrethrum, uel castorium deniq; ex aceto, deuorent. Alimentum autem calorificum ei præditum offerendum est.

De ijs, qui immodico æstu iniuria affecti sunt. Cap. XL.

QVi uerò æstu solis noxam non leuem contraxerũt, his locis auræ undiq; expositis decumbendum est. Vultum præterea, manus, crura, è gelidis undis irrigare: Sitim potu frigidæ pro consuetudinis ratione sedare, expedit. Hæc sanè non ubertim, sed pro ratione pedetentim facere, alimenti item parum, facile in partes digestibile, liquidum potius quàm solidum assumere, confert.

De pituita in uentriculo superiore superabundante. Cap. XLI.

QVod si incidas in quempiã, qui ualidi nutrimenti oblationes auersetur, fastidi atq; omnino, quiq; si assumere impellas, nauseat, neq; fortassis quicquã libenter, præter acredinem præferentia admittat: neq; ijs quidẽ magnopere capiatur, sed uentriculus inflationem nauseamq; experiatur, & solis ructibus aliquantulũ recreatur, nonnunq; ipsa quoq; iã sumpta cibaria, in acidã maximè corruptionẽ cõuersa uitiantur, persuasum habeas, prima sanationis præsidia in euacuatiõe uentriculi à pituita cõsistere. Ipse quidẽ in eiusmodi affectione cõstitutũ cognoui, q radicula ex aceto mulso deuorata lõgè fide maiorẽ crassæ pituitæ uim euomuit, atq; ita extemplo secundam ualetudinem inculpatam assecutus est.

Quomodo quis facile uomitum promoueat. Cap. XLII.

QVandoquidem innumeræ ferè absurdæ calamitates comitari consueuerunt ægre uomentes, haud ab re fuerit rationes, quibus uomendi omnis tyãnis tollitur, præscribere. Vomitus enimuero

cum

cum pituitam expurgat, tum caput grauedine liberat, neq; ea quæ sunt tu burcinando deglutita, incrudescere sinit, molestiamq; uino liberaliore ma dentis arcet. Sint quæ offeruntur neq; acerba, neq; admodũ sicca, uerum partim dulcoris humorisq;, partim acoris modum non excedant. E quorum genere principem probitatis notam raphano debemus, erucæ, salsamento perueteri, origano uiridi, momento cepis, porriq;. Adiuuat porrò uomitionem ex legumentis ptisana melle condita, faba elixa, & carnes pingues. Atqui non iura modo sorbenda, sed uniuersa semel ipsarum moles deglutienda. Noli igitur quisquis uomere gestis, diutile manducationi insistere, sed elixatione cũcta molliora reddãtur. Neq; te lateat, uina multi dulcoris ad eam functionem, quoniam diutius in stomacho supernatant, seligenda. Potus hic tepidior esto. In cibo amygdalis quæ melle maduerunt, utantur. Placentæ quoq; non semel ad hunc usum degustandæ sunt. Semen item cum peponis tum cucumeris, maceratum atq; contusum cum melle, necnon & cucumeris radicis farinam ex melle offerre congruit. Si autem ualentiora res postulare uidetur, narcissi bulbo aqua elixo merum dilue. Quin & irinum quoq; unctulum uomitionem proritat, si quis digitulis eo delibutis irritet. Verum id etiam ad uomitiones spectat, ne minimum in uomitu prætermittere, nihil cessando reliquum facere, sed os ab ipso protinus colluere, uultumq; pari studio aut posca, aut aqua abstergere: nam id non dentibus modò manus porrigit, sed caput quoque ipsum exonerat.

Cientia uomitum.

Quæ sequunda ualetudine constitutis aluum subducere, & lotium ciere possunt. Cap. XLIII.

PRiscis quibusdam ad secundam ualetudinem tuendam abunde uisum est, diebus singulis aluum atq; uesicã citra reprehensionis notam retrimentis sufficienter, pro cibi potusq; multitudine, exonerare. Quod si illi oletum, huic uerò lotium respondebat, probabant: Sin secus, lotium quidem ciebant scandice, apio, asparago, petroselino, aniso, nepeta, origano, absinthio, graminis, carduiq; radice, cytiso, herba cincinnali (quod adiantum dicunt) aqua elixis, quorum ius in potu cum uino subinde ministrabant. Hæc quippe per lotium sanguen quoque expurgãt, quod præsentissimum habetur auxilium. Moliebantur uerò alui deiectionem, deuorandum exhibentes in somnum iam uersis resinam terebinthinam, instar oliuæ. Si uerò acrius aluum subducere animus est, exiguum Rhei Barbarici admiscebimus. Conueniunt etiam aluo emolliendæ, oua sorbilia: Ex oleribus beta, malua, ius cochlearum, & hæc fortasse satis opis conferũt. Validiores in hac re uires habent, mercurialis, in aqua cum

salibus

ſalibus elixa,& eſui data,& elixatio eius potui exhibita. Similiter et ſambuci folia, polypodijq; radicis duo denarij ſalſamento inſparſi, aut cũ ptiſana deglutiti. Eiuſdem claſsis eſt ſerum lactis, trium aut quatuor heminarum menſura, cum ſale & melle ſorptum. Simili poteſtate eſt iuſculum ueteris gallinacei, tam per ſe, quàm cum binis cnici denarijs acceptũ. Aloẽ interim à cœna, quæ trium cicerum magnitudinem æquet, aſſumere expedit. Saluberrimus itidem fuerit, epithymus cum uino poſt frugalem cœnam epotus. Verum ſi quis uehementiore euacuatione egeat, ueris tempore epithymi drachmam ex oxymelite hauriat.

De clyſteribus. Cap. XLIIII.

HAbent natura uentres quidam adſtrictiores, quorum præ debilitate ſtomachus medicamẽta quæ per os ſumpta aluũ deijciũt, nõ ſuſtinet: ijs clyſteribus ſuccurrendum eſt. Qui ſi pituita quidem inteſtino fixius inhæret, è iure caricarum, betarum, nitri, radicis cucumeris ſylueſtris, cũ melle & oleo uel chamæmelino, uel anethino confiant. Si ariditas acrius urget, uincit elixatio altheæ, fœnogræci, chamæmeli, adiecto oleo et melle haud ita multo. Abũde nõnunq; oleũ per ſe dimidiati aceta buli quãtitate, per inferna immiſſum, facit. Neq; tamẽ id continuè agendũ, ne natura ijs irritata, ultroneæ deiectionis, ſui muneris obliuiſcatur.

De glandibus. Cap. XLV.

VSus quoq; glandium celebris eſt, oletuli excernendi gratia, & in quibus etiamdum clyſteris iniecti reliquiæ, ueluti mordicus retinentur. Finguntur uerò glandes è ſale aſſo, melle, & nitro. Thymus quoq; non raro melli percocto leuigatus aſſumitur. Formantur nonnunquam & è terebinthina reſina, nitro admixto, & modico interim cocci Gnidij. Cæterum quoniam ferè lancinatio inde conflatur, partes oleo ſunt oblinendæ. Porrò dum pyrethrum, aut piper inſeritur, opitulantur diſſolutis, & præ algore inflatis. Additur item ſæpius & centaurium, pici aut cerato implicitum, reſolutioni uerendorum accommodatiſsimum præſidium. Puſionibus uerò grumus ſalis inditur. Ex ficu deniq;, adiecto nitro, nonnunquam collyria perficiuntur.

De caput purgantibus per os apophlegmatiſmi dicunt, & per nares, deq; unguentis. Cap. XLVI.

HVmores capitis per ſputa uacuantur. Id ſi clementer facere ferre animus, confundimus piper maſtichæ. Si ualidius uacuare ſtudebimus, aliâs pyrethrum, aliâs herbã pedicularem mandere præcipimus. Præterea utriuſq; orcitunicæ, commanducata radix, ad pituitã extrahendam efficax eſt. Capparis quoq; radicis cortex, eundem humo-

rem euocat. Retrimenta item ſeroſa, rebus enumeratis euacuantur. Sinapi uerò cum oxymelite gargarizatum, aut defrutum in quo origanũ uel hyſſopum elixatum ſit, craſſiorem pituitam excernit, ipſe uerò ſapæ ſinapi cum oxymelite confundo. At ſi à muco quoq; purgari cerebrum expetat, eum per medicamenta quæ acorem obtinent, quorum bene multa ſternutationẽ eliciũt, euocabimus. Purgat itaq; p̃ nares anagallidis utriuſq;, & cuiuſuis orcitunicæ, ac betæ ſuccus, foliorũ quoq; ſylueſtris cucumeris ſuccus uel ſeorſim ipſus, uel cũ decocto, uel cremore betarum naribus infuſus. Verùm ſi crudi humores in thoracis, pulmonis, capitis q̃; partes ſeſe receperint, ſternutamentũ quidẽ, neq; uel tantillũ opis conferre potuerit.

Vngentum ori illitum huiuſmodi proficit.

Sinapi cum betæ ſucco dilutũ, partibus palati atq; columellæ illinies, optime facit. Idem per nares quoq; purgandi facultatem obtinet. Nigella porrò acquiſitu facili ad narium illitionem ſubinde uſus ſum, quã equidẽ interdum per acri aceto pridie maceratam, deinde poſteriore die cum aceto denuo læuigatam, eliquatamq; naribus infundo. Interdũ uerò nigellã oleo ueteri liquefacio, atq; pari modo uſui adhibeo. Ad hunc ferè modum Archigenes quoq; in obturatione narium eadem uſus eſt. Priori autem ex aceto, Crito felle ſuffuſis ſuccurrebat.

Quæ menſes trahant muliebres. Cap. XLVII.

QVæcunq; lotia proritant, eadem & muliebria impellere ſolent. Verbi cauſa, braſſicæ radicis decoctum potum, perſicæ radix, rutha, calta, (ſic enim Romani χυσολιθεμον uocant) dictamnũ, ſemen erucæ. Reperiuntur quæ ſi ori locellorũ admoueãtur, menſes promoueant: cuiuſmodi habetur rutha læuigata cũ melle, porri liquor, allijq; contriti ſuccus, myrrha uino diluta, aut leporis deniq; coagulum.

Sudorifica medicamenta. Cap. XLVIII.

SVdorem prouocant chamæmeli farina, oleo inſperſa, ſummæ cuti ualidè infricata, ſeſeli, pyrethrum, canchry, aniſum, pari modo oleo excepta, nitrum toſtum haud ualde tenue cum oleo: flos ſalis oleo temperatus: liquor cyrenaicus, aqua dilutus, corpori infricatus, ciceris q̃; quantitate hauſtus. Conſimiliter & nepeta, tum ſi cum aqua mulſa ſumatur, tum ſi foris quoq; corpus ex eo fricetur.

De aëre. Cap. XLIX.

SAluberrimus aër eſt, exquiſite purus, cuiuſmodi fuerit, quem neq; ſtagnorum, neq; paludum, neq; alicuius profundi ſpecus, peſtiferã auram expirantis, exhalationes perturbant. Ediuerſo, qui latrina quapiam uaſtumaliquod oppidum expurgante inficitur, peſtilens eſt. Neq;

etiam

etiã is qui nebulosus est, frugi uideri potest. Vitiosus item quisquis in con ualli celsis undiq; iugis circunsepta incluſus, nullam omnino recipit perflatum. Quicunq; ergo ad hunc modum aër infectus est, omni pariter æta ti, omni temperamento, iuxtà tantopere noxius est, quantopere inculpatus ille uniuersos & amœnat, & adiuuat. Sed qui in qualitate, ardore inquam, algore, siccitate, & humiditate aër uarius est, omnes sine discrimine afficere neutiquam potest. Temperatis nanq; corporibus, aër temperatus: intemperatis uerò, qui contrarij temperamenti fuerit, utilissimus est.

De aquis. Cap. L.

QVæ aquarum cum uirtutes tum uitia sint, explorata habere conuenit, utpote quæ multiplicẽ in primis tantũ nõ omnibus usum, ad quamlibet educationem suggerũt. Latêre itaq; neminem debet, saluberrimam esse, quæ omnis planè tam gustu, quàm olfactu qualitatis expers est, sed potanti extemplo suauissima, intuenti lympidissima uidetur. Quæ etiam per præcordia maturime descendit, hac nullam pctiorem aliam inuestigare conuenit. Quæ uerò præcordijs diutius immoratur, uentrem uexabit, inflationes faciet, & ponderoso onere grauis erit, omnium deterrima censenda est: ea sanè neq; calefit ocyus, neque frigefit promptius: quin & quæcunq; in ea elixantur, longiore mora & maligne tandem decoquuntur. Satius itaq; fuerit experimento huiuscemodi aquã perpendere ac discernere. Qui uerò notis quibusdam talem deprehendere studuerit, ex ijs quæ memorabimus faciat iudicium. Enimuero quæ septentrionem uersus & occasum labitur, ea ut ægre transmittitur, ita coctu difficilis & contumax est, & calefit, & refrigeratur lentius: quæ uerò ad orientem, per meatum quempiam siue tellurem defluit, leuiq; momento calescit & refrigeratur, de hac summæ bonitatis ſtem concipias. Ea quoq; frugi putanda est, quæ æstiuo tempore frigidior, brumali uerò calidior est. Nec desunt, qui aquæ bonitatem trutina explorant: ei sanè leuiores cæteris præferunt, si id cum ijs quæ mox recensuimus commune habet, probatur. Hæc sola, nisi & alijs fulciatur notis, exactæ bonitatis coniectura minime satis est. Cœlestis porrò aqua, teste Hippocrate, nullo pondere grauis, dulcore abundanti, lympiditate neutiquam uulgari, tenuitate denique nulli secunda censetur, eo quod à sole leuissimum tenuissimumq; trahatur. Idq; non ex alijs aquis modò, sed ex mari etiã, corporibusq; colligitur: proinde & omnium celerrimè putrescit, ceu è diuersis qualitatibus consistens. Nemo uerò citius putrescibilem aquam deterrimam esse iudicet, alterationis quippe procliuitas uirtuti magis quàm uitio adscribenda est. Quapropter quæ inculpatæ aquæ inditijs prædita,

Aqua saluberrima.

Aqua pernitiosa.

Notæ bonitatis, uitiiq; aquarum.

Aqua cœlestis.

Aqua putrescibilis.

facile computrescit, saluberrima censenda est. Atqui ubi alterari cœperit, sumentibus, raucedinis, tussis, grauitatisq; uocis, occasionem præbet. Cæterum ex pluuialibus aquis æstiua & tonitruosa, bonitate nymbosæ præpollet. Glacialis uerò niualisq; omniũ uitiosissima habetur, quod eius congelatione omnes tenuissimæ partes exprimantur. Vtile autem fuerit limosam, teterrimiq; odoris aquã, uitiosaq; qualitate affectã, elixatione prius corrigere, & sic tandẽ bibere. Et uinũ miscentes, aquæ uitia emendamus, stypanti quidẽ dulcius, cæteris uerò acerbius. Nõnullas porrò aquas, uerbi gratia limosam, salsuginosam, bituminosam, excolare expedit. Valde uerò gelidã post alimẽta, sed ne tũ quidẽ ubertim raptimq; ingurgitãdã iudico. Inuenerũt nõnulli cibos ac potus, quibus aquarũ uitijs occurrũt, et alij quidẽ ciceris decoctũ propinãt, uel ipsummet deuorãt: alij pedes gallinaceos cũ pisciculo quopiã elixatos, pariter edũt. Cõsimiliter & fœniculũ. Quidã betã deniq; & cucurbitã sale cõditã unà cũ uino diluto absumunt.

Aqua a glacie, niue q; defluens.

De balneis. Cap. LI.

PRobo sanè lotionem frigidæ, sed ita quidem ut temere citra uictus rationem degentibus nihil conferre, ijs modò qui ad amussim uitã instituunt, laboribus item & alimentis loco ac tempore commodissime fungũtur, multum momenti adferre asseram. Populares uerò, qui copiosiore egent refrigerio, induxisse nonnunquam natationi æstatis tempore satis fuerit, iuuenes maximè & corpulentos, frictionibusq; præcalfactos. Sint autem neq; rebus Venereis, neq; alia quauis occasione defessi, neq; cruditatem experti, neq; uomitione, uentrisq; fluore, aut uigilijs deniq; exhausti. Periculosum quippe simpliciter gelido lauacro uti: calidũ autem ut optimum, ita & tutissimum est: solatur enim lassitudinem, plenitates succorum halitu dissipat, calorem inducit, placat, mollificat, flatus ubicunq; radices egerint, discutit, somnum accersit, & corpulentiam inuehit. Est uerò utilissimum cuiq;, tum uiro, tum mulieri, tum puero, tum seni, magistratibus atque priuatis.

De thermis sua sponte prouenientibus. Cap. LII.

THermarum ultro scaturientium, quædam sunt nitrosæ, quædam salsuginosæ, quædam aluminosæ, quædam sulphureæ, quædam bituminosæ, aliæ æris, aliæ ferri deniq; naturã æmulãtur. Nõnullæ ex earũdẽ rerũ mixtura cõstãt, idcirco omnes in uniuersum quotquot per se ultro thermæ emergũt, uirtute arefaciẽdi calfaciendiq; præditæ sunt, frigidisq; ac humidis naturis in primis cõducũt. Cæterũ quæ nitri salisq; naturã obtinẽt, capiti, thoraci, destillationibusq; affecto, stomacho humecto, hydropicis, è morbo item pullulantibus tumoribus, & quibus est pituita molesta,

Thermæ nitrosæ.

moleſta, conueniunt. Quæ alumine conſtant, ſanguinis excretionibus, uo Aluminoſæ.
mitu rienti ſtomacho, fœminarum inordinatis locellorum purgationibus,
& ijs quæ identidem abortiunt, opitulantur. Quæ uerò ſulphuris uim Sulphureæ.
poſſident, neruos emolliunt, calfaciuntq; , fatigationibus ſubueniunt, ſto-
machi uires non ſolum proterũt & effœminant, uerumetiam ſubuertunt.
Sed bituminis naturã imitantes, caput replere, ſenſorijsq; ſedibus office- Bituminoſæ.
re ſolent: enixe tamen calfaciendi emolliendiq; uim obtinent, ſi quis diu-
tius in eis perennarit. At quæ æris confuſione conſtant, os, tonſillas, colu- Quæ æris, quæ ferri naturam imitantur.
mellam, & oculos miris modis adiuuant. Quæ poſtremo ferri naturam
retinent, ſtomacho, lieniq; accommodatæ ſunt. Oportet autem balneorũ
aquã ſenſim citraq; tumultum ingredi, quo potentia ipſius pedetentim
irrepens, promptius in relaxatum corpus demergatur.

De uictus ratione ſingulis anni temporibus utili. Cap. LIII.

OPtimum ſanè fuerit quæq; anni tempora obſeruando, uictus rationem inſtituere. Per hyemem quidem ualentius exercitari, & Hyems.
plenioribus alimentis uti oportet, præcipuè quando aëris tempeſtati Boreas imperat. Vbi uerò auſtrina tempeſtas fuerit, pari quidem exercitationi, ſed cibo, potationiq; frugaliori, indulgendum. Et in uniuerſum, ut madido tempore ſiccius omnino reddere corpus, ita & per frigidum tempus calidius, Veſci uerò tum carnibus, oleribusq; calidis, atq; uinum bibere meracius prolixiusq;, confert. Primo autem uere aduentante, Ver.
hic quidem uomitionibus, alius alui deiectionibus, euacuetur, alius ſecta ue
na ſanguinem detrahat, pro recepta cuiuſq; tum conſuetudine, tum animi
quoq; prompta uoluntate. Aeſtatis uerò tempore tranquillitas expedit, la Aeſtas.
borum item alimentorumq; diminutio, quæ quidem ex frigidiore genere
ſunto: potatione quoq; uberiore uti, atq; omnia tandem quæ refrigerium
humiditatemq; conciliant, adhibere cõuenit. In autumno exactiorem cau- Autumnus.
telam circa uictus rationem res poſtulat, quoniam omnino inæqualis ac
inordinatus eſt, & morborum omne genus facillime parit. Summo etiam
ſtudio nitendum, ne quid tum circa refrigerationes delinquatur. A Vene-
re etiam potuq; gelido cauendum. Matutinum porrò aëris frigus, meridia-
nusq; æſtus utiliter declinatur. Pomorum quoq; fugacium repletio uitan-
da eſt, quoniam moleſtiam infert non ſaturitate modò, ſed quod uitioſum
etiam ſuccum flatusq; generat. Optimi nanq; omnium fructuum ficus, ac
uuæ, flatus excitant, & niſi ante alias eſcas accipiantur, alimenta quoque
corrumpunt. Præ alijs uerò ferculis aſſumpti, neq; inflant, neq; corrum-
punt. Vbi frigidior iam redditur aër, pro algoris ratione corpus calfacien

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

nolentem,uolentẽ res ipſa proficiſci impulerit,ſitiſq; premat,tenuem polentam ex aqua cum ſalis minimo bibat. Aeſtus porrò ſolisq; ardores cauendi ſunt,neq; corpus etiã nudum inſolare, imò ne ab itinere exiccatum indureſcat,ſtudioſius cooperire conuenit. Hoc quippe pacto & labor minus afficiet,& nullus memoratorũ affectuum hominem corripiet. Hyeme quidem frigida,ante arreptum iter, aluo ſubducta, & unctione admota ciborum hyemalium partem bene magnam,potionis uerò paululum, ſumere,faſciaq; proceriore non lumbos modò, uerum ſpinam quoq; ac pectus, probe ac ſcite inuoluere,expedit. Vbi uerò trãquillitati quis ſe dederit,ſub eiuſmodiq; refectione frigus ingruit intenſum,neq; ungi tum,cibumue ac potum,neq; recreationem quãuis aliã,capere præſtat, ſi quis eo loco permanſurus eſt. Ad hoc,poſt diuturnam profectionem,cæterosq; labores ualidiores, etiam ſi quis nihil defatigetur,curari tamen fatigatorũ more non dubitet,ita enim iniurijs minus erit obnoxius.

Nauigantibus quæ uictus ratio conueniat. Cap. LVI.

VOmitionibus quæ nauigantibus frequenter obueniunt, initio quidem ut ægre,ita inutiliter quoq; reſiſtimus, ſiquidem plurimum opis plerunq; ferre conſueuerunt. Oportet autẽ à uomitione neq; multũ, neq; ſine diſcrimine quiduis alimenti offerre, ſed lenticula arida, ſiue cocta,cum exiguo pulegij adiecto,ueſci. Panis autem nauticus uino diluto atq; perodoro bene maceratus eſto: potatione porrò modica, nempe uini penitus aquoſi, uel aceti mulſi,utantur. Cæterũ lentes tantiſper ſunt elixandæ,quoad omnino molliores reddantur: mox deinde in farinam terendæ, pòſt arefaciẽdæ, tum deniq; in uas aliquod teſtaceũ in eum uſum reponendæ. Cum uerò pluſculum temporis crebræ uomitiones perſeuerauerint, alimentis uehementer repreſſiuis utendum, exiguoq; potu, puta aceto mulſo,in quo thymus ſit maceratus, ſiue pulegium: Aqua item cum polline mixta,uel uino odorato aqueo, quod polentæ florem adiectum habeat. Aduerſus porrò nauigiorum graueolentias, teterrimosq; odores,malacotonia,aut thymum, aut pulegium odorari debent. Et quamminimum quidem fieri poteſt, ſalum intueri oportet, donec aſſueuerit quis nauigijs immorari. Danda poſtremo eſt opera,ut aquæ lympidæ ſint,neq; fœdum odorem, neq; ſalſedinem præferant.

Quomodo macies inducenda ſit obeſis. Cap. LVII.

CVm ſupra iuſtum naturæ modum obeſum eſt corpus,eliquandum ipſum & extenuandum eſt. Calidiore igitur temperamento,corpus macilentius (ceu demonſtratum eſt) efficiente: Hoc obeſis,

quo

quo ad mediocritatem reducantur, inducemus. Intellexisti autem, quod exercitia ualida, nutricatus extenuans, medicamenta item quæ extenuandi uirtutem habent, animiq; solicitudines, corporis temperamentum siccius, atq; ob id quidem corpus quoq; gracilius reddunt. Tenuis itaq; uictus ratio iam omnibus perspicua est. Medicamenta uerò ad hoc efficaciora habentur, ruthæ semen, præcipue syluestris, unà cũ corymbis, malũ terræ, quam Aristolochiam dicunt, rotundũ, tenue centaurium, gentiana, polium, & quæcunq; acrius impellunt lotiũ. Exempli gratia, petroselinũ: horum nempe singula cũ seorsim per se, tum adiectis simul alijs, humores abunde extenuant, & corpus euacuant. Adustarum porrò uiperarum sales efficacem attenuandi uirtutem possident. Theriaca pariter & distrahendi & attenuandi potentia regnat. Inunctum item oleum, in quo cucumeris agrestis, altheæ, gentianæ, panacis, & aristolochiæ radices, polium item ac centaurium elixa sint. Oportet autem alimentum non statim à balneis exhibere, uerum ut dormiant priusquam cibum capiant, mandare. Satius autem fuerit, si aqua lauacri ex rebus dissipandi facultatem habentibus constiterit, præsertim ubi ultro emergentis copiam habere possumus, cuiusmodi Mytilenæ datur cernere: Sin minus, salis flos aquæ marinæ commiscendus est. Vinum ad hoc tenue atq; candens eligatur. Præterea frictio sicca, quæ panno crassiore ac rigidiore fit, efficaciter extenuare solet. Cibi quoq; minus, quàm exercitationis ratio postulet, offerendũ. Confert itidem ad pinguedinem abolendam diutina insolatio. Vincit nihil potare, & cibaria semel duntaxat die assumere. Frictione item asperiore, nitro uidelicet & salibus, corpus perfricare. Multum etenim nitri, in lauacris non uulgarem maciem inducẽdi uim obtinet: modicũ uerò, corpus, ut alimẽto uegetetur excitat. Macilentius etiam reddit hoc medicamentum, quod piperis ac petroselini duplum, asari uerò & anisi, dimidium continet. Id quod cum uesicæ, tum alui quoq; retrimenta pulchre promouet.

Remedia attenuantia.

Thermæ Mytilenenses.

Quinam macilenti renutriendi sint. Cap. LVIII.

SI autem macie confectos ac graciles admodum reficere studebimus, uino utiq; crasso, dapibus crassioris succi, exercitationibus lentis, frictioneq; mediocri, & ut simpliciter dicam, omnibus, quæ cum proximè enumeratis ex diametro pugnant, utemur. Prosuerit autem plurimum ijs, trium aut quatuor dierũ picatio. Si quis ieiunus lauetur, ante lotionem linteo ad corporis usq; ruborem cõfricandus est. Deinde dura quidem non tamen multa frictione cutim astringẽdo, densam atq; solidiorẽ reddamus. Cæterum qui decolorati sunt, & alimenta non sentiunt, ijs excandescentiam feruidaq; animi irritamenta inducere confert.

Quomodo

Quomodo partibus attenuatis medendum. Cap. LIX.

MAcies quæ magna ex parte membris accidit, uel ob diutinam ipsorũ desidiam, uel deligationis modũ quo fracturæ fasciãtur, contrahitur. Quocirca roborare partium extenuatarũ uires, adq; eas sanguinis abundantiam conuellere conuenit, frictionibusq; uti moderatis, motionibus cõcinnis, & imbre aquæ mediocriter calidæ. Hæc uerò tantisper peragenda, donec affectæ particulæ cum rubore intumuerint, & priusquam concidant, desistendum. Operæ uerò precium fuerit partem, quo docuimus modò, pice illinire. Quam ubi gelidiorem senseris, sindone ac calorifico quopiam medicamine confricato. Ipse quidem tapsia nonnunquam, aliâs ex melle, aliâs cum cerato illimens, usus sum.

Optimæ temperaturæ inditia. Cap. LX.

OPtimi temperamenti homo est, ubi corpus ab omnibus extremis ad unguem pari distat spacio: uerbi causa, gracilitatis, obesitatis, mollitiei, duritiæ, ardoris, algoris, humiditatis, & siccitatis, atq; uno uerbo, cum non naturalia modò, uerum & animalia munia exacte, & penitus inculpate obierit: & exquisitissime mediũ hispidi, glabriq;, atri item & candidi, obtinuerit. Capillos præterea puer rubicũdiores quàm nigriores, adolescens uerò contrario planè modo habeat.

Quæ sint malè temperatorum corporum notæ. Cap. LXI.

COrpora plus æquo calidiora, dentes citius edunt, & ad augmentum celerius maturant, tactus calidiora pariter & graciliora uisuntur, cutis rubicundæ, atri capillitij, mediocriter hirta, & amplioribus uenis, existunt. Si quis pinguis crassusq; fuerit, ac uenas simul latiores sortitus sit, non est ea pinguedo naturalis sed consuetudine aquisita.

Frigidioris temperaturæ signa.

Frigidioris temperamenti notæ sunt, cum gelidũ tangentibus, corpus apparet glabrumq; sit ac pingue. Color cutis unà cum pilis rufior est: Et si frigiditas plurima excesserit, liuidior, ac plumbeus, ijdem arctiores obtinent uenas. Si gracilitas huic temperaturæ accedat, neque is necessariò, sed consuetudine talis euasit.

Siccæ temperaturæ signa.

Aridum uerò temperamentũ durius est et gratilentius medio temperamento, atq; hispidum, quandoquidem à sicca temperie inseparabilis omnino durities est. Porrò gracilitas non congenitas modò comitatur temperaturas, sed ascititias etiam, ex longa consuetudine. Argumen[illegible]erò du-

e ritiei

ritiei ariditatisq; fuerit, si corpus ægre moueatur, & siccum interim ac squalidum ex qualibet arefaciente causa redditur.

Humidæ temperaturæ signa.

Humidum in reliquis quidem omnibus bono temperamento respondet, uerùm molliore & carnosiore corporis mole est, à qua neque mollities, neq; crassitudo separari facilè potest, propterea quod non insitam solum sequatur temperaturam, sed etiam ex diutina quadam consuetudine comparatur. Peculiare uerò maditatis inditium est, onerari ab humidiobus corpus.

Calidæ & siccæ temperaturæ signa.

Quibus calidum atq; siccum fuerit temperamentum, ij extreme denso ac hispido sunt corpore, capitisq; cesaries in tenera statim ætate facile augmentabilis, quam atram quoq; & copiosam in iuuentute sortiuntur. Progressu uerò temporis caluities atq; glabreta comitantur, uenæ latiores sunt, & arteriæ amplæ, quæ uehemẽtiore ictu percutiũt, uniuersumq; corpus ualidius, partibus firmis dearticulatum, musculosum item & adipe carens. Cutis uerò durior, & atrior est.

Frigidæ & humidæ temperaturæ signa.

Cum uerò gelidum ac humidum temperamentum fuerit, thorax cum reliquo corpore angustus ac glaber est, cutis tenera, & candida, capillutiũ subrufum, præcipuè in adolescentia, in senecta non caluescunt. Sunt huius naturæ statim formidolosi, nihil audentes, segnes, obscuris uenis, crassi, pingues, cruribus, musculis, fœmoribusq; imbecillibus, inarticulati, & lingua plerunq; titubante. Quod si modum mador frigiditasq; excesserint, color cutis capillorũq; rubens, si plurimũ intendatur, luridus existit.

Calidæ & humidæ temperaturæ signa.

Calidum, humidumq; temperamentum & mollius est, & carne magis abundat, quam inculpatum. Si enim uehementer augeatur, promptius his quæ ex putrefactiõe proficiscũtur ægritudinibus, corripitur: Sin humidius paulò quidem, sed multò calidius temperamentũ existat, molliores sanè utcunque tales bene temperatis, & corpulentiores, non uerò paulò hispidiores euadunt, & tangentibus calidiores apparent.

Frigidæ & siccæ temperaturæ signa.

Quod si frigidum unà cum siccitate exacta quadam paritate intendatur, natura durius, gracilius & candidum erit corpus sine musculis, sine articulis, ac depile, ad tactũ uerò frigidũ: pinguedo tamen (etiamsi tenuia sint eiusmodi corpora) inter carnes hincinde intercalata cernitur: capillitij uero [illegible]or, frigiditatis modulo respondet. Quod ad animi mores spectat,

ctat, pusillanimes, meticulosi, mœstitia quodãmodo semper perculsi, eiusmodi temperaturæ homines sunt: atq; ut compendio perstringam, in temperamentorum coniugatione semper dominantis qualitatis notæ superare consueuerunt.

De figuratione capitis. Cap. LXII.

EXiguum hercle caput, uitiosam cerebri composituram peculiariter testatur: neq; tamen ob id ingens, necessariò bonæ cerebri constructionis nota censetur. Nam si ex insitæ potestatis utilem ac plurimã materiã procreantis robore magnitudo euenerit, laudabile inditium est: Sin ex solius materiæ copia, malum. Proinde distinguenda sunt hæc, forma scilicet capitis, & ijs quæ inde propagantur. Forma quidem, si commensurata omnino atq; concinna est, nunquã profectò mala hæc nota censenda. Propaginibus uerò capitis, si optime iaceat, et nerui omnes habitiores sint, firmitatemq; obtinuerint, oculiq; perspicaci admodũ acie præditi sint. Acuta uerò, & in mucronẽ fastigiata capita, deficientem habent frontis seu occipitij eminentiam, uel supra quàm conueniat auctã. Quem admodum itaq; capitis cum magnitudo, tum paruitas, sic hæ quoq; tam distortæ reprehenduntur figuræ: quarum nonnunquam rarenter tamen, nonnullæ ceu bonæ commendantur, ubi formatrix scilicet facultas robustior extiterit.

Quæ sint temperamenti cerebri indicia. Cap. LXIII.

MEdiocris temperamenti cerebrum functiones animales moderatas, retrimentorumq; mediocritatem cõtinet, minimeq; gentium ab omnibus quæ foris occurrant qualitatibus, offenditur.

Calidioris cerebri notæ.

Capitis quidem capillamentum tales per infantiam subrufum habẽt, per pueritiam subflauum, in adolescentia deniq; flauum, & medium quodammodo inter exquisitè crispum & planũ, nec procliuiter calescunt. Si calidius eo quod pari spacio ab utroq; extremorum abest, fuerit, cuncta quæ caput ambiunt, calidiora & rubicundiora uidentur, & oculorum uenæ uisum non effugiunt, coma capitis mox in lucem editis promicat. Et si plurimum caliditas excedat, nigra, fortis, atq; crispa. Cum uerò non multum, principio quidem subflaua, mox deinde nigricat, ætatum uerò progressu caluitium facile admittunt. Retrimenta eiusmodi paucula habent, inculpataq; sanitate fruũtur. Implentur atq; aggrauãtur eorũ capita calorificis cũ esculẽtis, tũ poculentis, tũ odorib. atq; ijs quæ forinsecus incidũt. Breues aũt somni, minimeq; profundi, id genus temperamentis sufficiũt.

Notæ gelidi cerebri,

Qui frigidius quàm par ſit cerebrum habent, huiuſmodi inditijs deprehenduntur. Retrimentis pluribus ſinguli quiq; meatus abundant: cæſaries recta, rubicũda, ſtabilisq;: leui præterea momento à gelidis cauſis offenduntur, deſtillationibus, & grauedinibus ſine interuallo conflictantur: uenæ luminum latentes, oculis non uſurpantur, ſomno ad hæc magis quodammodo dediti ſunt.

Siccioris cerebri ſigna.

Aridioris cerebri notæ cenſentur, nulla in meatibus excrementi redundantia, ſenſuũ exacta conſummatio, perſpicacitasq;. Vigiliæ plurimæ, aſperrimi ſtatim in lucem editis capilli, criſpiq; magis, caluities præcox.

Humidi cerebri inditia.

Humidioris cerebri inditia ſunt, capillamentũ planum, caluities nulla, ſenſus autem obtuſi ac turbulenti, ſuperfluitatũ abundantia, ſomni plures atq; profundi.

Signa calidi, ſicciq; cerebri.

Cerebrum calidum & aridum ſortiti, excrementis uacant, ſenſibus regnant exquiſitis, plurimum uigilant, celerrime caluitium experiuntur, et prima capillorum origo ocyßima, ac plurimo abundans alimento, nigricant ei & calidi tangentibus caput apparent, & ſunt uſq; ad uigentem ætatem rubicundi.

Galidi & humidi cerebri inditia.

Sed ubi caliditati mador quoq; acceſſerit, & utraq; temperamentum medicè ſuperãt, ijs uenuſtus color, & calor ineſt, prominentes in luminibus uenæ apparent, ſuperfluitatũ copia moderate cõcocta, capillitium rectum, uergens ad flauum, tales nõ ex facili caluent. Rebus tamen calfacientibus & humectantibus eorũ capita facile replentur, & grauãtur. Quod ſi uehementior calor humiditasq; creuerit, caput morbidũ & excrementoſum euadit, multoq; celerrime à calorificis humectantibusq; læsi conſueuit, neq; diutile uigilare eius temperaturæ homines poſſunt: cum autem ſomnus ſubrepſerit, imaginationibus per ſomnia obruuntur, ſpecies oculorum caliginoſa ac hebes, ſenſus nõ exquiſiti.

Frigidi & ſicci cerebri ſigna.

Gelidum uerò pariter & ſiccum cerebri temperamentum, frigidum & decoloratũ caput efficit: quo præditi oculorũ uenas latentes obtinent, & à cauſis frigidis promptius offenduntur, eiusq; rei gratia inæquali ſanitate fruũtur: ſenſus per iuuentutem exactißimos & ſyncerißimos poſſident, ſed progrediente ætate maturimè tabeſcunt, atq; (utq; compendio dicam)

dicam) ocyus celerrimam circa caput senectutem minantur. Porrò in lucem eiusmodi temperamento editis capilli uix tandem erumpunt praue alimentis sustentantur, atq; rufescunt.

Signa cerebri frigidi & humidi.

Hudum gelidumq; cerebri temperamentum, ueternosos pariter & somnolentos homines parit: sensibus obtusos, excrementis redundantes algori, capitis plenitudini grauedinibusq; per oportunos reddit, neque tamen ij caluitiei obnoxij sunt.

Ventriculi temperaturæ indiria. Cap. LXIIII.

VEntriculi natura siccioris notæ sunt, si quis maturè siti uehementiore prematur: quæ exiguis potionibus saturetur, à liberalioribus grauetur, & fluctuationes percipiat, eo quod superfluum est fluitãte, cibarijsq; capiuntur aridioribus.

Humidi uentriculi signa.

Humidiore uentriculo præditi, minime siticulosi sunt, & humorem superabundantẽ sine molestia tolerant, & edulijs oblectãtur humidiorib.

Signa calidi uentriculi.

Calidior natura uentriculus, exactius quidem cõcoquendi, quàm appetendi functionem absoluit, præcipuè si dura & mutationi renitentia ingerantur: delectantur pluribus tum cibis, tum potibus, neq; quicquam gelidis, si moderatus ipsorum fuerit usus, læditur.

Frigidi uentriculi inditia.

Frigidioris naturæ uentriculus, ut appetendi uirtute uiget, ita coquendi munere friget, maximè si ijs quæ suapte natura difficulter conficiuntur, & frigidis alimentis, oneretur, procliue enim in ipso acescunt. Amat uerò gelida, sed facile ab eorundẽ immodico usu offenditur. Prauæ uerò temperaturæ, quæ morbi ratione uentriculum occupant, hoc à cognatis dissident, quod res oppositas nõ sibi similes affectant, quemadmodum naturales. Quocirca si uentriculus decoquendo probe sua exequitur munia, temperatus dicitur: sin secus, intemperatus. Si nidorosas fumosasq; ructationes ædat, immoderatũ eius igneumq; feruorem testatur: Sin acidas, contrà. At qui cibaria confectu contumatia facile cõficit, caloris uehementiam arguit: Si hæc minus, sed pisces facilius, concoquit, imbecillitatem. Obseruandum tamen propter humorem, ne aliunde uentriculo admeantem id superueniat. Pituitosi nanq; acidum, bilioси nidorosum, uirosum, aut alias quaspiam qualitates absurdas, extraneasq; ructant: utrosq; autem communiter nausea infestat. At si insinuoso crenosoq; uentriculi loculamento uitiosi humores fluitauerint, uomitu excernuntur. Si uero intra uentri-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Notæ cordis humidi.

Humidius cor arguunt percussus mollies, mores ad iram quidem procliuiores, sed ocyus placabiles, atque uniuersum corpus humidius, si hepar non reluctetur.

Signa cordis calidi & sicci.

Calidum & aridum cordis temperamentum indicatur percussu cum duro, tum magno, tum ueloci, tum denique denso. Item respirationibus magnis, pernicibus, & crebris, & sunt omnes eiusmodi pectore pariter & hypochondrio hirsutissimo: cæterũ ad functiones expediti, furibundi, temerarij, moribus tyrannicis: iræ præcipitis & pertinacis, ita ut facile placari nequeat.

Notæ cordis calidi & humidi.

Quod si calor & humiditas iuxtà excesserint, minus quidem prædictis sunt hispidi, uerùm ad muria quæque obeunda promptissimi: animo minime quidem fero, sed ad irascendum duntaxat facili: percussus arteriarum magni, molles, ueloces, atque frequentes.

Notæ cordis humidi & frigidi.

Si cum humiditate frigus uicerit, percussus quidem molles, mores uerò pusillanimes, timidi & desides existunt: tales glabro sunt pectore, & ut nunquam insaniunt, ita minimè ad iram facilè commouentur.

Notæ cordis frigidi & aridi.

Cor denique gelidum & aridum percussus duriores ædit ac paruos. Ei uerò præ omnibus ab ira sunt alienissimi, sed semel perciti, iram mordicus retinent, maximè uerò omnium pectus habent pilis nudissimum.

Iecoris temperaturæ inditia. Cap. LXVII.

IEcoris calidi notæ sunt, uenæ grandes, flauæ bilis abundantia: in uigenti ætate etiam atræ, sanguis illis feruentior, & ob hoc uniuersum corpus calidius, nisi quæ cordi attinent reclament, uentre præcordijsque hirsutis.

Notæ iocinoris frigidi.

Frigidioris uerò iocinoris inditia sunt, uenarũ angustia, pituitæ abundantia, sanguis gelidus, atque totius quoque corporis habitudo frigidior, nisi à corde calor rependatur. Venter & præcordia glabra.

Sicci iocinoris notæ.

Siccioris notæ sunt, sanguis crassior, & paucior, uenæ duræ, uniuersusque corporis habitus aridior.

Iocinoris humidi notæ.

Humidioris uerò hepatis inditia sunt sanguis copiosus & liquidus, uenæ mol-

næ molliores, pariter & uniuerſum corpus, præterquam ſi cor obſtiterit.

Calidi & aridi hepatis ſigna.

Præcordia hiſpidiſſima, ſanguis craſſior & minus abundans, amaræ bilis copia, atq; per uigoris ætatem atræ, uenarum latitudo & duritia, parimodo corpus ſimul uniuerſum & calidum, & aridum: quoniam calor à corde propagatus, frigiditati quæ ab hepate proficiſcitur, facilè dominatur, quemadmodũ & caliditas à frigiditate uincitur. Siccitatem uerò nequit cor humidius ad contrariam naturam traducere. Licuet igitur, quod ſi in idem utriuſq; principij temperamenta confluxerint, exactè corpus uniuerſum iuxta illorum naturam affici.

Calidi & humidi iecoris notæ.

Verùm calidum & humidum iecur, minus quidem hirſutum reddit præcordium, quàm calidum & aridum, ſed pluſculum ſanguinis, uenas amplas, habitudinem humidam ac calidam parit, niſi cor reſiſtat. Si uerò permultus ſupra iuſtum naturæ modum fuerit utriuſq; qualitatis exceſſus, in morbos qui ex putredine, uitioſiſq; ſuccis proueniunt, procliuiter prolabũtur. Idq; longe magis, ſi plurimum humiditas, calidum uerò paulum, augeatur. Vitioſis præterea ſuccis obnoxij ſunt.

Humidi & frigidi iecoris ſigna.

Humidius hepar ac frigidius pilis nuda habet præcordia, ſanguinem reddit pituitoſiorem, uenas arctas, uniuerſumq; corpus ſimiliter afficit, niſi à corde in contrariam partem traducatur.

Frigidi & ſicci hepatis ſigna.

Frigidum & aridum iecur parum ſanguinis, uenasq; anguſtas reddit, corpus frigidius, præcordiũ glabrum, niſi & hic quoq; cor imperauerit.

De notis temperaturæ teſtium. Cap. LXVIII.

CAlidum teſticulorum temperamentum ſalax marium opifex, & fœcundum eſt: genitales partes protinus obſepit pilis, & circumiacentes quoq; locos contingit. Frigidius cõtraria efficit. Humidum, ſemine cum multo, tum humido abundat. Aridum paucæ genituræ, ſed craſſæ generatrix eſt.

Calidæ & aridæ temperaturæ teſtium notæ.

Calidum & aridum ſemen moderatè craſſum producit, & fœcundiſſimũ eſt, & celerrime ad congreſſum mox à principio animal excitat. Proinde in obſcœnis uicinisq; partibus pilos præcociſſimos, ſuperne umbilico tenus, inferne uerò ad media uſq; fœmora petulci, tales uehementi impetu prolabuntur in Venerem, ſed confeſtim ſatiantur: & ſi eniti uelint, ualitudinis iacturam faciunt.

Signa

Signa calidi & humidi teſticulorum temperamenti.

Si humiditas calori acceſſerit, hiſpidi quidē illiuſmodi ſunt, genitaliq; magis abundant ſemine, ſed reliquis in libidinem proniores non ſunt, cæterum in congreſſu frequentiori incolumiores perſiſtunt. Si uerò utraq; hæc, calidum & humidum uehementer exceſſerint, haud citra noxam à Venere abſtinent.

Frigidi & humidi teſticulorum temperamenti notæ.

Si teſticuli frigidæ ac humidæ temperaturæ, uicinæ undiq; partes glabreſcunt, & ſerius futuere incipiunt, neq; procliues in libidinem irruunt. Aqueum & tenue ſemen emittunt, inefficax minusq; prolificum, muliebris modò ſexus procreatiuum.

Frigidæ & ſiccæ teſtium temperaturæ notæ.

Arida & gelida teſtium temperies per cætera præcedēti ad amuſſim reſpondet, ſed craſſius, & omnino modicum ſemen genitale procreat.

De his quæ omiſſa ſunt. Cap. LXIX.

QVæuis noſtri corporis particulæ priuato quopiam cum temperamento, tum effectu præditæ ſunt, uerùm de omnium in præſentia notis diſſerere non eſt operæprecium, cum infinitæ propemodum ſint, & rem nobis omnem compendio perſtringere ſit propoſitum, illas duntaxat proſecuti, quæ uniuerſum potiſſimè corpus lege quadam conſortij afficiunt. De cæteris eadem ratione ac uia ratiocinandū ducimus: non ab excrementis modò, uerùm ex reliquis tum functionibus, tū ſymptomatis, ipſarum temperamenta indagantes. Tempus igitur eſt, ut cōuerſa oratione, quæ totius corporis intemperies emendare poſſunt, præſidia aggrediamur.

Quomodo calidæ corporis diſtemperantiæ corrigi poſſint. Cap. LXX.

CVm igitur in calido temperaturæ, exceſſu flauabilis exuperet, ſi per inferna deferatur, nihil oportere negotij faceſſere conſtat. Si ad ſuperiorem uentriculum uergat, poſt exercitium, ante cibū, epota aqua, uomitione expellatur. Maiore autem cum utilitate tales exercentur, non citata exercitatione aut ualida, ſed deſide, & blandiore. Sunt qui dum uehementer calent, nulla exercitatione indigēt, ſed inambulaſſe atq; lauaſſe ſat habent. Gaudent tales à cibo potiſſimè lauari.

Calidæ & ſiccæ intemperaturæ medela.

Qui cum calore ſimul aridi ſunt, ei ſanè humenti nutricatu indigent, neq; tam humidis cibarijs, quàm id genus balneis. Ab exercitationibus uerò tum plurimis, tum uehementioribus abſtineant. Aeſtatis idcirco tempo

re citius lauare, deinde post cibum denuo, debent. Gelida quoque potio præsentißimo illis est præsidio.

Aridæ distemperantiæ remedia,

Siccioribus temperamentis nihil sanè alienius est Venere: à laboribus item, æstu, solicitudinibus, uigilijsq;, q̃ fieri maximè potest abstinendum.

Humidæ temperaturæ curatio.

Temperamenta humida in puerili ætate affectionibus, quæ causæ rationem ex defluxione, plenitate, & putredine habent, tentantur. Quare exercitationibus multis, & exquisita uentris cõcoctione, atq; per lotium secretione, egent. Hisce iterum atq; iterum priusquam nutrimenti quid capiant, lauari, & thermis naturalibus uti, plurimum prodest. Atqui ne defluxionibus molestentur prospiciendum est, balneis, exercitio multo, aluiq; & urinæ ante cibum excretionibus. Nihil etiam obstat apophlegmatißmis interdum atq; purgationibus, edulijsq; boni succi, ac uino denique urinam ciente, uti.

Quomodo frigidæ intemperantiæ corrigantur. Cap. LXXI.

GElidorum intemperamentorum tria habentur discrimina, quorum omnium quidem insaluberrimum est aridum. Nam quod in ætatis processu grandioribus natu accidit, id ab initio statim tales infestat. Proinde humectandi calfaciendiq; sunt eiusmodi, id quod pulchre quidem exercitationibus modicis, cibis humentibus ac calidis, uini calidioris naturæ potu, somnoq; prolixiore, conficitur. Nobis interim diligenter, ut omnes quæ singulis diebus in corpore saburrantur redũdantiæ superfluentes, euacuentur, prospiciendum. Venus aridioribus simul uniuersis officit, potißimum si cum siccitate frigiditatem copulant: solis autem calidis & humidis innocua. Vitiosæ quoq; temperaturæ censentur, quæ sunt unà cum humiditate frigidæ, frequenter enim ægrotationibus, quæ ex defluxionibus oriuntur, solent corripi. Talibus balneorum abstinentia, exercitationes item crebræ, tenuior nutricatus, & unctiones moderate calfacientes, profunt. Quicunũ autem frigidiores quidem natura existunt, modum uerò siccæ ac humidæ temperaturæ iustum obtinent, horum calor † tum excitandus, tum roborandus est. Cæterum quod ad uniuersi uictus rationem attinet, media inter udum & aridum deligenda est.

Oribasius adiicit, exercitijs.

Siccorũ temperamentorũ in uentriculo exẽpli loco, paulò uerò post reliquarũ etiã intemperaturarũ curatio. Cap. LXXII.

ARidorũ temperamentorũ aliud sanè in similaribus solidæ essentiæ partibus consistit, cum uidelicet aridiores, quàm modo natu-

re

ræ conueniat, redduntur. Id deploratũ curationem nõ recipit. Aliud uerò peculiari humiditate, qua corporis partes aluntur, penitus deperdita, in ſubſtãtia ex humore cõpacta, cõſtitutũ eſt. Quæ p ſingulas animaliũ partes roris inſtar diſperſa, in ijſdẽ cõtinetur, ſed abſq; alimentorũ beneficio in partib. reponi nequit, quare p ardua fuerit taliũ affectionũ medicatio.

Aridităt is uenarum arteriarumq; præſidia.

Siccitatibus uerò, quæ in exilibus cum arterijs, tum uenis conſiſtunt, haud admodum difficulter mederi datur, ſi incompoſitas partes peculiari humore humectantium alimentorum exhibitione impleuerimus. Nõ alienum itaq; fuerit, ægrotantem in aqua balnei mediæ temperaturæ diutule immorari. Poſt lauacrum illico lac aſininum recens emulctum propinare, mellis tepidi nonnihil lacti confundere: deinde tranquillitati ad ſecundum uſq; balneum permittere: tum deniq; mediocriter, oleoq; pingui confricandi, donec exhibitum lac exquiſitè confectum: nõ ex ructibus modò, uerùm ex uentriculi etiam tumore liceat colligere. Moderatum uerò temporis interuallum, quatuor uidelicet aut quinq; horarum æquidialiũ, inter primum atq; ſecundum balneum interponatur, ſi tertio hominem lauare inſtitueris: ſin uerò minus, plurium. Porrò à ſingulis quibuſque balneis oleo, priuſquam ueſtibus amiciatur, obliniendus eſt homo. Quin à ſecundo quoq; balneo lac magna cum utilitate exhibebitur, ſi eo delectetur: ſin ſecus, ptiſana acuratiſſime elixata, uel alica ptiſanæ modo confecta. Deinde tranquillitate denuo interpoſita, uel ad tertium lauacrum, uel ad cœnam omnino ducemus. Panis autem quo ueſci oportet egregie præparatus, probeq; clibano aſſatus, & ſyncerus eſto. Obſonij loco ſumantur piſces ſaxatiles, ſiue aſellus è iure candido. Atq; ut ſummatim perſtringam, caput rectæ educationis, in eiuſmodi corporis ſtatu eſt, ne quæ eſui ſunt, concoctioni renitantur, ſed nutrimenti exquiſiti, neutiquam glutinoſa, neq; plurimi retrimenti. Potum præbeat uinum dilutum, colore candidũ, non impurum, nullarum fermè uirium, clementem adſtringendi facultatem poſſidens. Summæ quidem ſiccitatis remedia hæc ſunt.

Modicæ ſiccitatis præſidia.

Aridităs uerò mediocris non tam exactam uictus rationem deſiderat, nec pleniorem ualentioriſq; alimenti nutricatum abhorret. Verùm in medium ponatur nobis aridităs, ſuperiori haudquaq; abſimilis, cui mediocris quædã fuerit copulata frigidităs, in qua calfaciẽtiũ materia pro frigidităt is modulo ſcitè mutãda eſt: prædictis adijciẽdo lactis quidẽ uſui, pluſculũ mellis, uinũ meracius q̃ id quod præpoſitũ eſt, exhibebimus. Quin & cibaria caliditatis feruentioris, nõ naturalibus modò temperamentis,

ſed nuper etiam accerſitis qualitatibus, adminiſtrari nullo incommodo poſſunt. Nardino inſuper aut maſtichino unguento eiuſmodi iugiter perungendi ſunt.

Frigiditatis ariditatisq; correctio.

Si uerò plurima frigiditas cum ſiccitate modum exceſſerit, temperamentum ut multo difficilimum iudicatur, ita cum primis correctioni renititur. Verùm eiſdem ei medicamentis, uel melle per ſe elixato deſpumatoq; ſuccurritur. Vinum quoq; admodum uetus eligendum eſt. Saluberrimum ita affectis medicamentum eſt, quod picatores iugiter uſurpant, uentriculo illitum, & etiamdum calidum, auulſum: dormire præterea cum puerulo medij habitus, ita ut is abdomen perpetuò attingat, eiuſmodi temperamento efficaciter ſubueuit.

Ariditatis & caliditatis modicæ medela.

Vbi uerò ariditati mediocris caliditas commiſcetur, in hac intemperie primam illam educationis rationem obſeruare conuenit, ne uidelicet mellis uel tantillum deguſtetur, uinum uerò minime uetuſtum hauriatur. Cæterum edulia tepida ac lactea offerre, & uentrem cũ omphacino, tum melino perlinire conducet. Verùm immodico quodam ſtudio eos qui ita afficiuntur infrigidare, diſcrimine non uacat, quoniam febris quodammodo naturam hic ſtatus, ubi calor uidelicet ſupra quàm par ſit, modum exceſſerit, æmulatur.

Galidæ & humidæ diſtemperantiæ præſidia.

Supponamus ediuerſo calidã quidem intemperiem excedere, ſed ei humiditatem uel præfatam diſtemperantiã annecti. Huic intemperamento, aquæ gelidæ potu opitulabimur. Salutaris etiam huic conſtringentium eſculentorum uſus, ſed quæ ita ſint auſtera, ut calfaciendi potentia careãt.

Humidæ intemperaturæ ſolitariæ remedia.

Si uerò humidũ diſtemperamentũ ſine additamento ſolũ fuerit, arefacientia alimẽta, quæ neq; calfaciẽdi, neq; refrigerandi uirtutẽ habẽt, præſentiſſimo ſunt præſidio. Conſuetæ idem præſtat potionis defraudatio.

Humidæ & gelidæ diſtemperantiæ ſubſidia.

Humidæ etiã intemperantiæ cum frigore copulatæ, haud meliora ſubſidia inueniuntur, quàm quæcunq; acrimoniã præferunt, admixtis interim quæ adſtringendi facultatem ſine euidenti uirtute frigorifica obtinẽt. Eximiũ quoq; ita affectis fuerit auxiliũ, modica potio, præſertim uinorũ apprime calfacientium. Eiuſmodi igitur habemus malarũ temperierum, quæ in qualitatibus conſiſtunt, ſuppetias. Quoniã autem humor qui uel in ſinuoſo uentriculi loculamẽto cõtinetur, uel tunicis ipſius impactus eſt, diſtem-

distemperamentum subinde procreat: haud absurdum fuerit, de ijs quoq; sermonem facere. Quare si quem prior affectus tentauerit, euacuato uomitu humore facile compescitur. Quod si rursus ex alia quadam, aut alijs proueniat partibus, adamussatam indagationem requirit. Causæ quippe exacta cognitio protinus curationẽ excipit. Eam quippe uniuersam affectæ & mittẽti particulæ adhibere oportet, suscipiẽti uerò interim prospicere, ne tam procliue quod influit suscipiat. Quam quidem prouinciam non adstringentia solum, sed ea etiam quæ bonam corporis totius habitudinem conciliant, pulchrè absoluunt. Vitiosos uerò uentriculi tunicis impactos humores, medicamentis molliter purgantibus educere expedit: è quorum numero est aloë, & quod inde præparatur medicamentum amarum, πικρὰ *Græcis appellatum. Lentus uerò atq; uiscosus simul uentri impactus humor pituitosus, primo dissecandus atq; ita deinde expurgandus est. Si quis appositus uidebitur, uomitione, radiculæ beneficio citata, eijciendus. Sin neq; glutinosus, neq; crassus humor infestat, satis fuerit uel ptisanæ cremore, uel mulsa uomitionem ciere, aut absinthij succũ ex mulsa sumere. Pari insuper ratione & reliquorum deinceps membrorum improsperis temperaturis medendũ est, humoribus ad cõmodos & expeditos meatus deriuatis. At si, qui sensu percipi queat, meatu pars destituatur, redundantes in ea cruores sanios (quos Græci* ἰχῶρας, *hoc est, seros appellant) siue humores, ueluti spiritum quoq; flatuosum, inibi contentos, in halitum redactos, discussosq; uacuare conuenit.*

De alimentorum uiribus. Cap. LXXIII.

SVper alimentorum facultatibus orationem, quæ bona pars operis, corpori hominis tuendo dicati, esse uidetur, rebus iam memoratis subnectere consentaneum est, si antequam eius commentationem membratim aggrediamur, pauculis anticipauerimus. Oportet etenim alimentorum uires si quicquam aliud pernosse. Epulæ igitur quæ extenuatoria facultate pollent, obstructos recludũt meatus, lentores impactos extergũt, crassa dissecant, attenuantq;. Diuturnior tamen eius facultatis alimentorum usus, cum serosa, tum biliosa excrementa congerit. Quæ si largius adhuc ingerantur, in atrebilarium sanguinem permutantur. A iugi propterea ipsorum usu abstinendum est, præcipuè ijs, qui biliosiorem naturæ statum sortiti sunt: cõducunt nanq; his tantummodo, qui pituitæ, crudiq; uiscidi & crassi humoris struicem aceruarunt. Cæterũ quæ impinguãtis naturæ sunt, idoneum ac sufficiens nutrimentum præstant. Etsi in uentriculo & iocinore pro debito utriusq; munere probè conficiantur, inculpatum sanguinem pariunt, lienis uerò iocinorisq; meatus obturant. Horum

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

tius lubricat: perinde atq; cremor ipſius lentis cremorem purgandi facultate præcellit. Cæterũ braſſica marina hac multo euidentius aluum præmollit: nam ſalſilaginem quandam, ſubamarulentumq; ſaporem præfert.

Halimon, ἅλιμον.

Halimon item, quod Romani Areonem dicere uidentur, quoniam ſalſiginoſum eſt, uentrem ſubducendi poteſtate uiget. Cæterum braſſica ſtomacho accommodatior & utilior, eo quod mediocris aſtrictoriæ uirtutis particeps. Lac porrò ſemenq; prolificum auget.

Blitum & Atriplex.

Blitum atq; Atriplex humidiora quidem ſunt, aluumq; molliunt, ſed pauxillum alimenti præſtant. Aculeata uerò omnia, cuiuſmodi carduus ſuſus agreſtis, & huius claſſis alia, ſtomacho ſummopere conueniunt, demptа cinara, praui nanq; ſucci hæc eſt, & durior. Quare præſtantiſſimum fuerit elixam hanc oleo, garoq;, unà cum coriandro eſui accommodare.

Apium, oluſatrum, ſion, ſmyrnium.

Apium ſatiuum, oluſatrum, ſium, ſmyrnium, omnia quidem proritandi & impellendi lotij poteſtatem obtinent. Cæterum poſterius hoc odore & acrimonia præſtantius eſt, & urinam pariter ac menſes commouet. Sed apia ſuauiora ſunt, ideoq; ſtomacho magis idonea.

Eruca, κάρδαμον.

Eruca magnam excalfaciendi uim obtinet, & genituram efficit, & ob id in Venerem ſtimulos addit, capitisq; eum dolorem, quam Cæphalcam nominant, inducit.

Naſturtium, ocimon, ſinapi.

Naſturtium. ocimum, ſinapi, olera calidæ admodũ potentiæ, acorem præferunt (in primis uerõ naſturtium) concoctioni reſiſtunt, ſtomacho ſunt noxia, & paruos ſuccos pariunt.

Vrtica, ἀκαλήφη.

Vrtica maximè tenuiũ eſt partiũ, uẽtrẽ modicè ſubducit, et parcius alit.

Gingidium.

Biſacutum (ſic enim Romani γιγγίδιον appellant) olus eſt ſcandici non abſimile, pluſculum aſtrictoriæ qualitatis, amaritudinisq; retinens, aptius eſt ſtomacho: ita quidem, ut cibum faſtidientibus appetentiam reuocet, cũ aceto ſumptũ, ſed exiguum corpori alimentum præbet. Quæ uerõ ſylueſtria olera prædicantur, peſtilentiſſimum omnino ſuccum generant.

Capparis.

Capparis quoq; cibi appetitũ excitat, meatuũ iocinoris, & lienis oppilationes recludit, pituitam educit. Vſus eiús in primordio cœnæ commendatur ex oxymelite, uel oxelæo.

De

De olerum asparagis. Cap. LXXV.

BLitum, lactuca, atriplex, malua, betaq; stirpem quidem humidã habent, asparagum uerò (quo nomine Græci cymam uocant) siccum. Raporum contrà, sinapis, radiculæ, nasturtij, pyrethri, brassicæ, & omnium deniq; aliorum calorificam uirtutem habentium, planta quidem arida, cyma uerò humida est. Cæterum à spinosis fruticosisq; plantis, hortensis, & quæ in harũdinetis, uiginosis ue locis nascuntur cymæ, quæq; à bryonia decerpuntur, stomacho quidem accommodatæ sunt, & lotium cient, parum tamen nutriunt: & si probè concoquantur, olerum asparagis in nutriendo efficatiores sunt. Pari etiam modo & de chamædaphnes asparago iudicandum est.

De ijs quæ edendo sunt radicibus. Cap. LXXVI.

NApus atq; rapa denuo elixæ, non minus alimenti quàm reliquæ stirpes ac olera præbent. Cum uerò assiduè eduntur, crassum succum generant.

Bulbi qui edendo sunt.

Bulbi, astringentis abstergentisq; naturæ sunt, appetentiam cibi prouocant, stomachum roborant, uiscidos thoracis humores euacuant. Si bis decoquantur, uberius quidem nutriunt, sed nihil educunt, eo enim pacto ipsorum propulsatur amaror: semen præterea prolificum producunt, libidinem accendunt, si crebrius sumantur, flatus conciliant, torminaq;. At qui ex garo, oleoq; comesti, dulcissimi, flatu carentes, optimi alimenti, facilisq; decoctionis sunt.

Pastinaca, daucus, caron.

Siseris *Pastinacæ, dauci, † cari radices minus alimenti, q̃ rapæ præstant: adurentes uerò sunt, & euidenter odoratæ, lotiumq; impellunt. Si abutare, prauos succos generant: concoctioni rebelles, communi radicum ratione, existunt. Sunt qui syluestrem pastinacam daucum nuncupent, quòd multo uehementiore ui lotium promouet.*

Radicula.

Radicula attenuandi adurendiq; potestatem habet, edenda in prima mensa est, ex aceto seu garo, uentris lubricandi gratia: in secundis uerò mensis detestetur.

Cæpe, allium, porrum.

Cæpe, allium, porrum, quoniam acrimoniam præferunt, corpus calfaciunt, extenuant & dissipant crassos, qui in ipso continentur humores. Bis quidem elixa exiguum, cruda uerò nihil alimenti sufficiũt. Alliũ quippe obstructiones discutit, dissipandiq; potentia regnat. Efficaciores por-

ris

ris arefaciendi uires habẽt ampelopraſſa, ueluti ſyluestria. In ſumma, olera ſimul uniuerſa, coctionem nõ experta, ſi edantur deterioris ſucci ſunt quàm elixa, multoq; magis ſuperflua humiditate participant. Quæ uerò muria uel oxyhalme condîta reſeruantur, ſtomacho magis cõueniunt, & cibi cupiditatem excitant, crudos humores diſijciunt, ægre conficiũtur. Et abutentibus uitioſos humores procreant.

De tuberibus ac fungis. Cap. LXXVII.

TVber nullũ manifeſtæ qualitatis ex ſeipſo liquorem, frigidiorem uerò & craſſiorem exhibet. Fungi autem gelidi, pituitoſi, & uitiati humoris ſunt. Omnium innocentiores habentur boleti, qualitatis notatu dignæ expertes, probè elixi. Qui uerò ammanitæ uocantur, ſecundum poſt boletos bonitatis locum obtinent. Cæteri omnino uitandi ſunt, pars quippè bene magna ex ipſis letalis eſt: quinetiam ipſi quoq; boleti, niſi exquiſitiſſime elixi edantur, præſens diſcrimen ſepiuſcule inferunt.

De frumentaceis. Cap. LXXVIII.

EX eis quæ frumentacea dicũtur, chondrus egregie nutrit, & glutinoſos parit humores: ſed puls ex eo cõfecta peſtilẽs eſt, eo quod quamprimum craſſeſcens incõcocta permanet. Præfertur potius cremor ipſius ex integro chondro exactius ptiſanæ inſtar decocto expreſſus. Chondrus. *Alica in cæteris quidem chondro ſimilis eſt, ſed aluum intenſius moratur.* Alica.

Triticum.

Triticum quidem elixum comeſtum, ægerrime conficitur, flatus generat: ubi autem concoctum fuerit, alimentum præſtat ualidiſſimum. In panem uerò redactum, inflandi facultatem & concoctionis difficultatem exuit, eo quod fermenti ſalisq; particeps ſit.

De panibus.

Siligineus uerò panis omniũ firmiſſimus eſt, poſt hunc ſimilagineus, deinde cui ſecerniculo nihil ademptum eſt, quem συγκόμισον *Græci uocant. Sordidus, hoc eſt, frumẽtaceus ac cibarius panis, alimoniæ quidẽ minus præbet, ſed promptius per aluum deijcitur. Amylus, minimi alimenti, non aliter atq; panis elotus eſt.*

Hordea, polenta, maza.

Hordea frigorificæ & abſterſoriæ ſunt potẽtiæ, elixa inſtar ptiſanæ, humectant: fricta ad modum polentæ, arefaciunt. Polenta in æſtate ante balneum cum aqua pota, ſiti ſubuenit. Hordeaceus panis imbecillior, & minus nutriendo eſt. Maza ægrius cõficitur, et amplius quàm hordeaceus panis inflat, ſi cũ melle fuerit ſubacta, per aluũ facilè deſcẽdit.

Auena.

Auena calorificæ, & minoris in nutriendo poteſtatis eſt. Miliũ ac panicum refrigerandi, ſiccandiq; et exiguas in nutriendo uires poſsidẽt, aluum morantur, præcellit autem per omnia milium panico.

Oryza.

Oryza cõcoctioni rebellis, & exigui nutrimẽti eſt, et aluũ compeſcit.

Decoctio ptiſanæ. *Coquitur aũt ptiſana hoc modo: Vna eius pars in quindecim aquæ partib. pauxillo olei adiecto, eluxatur: et cũ ebullierint, aceto, ubi iã exquiſitè decocta fuerit, ſuperinijciẽdus quoq; tenuis ſal eſt. Nec deſunt q porri aliqd atq; anethi addãt. Cæterũ auena chondruſq; pinde atq; ptiſana coquũtur.*

De legumentis. Cap. LXXIX.

Lens. *INter legumina lens uitioſi liquoris eſt, melancholicumq; humorem gignit, aluum compeſcit, potiſsimum bis cocta. Ius uerò ipſius cũ oleo & garo ſumptum, uentrem ſoluit. Admiſceri autem lenti, quoniam inflat, uel ſatureia, uel pulegium debet.*

Fabæ, piſa, cicera, lupini, fœnogræcum.

Fabæ lenes ſunt, & uentris flatus pariunt, abſtergendiq; poteſtatem retinent. Aegyptia uerò faba, noſtra humidior cenſetur, & plus retrimenti relinquit in corpore. Piſum laxũ quidem ac molle, ſed non adeo flatuoſum. Cicera inflationes pariunt, abſtergunt, ſemen prolificũ gignunt, lubidinem excitant, lapides comminuunt, fricta inflandi uim deponũt, ſed uix in ſtomacho conficiuntur. Lupini quoque concoctioni reſiſtunt, & ægre tranſmittũtur, crudũq; ſuccũ cumulãt. Fœnogræcũ calfaciendi, uentremq; ſubducendi facultatem habet, ſi ante dapes cæteras ſumptũ fuerit.

Ochri, phaſeli.

Eruiliæ & phaſeli macerati, quoad radices promicant, ſi ante cibum ex garo edũtur, aluum ſoluunt, & maiores alendi uires quàm fœnogræcum obtinent. Phaſeli, quæ & dolichi dicuntur, integri cum lobis, uiridesq; ſumpti, ingentem retrimentorum uim pariunt.

De fructibus quæ inter æſtatem & autumnum maturescunt. Cap. LXXX.

Cucurbita. Pepon. *CVcurbita refrigerandi & humectandi uim obtinet, uentrẽq; ſubducit, ſed alimentum præſtat perexiguum. Pepon praui omnino ſucci, gelidus, udus, ac uomitorius eſt: nõ concoctus, affectum cholericũ inducit. Semen eius ciendæ urinæ, & frangẽdis renũ calculis natũ, atq; in*

Melopepon. *totũ abſtergit abũde. Melopepon minore efficacia omnia hæc poſsidet.*

Cucumis, σίκυος.

Cucumis minore frigiditate & humiditate pepone prædita eſt, ſed maiore

iore ad promouendum lotium poteſtate, difficilis concoctu: etſi concoquatur, uitioſum tamen corpori ſuccum præbet. Vno uerbo: Omnes fructus quos profert autumnus frigorificæ & humentis naturæ, imbecillis alimenti, prauiq; ſucci ſunt.

De ijs quæ ex arboribus decerpuntur fructibus.

Cap. LXXXI.

Ficus & uuæ.

FIcus & uuæ primas inter fructus autumnales meruerunt, quando ipſorum ſuccus culpa tantum non omni uacat, & alimenti ualentioris ſunt. Cæterum ficus honore & bonitate ſucci uuas præcellunt, & liberalius nutriũt: alui præterea, urinæq; ciendæ, & renes purgãdi prouinciam ſubeunt, comprimis exactam conſecutæ maturitatem. Pari etiam modo carica: et ſi flatus interim ſanguinemq; uitiatum pariant, ideoq; pedunculos aſſiduus earundem uſus conciliat. Vuæ retentæ non conficiuntur in uentriculo, & crudũ ſuccũ faciũt: deiectæ uerò moderatiores reddũtur. In uuis paſſis maior calfaciendi uis eſt, cõueniũt etiã magis quàm uuæ ſtomacho, neq; tam exigui alimenti ſunt, ſed imbecillius aluum deijciunt.

Caricæ.

Mora.

Mora, quæ & ſycamina dicuntur, uehementem quidem humectandi, mediocrem uerò refrigerandi facultatem obtinent, à primordio cœnæ & ante alios cibos deuorata, aluum ſubducunt: neq; admodum ſtomacho aliena, ſed nutrimenti ferè nullius.

Ceraſa.

Ex ceraſijs dulcia magis ſecedunt, ſtomacho autem officiunt. Quæcunq; uerò acerbitati participant, ut ſtomacho plus conferunt, ita cunire minus faciunt. Atq; hæc ratio non tam uuis ac moris, quàm alijs compluribus congruit. In ſumma: Si aſtringendi ui prædita, in prima menſa eduntur uel bibuntur, aluum comprimunt. Quicũq; aluum ob imbecillitatem aſtrictam nacti ſunt, hos quod eam lubricet, uerbi gratia, olera, ſiue piſces, ſiue eiuſdem farinæ cætera, præmittere: deinde quod conſpiſſandi facultatem habeat, ſumere oportet, quæ dum aluo robur adferunt, deorſum impellunt, atq; ad deiectionem retrimenta excitant.

Nux pini, & perſica.

Nux pini, quæ & ſtrobilus appellatur, probum craſſumq; ſuccũ continet, edendo quidem, ſed difficilis decoctionis eſt. Perſica praui acidiq; ſucci ſunt, & corrumpuntur ocyſſimè: proinde in prima menſa ſumenda, quò deijciantur promptius, neq; diutius cunctãdo uitientur in uentriculo.

Præcocia, doracia, & armenia.

Præcocia porrò, & doracia, & armenia, potiora ſunt perſicis, quo-

niam neq; acescunt, neq; pariformiter corruptionem sentiunt, & gustu delectant amplius.

Poma.

Ex malis, dulcia quidem maioribus reliquis in calfaciendo uiribus pollent, & quamprimum transmittuntur, maximè dum uel assantur, uel elixantur. Acida sibi cum refrigerandi, tum humores in uentriculo dissecandi, præstantiorem facultatem uindicant. Austera stomachum roborant, aluum supprimunt, præ cæteris tamen magis cotonea. Pirorum pari etiam modo grandiora atq; matura, eandem quidem facultatem seruant, sed uberius nutrimentum sumentibus suggerunt. Mala punica frigorificæ uirtutis sunt, & paululum alimenti præbent.

Mespila, & sorba.

Mespila & sorba uehementiores in astringendo uires retinent, idcirco lubricæ aluo accommodata sunt.

Palmæ.

Palmulæ stomacho utiles sunt, nisi præpingues extiterint: uentrem cohibere, crassos, glutinososq; humores gignere, et eum capitis dolorem, quem κεφαλαλγίαν dicunt, inducere solent.

Oliuæ.

Oliuarum druppæ stomacho officiunt, & crassum succum pariunt. Muria conditæ, quas Græci κολυμβάδας appellant, ante alia edulia comestæ, appetentiam cibi reuocant, aluum difficilem leniunt, idq; magis cũ uel aceto, uel oxymelite præparentur.

Nuces.

Ex nucibus iuglans auellanis minorem in nutriendo potestatem habet, stomachoq; utilior est. Virides nuces humidiores sunt, uentremq; subducunt. Aridæ in aqua maceratæ, & ab interiore putamine purgatæ, recentioribus potentia nihil cedunt. Amygdalæ dissecandi, extenuandiq; uirtute præditæ sunt: quocirca tum uiscera, tum thoracem, sed efficacius amaræ, purgant. Assimilem sanè potestatem habent & pistacia, sed hepatis constipationes maiore efficacia laxant.

Damascena.

Damascena, si in prima mensa edantur cum cruda, tum in mulso elixa, uentrem molliunt. Syriaca concoctu difficilia sunt, stomacho hostilia, & exigui nutrimenti. Siliquæ ægerrime concoquuntur, aluum cohibent, & uitiosum succum possident. Sycomora abundantem refrigerandi & humectandi potestatem habent.

Citreum malum.

Medici mali extima pars acredinem sapit, & concoctioni renititur: quæ

quæuero carnis imaginem repræsentat, etsi edendo sit, tamen æquè concoctioni resistit. Medulla uerò, siue acida, siue aquea fuerit, abūdè infrigidat.

Glandes.

Glandes nō inefficatiores frumentaceis in alendo uires habent, sed ad coquendum contumaces, & crassioris succi sunt, lenteq; transeunt. Castaneæ per omnia glandibus præstantiores existunt.

De animalibus, primitusq; de uolucribus. Cap. LXXXII.

AVes imbecillius quidem quadrupedibus alunt, potissimè suibus: sed concoctrici facultati promptius obtemperant, præcipuè perdix, attagena, columbarum pulli, gallinæ, & phasianus. Sed turdi, merulæ, passerculi, & quæ in turribus degunt, pyrgitæ appellatæ solidiorem alimoniam præstant: & his etiam magis turtur, palumbus, & anas. Sed multò concoctura cōtumacius renitentur, pauonum carnes, utpote fibrosiores. Porrò anserina & struthocamelina caro excrementosa magis est, & prædictis omnibus in stomacho difficilius conficitur, exceptis alis, quæ succi bonitate reliquis auibus minime cedunt. Gruum caro referta fibris & durior est. In summa, iuniores auiculæ ueteribus semper humidiores sunt, minus concoctioni resistunt, plus alimenti præbent, & per aluum procliuius descendunt. Quin & elixæ ab assis & in sartagine frictis pari interstitio dissident. Quæ deniq; in arentibus atq; montanis regionibus degunt, ijs quæ in uliginosis aluntur, concoctioni minus obluctantur, & nihil ferè superfluitatum relinquunt.

Caro anserina
Strurochamelina
Gruum

De ouis. Cap. LXXXIII.

GAllinarum, & phasianorum oua, principem bonitatis locum occupant, sed anserum & struthocamelorum infimum. Lozge autem recentia ueteribus palmā præripiunt: & ut trementia nutriendo magis sunt, ita & sorbilia facilius descendūt, & gutturis asperitates leniūt. Reliqua ad unum omnia cōcoctioni obstinate repugnant, & lentius permeant, crassiq; omnino succi sunt, demptis ijs quæ præfocata dicuntur, quæ cruda in garo, uino, & oleo irrigata, in uase æneo aut testaceo, ad moderatam consistentiam densantur: nam hæc coctu facilia, succiq; inculpati, hoc modo reddūtur. Fricta autē in sartagine omniū sunt nocentissima.

De quadrupedibus animalibus. Cap. LXXXIIII.

PEdestrium animalium, suillæ carnes omnium aliorum esculentorum efficacissimas in nutriendo uires obtinent, eo quod cum gustu tum odoratu peculiarem quandam germanitatem humanæ carnis æmu- Suillæ

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

uerbo: Feræ ſiccioris ſemper ſunt alimoniæ, quàm cicures, neque tantum retrimenti relinquunt.

Sanguis.

Sanguis uniuerſus coctu difficilis eſt, maximè uerò craſſus, atq; atrebilarius, cuiuſmodi iudicatur bubulus. Leporis autẽ ſanguen utpote ſuauiſſimum primi meriti eſt, hoc multi unà cum iocinore coquere ſolent, nõnulli uerò ſimul cum reliquis quoq; uiſceribus. Eſtur & à quibuſdam iuuenis porcelli ſanguis. Caprillum poſtremo ſanguinẽ quibuſdã eſculentum fuiſſe, ab Homero proditum eſt memoriæ.

De lacte. Cap. LXXXVI.

LAc coctum corpus quidem alit, ſed gingiuas & dentes afficit: proinde ſimulatq; ingeſtum fuerit, primum quidem mulſa, deinde uino acerbo os abluendum eſt. Præterea capitis dolorem infert, præcordiorum & uentriculi, quæ ex flatibus oritur, diſtentionem conciliat, renum calculos procreat. Dilutum imbecillius quidem alimentũ præbet, ſed intentius uentrem ſoluit: craſſius contrà efficatiores nutriendi uires habet, ægrius uerò per inferiora deſcendit. Caprinum mediocris eſſentiæ lac eſt. Ouillum ediuerſo craſſioris, ſtatimq; poſt partum tenuius, progreſſu temporis craſſius, deteriusq; euadit.

De lactipotatione. Cap. LXXXVII.

QVicunq; lac poculenti loco haurire uoluerit, à reliquis eſculentis abſtineat, donec in uentriculo cõficiatur, & per inferna deijciatur. Satius autem eſt ipſum recens mulctum circa auroram ingurgitare: & inſuper non à cibis modò, uerùm ab exercitationibus uehementibus abſtinere, eo quod in laborantibus neceſſariò aceſcit. Profuerit autem, uigilijs interpoſita tranquillitas. Ad iſtum enim uero modũ patranti, primum quidem per aluum decedit, deinde poſt deiectionem aliud repetendũ eſt: quin ſi illud quoq; deijciatur, aliud: in primis enim nõ ſine utilitate purgat, haud ita ſanè multũ reliquarũ corporis partiũ molis, ſed eamodo quæ in uentre deprehendit. Poſt hæc uenas illico ſubit, & alimentum præbens præſtãtiſſimũ, nõ amplius deijcitur. In bilioſis præterea fluxionibus, ubiq; uentriculũ eliquari metus eſt, lac coctũ propinabimus. Atqui ad hãc rationẽ decoquendũ eſt, principio quidẽ pedetentim, ſenſimq;, ita ut partim exhalat, partim cõcoquatur: mox incũctanter etiã atq; etiã coquito. Proſpiciendũ uerò ne uel uſtionẽ ſentiat, uel in caſeum coaleſcat. Optime id fiet, ſi clementer lac ipſum coxerimus, & agitando id quod abſceſſerit circũquaq; detraxerimus, ferula itaq; polita ac tereti agitãdũ eſt: & ſi

Elixatio lactis.

& ſi quippiam in labijs ollæ comburitur ac feruet, id ſpongia purgandũ, inde nanq; non raro reliquum lactis corrũpitur. Quapropter lac quemadmodum docuimus coquito, quoad craſſius, & crudo lacte ſuauius reddatur. Calculis porrò marinis igne candentibus lacti immiſſis, quicquid in eo eſt tenue ac ſeroſum ebibitur, inſumiturq;. Idq; uentris fluoribus, potiſſimè uerò bilioſis conducit.

Lac diacochleon.

De lacte fiſſili. Cap. LXXXVIII.

Lac citra fumum frequentẽ ad ignem impenſius decoquatur, ſeroſum eius à caſeaceo diſcernitur. Mox à fecibus exacte, per colũ panniculúm ue coletur. Confunditur autem ſero mellis, uel aceti mulſi, uel ſalis modicum, & alui ſubducendæ gratia exhibetur: adultis quidem uſque ad duorum ſextariorum menſuram: minoribus uerò natu, non minus ſextario. Quod ſi calculi marini igniti, aut candentis ferri immiſſione incraſſatum fuerit lac, dyſenteriæ & alui profluuio probè medetur.

De caſeo. Cap. LXXXIX.

Caſeus omnis acrimoniam habet atq; ſitificus eſt, concoctioni renititur, prauum humorem, & calculum creat, minus autem officit non uetuſtus, laxus, minime durus, ſuauis, et modici ſalis compos. Qui aliter habet, pernicioſiſſimus eſt.

De piſcibus, Cap. XC.

Omnes piſces frigidioris humidioriſq; temperamenti eſſe perſpicuum eſt: uerùm ſaxatiles appellati, reliquis ſalubriores habentur, quia concoctioni minus reſiſtunt, & probum ſuccum relinquunt: nec affatim humectant, niſi ſolidiore carne conſtent. Non autem ſaxatilium, maritimi, plurimum diſcrepant ab ijs qui in limo degunt, aut ubi flumina irruunt. Sed omniũ inſaluberrimi ſtagnatiles atq; paluſtres ſunt. Speciatim uerò Capito, ſi intra pelagus uerſatus ſit, mediocris ſuauitatis eſt, & coctu minus difficilis, ſuccíq; minime mali, ſanguinem uetò tenuiorem atq; imbecilliorem gignit. Eiuſdem farinæ lupus eſt. Mulus quoq; in pelago degens, durior, & fragilior cæteris piſcibus eſt, nullus coctura re nitens, eſui aptus, perſuauis, pinguedine carens.

De corio teſtaceo prædictis. Cap. XCI.

In uniuerſum, piſces quicunq; pro tegmine (unde & ὀστρακόδερμα à Græcis dicuntur) teſtam habent, ſalſum omnino crudumq; ſuccum generant. E quorum numero, oſtrea molliſſima carne conſtant, & promptius per aluum decedũt. Chamæ præterea, & purpuræ, ungues, ſpondyli, buccinæ, cochleæ, & quæcunq; id genus alia dura & cruſtata uocantur,

tur, utpote grammari, paguri, caneri, locustæ, squillæ mensis idonei sunt, sed concoctioni resistunt, aluumq; cohibent, si subinde in aqua dulci elixentur. Cremor omnium quæ testis integuntur uentrem promouet, quam obrem terrestris quoq; cochleæ: sed cum dura carne, coctuq; difficili sint, mensis quidem conueniunt, prauitamen humoris efficaces. Sunt qui ius cum oleo garoq; condiunt, & sic alui deiectionem moliuntur. Echini modicè frigorifici, exiguiq; alimenti sunt, & lotium proritant.

De mollibus. Cap. XCII.

MOlles pisces, puta polypi, sepiæ, lolligines, duri atque concoctu difficiles sunt, præ cæteris uerò polypi: succi uerò modicæ salsedinis sunt præditi, sed concoctionem experti, nutrimentũ neutiquam exiguum corpori præstant.

De piscibus sine squamis. Cap. XCIII.

PLanorum piscium, quos cartilagineos dicunt, torpedinibus, pastinacis, mollis persuauisq; caro est, quam primum subiens, coctu facilis, mensisq; idonea, & alimentosa. Raiæ, leuiraiæ, squatinæ, atq; huiusmodi alia, duriora sunt, coctioniq; renituntur, & uberius alunt. In summa: Duræ carnis animalia ægrius concoquuntur, & ualentius nutriunt. Si uerò concoctione uincantur, plenius solidiusq; alimentum suggerunt.

De grandibus, cetaceis ue. Cap. XCIIII.

INgentes, uerbi gratia, balenæ, phocæ, libellæ, delphines, thunniq; immanes, duram, coctuq; difficilem & crassi humoris carnem habent. Cum uerò sale condiuntur, excessibus eiusmodi spoliati, ad mediocritatem reducũtur: cæteris, piscibus humidiores, excrementitijq; magis, et ad succidiam appositi magis sunt. Porrò salsamentorum diuersitates, piscium è quibus conficiuntur, differentias imitantur.

Perturbandum uentrem idonei mores.

De uirtutibus uini. Cap. XCV.

VAletudinis secundæ studiosum uini potestas fugere non debet. In totum igitur: Omne uinum alit, sed rubrum ac crassum magis, atqui id deterioris succi est. Suaue uerò, nutrimenti quidem alicuius est, stomacho uerò minus conuenit. Acerbum stomacho quidem amicum, sed lenti meatus, neq; tantum nutrimenti præbet. Atq; adhuc etiam multo minus candidum. Primum omnium bonitatis honorem obtinet, quod colore uermiculum est. Peruetustum multo plus caloris ariditatisque insitum habet quàm recens. Summatim quidem uini potentia hæc est: In uniuersum uerò uinum corporis nostri calorem suscitat: unde & cruditas corrigitur, & sanguis emendatur, alimentum (quandoquidem prompte pene-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

uit. Tempus autem somni opportunissimũ à cibo est. Sed meridiari haud omnibus expedit. Non enim sufficit ad exactam ciborũ concoctionem tempus in quo somnum capiũt, interrupta nanq; ante suam horam coctione, meridie experrecti, sæpius acetosa eructatione infestãtur, sæpius item spiritibus infarciuntur: quin & fluctuationibus tentantur aliqui, nisi uel ex consuetudine, uel quia satis sterterint, eiusmodi casus non eueniant. Nocturni somni omnium innocentissimi sunt, siquidem nox, humiditate & quiete sua somnum inuitans, coctionem omnibus numeris absoluit. Asomno quippe nocturno plerunque ad alui oneris excretionem urgemur. Esto autem debiti somno temporis limes, absoluta ciborum coctio, quæ non tam eructuationibus, quàm uentris conniuentia contractioné ue deprehenditur. Post quam uigilantia perutilis est, quod concoctionis retrimenta ad secessum proritet. Somnus meridianus. Somnus nocturnus.

De uigilia. Cap. XCVIII.

QVonam pacto uigilijs, quæ aduersa iam ualetudine correptos, uel præ dolore, uel febri, uel quocunq; alio acutiore casu molestant, succurrendũ sit, in uolumine de Febribus persequemur. In præsens de ijs modò uigilijs, quæ bene habentes infestant, agendũ est. Quocirca si quis uel ex mœrore uel solicitudine, seu alio quouis animi affectu somnum subire nequeat, ante omnia quidem mœstitia quæ affligit, pro uirili profliganda est: mox suauium sonorum auscultationibus mentis considerationem, proscribere expedit, id quod lenibus aquarum susurris quidam machinantur: qui ita permulcti sunt, somnum facilè subeunt. Balneis præterea sub uesperam maximè, facta iam concoctione, utantur, edulijsq; humectantibus, puta lactucis, & id genus alijs. Papaueris etiam atri uiridia folia obsonijs nonnunquam adijciant. Piscibus qui coctura nihil obsistunt uesci, uinum tenue, minime uetus ingurgitare congruit. Somnum inituri caput rosaceo, aut oleo in quo uel papaueris capita, uel mandragoræ elixa fuerint, perungant. Quin & anethinum non antiquum somnificum est. Scimus porrò quibusdam à labore statim facta tranquillitate somnum obrepsisse. Coitus quoq; moderatus hunc ipsum non raro conciliauit. Nec desunt qui capite ac pedibus infrigidatis somnũ accersunt. Si qui ob alimentorum copiam, uel uitium, stomacho onerato uigilauerint (id quod usuenisse comperi) ueluti contrà alij præter consuetudinem genium penitus defraudantes, aut parcius cibis indulgentes, somnum oculis non cernunt, considerare id, & caussam abscindere conuenit.

De ueterno, siue sopore. Cap. XCIX.

SI contrà profundi ac ueternosi sopores, quæ καταφοραὶ *à Græcis dicuntur; quempiam corripiunt, lauacra continua, unctioniq; frigorifica interdicenda sunt: apophlegmatismis utendũ, & in totum nutricatio cum calidior, tum siccior, tenuis in nutriendo potestatis offerenda. A gelidiore quippe & humidiore cerebrum madefaciente materia, eiusmodi affectus plurima ex parte contingit.*

Dioclis epistola, de secunda ualetudine tuenda. Cap. C.

DIOCLES ANTIGONO REGI BENE AGERE.

QVandoquidem tibi ANTIGONE, *maxima omniũ regum eruditio, atq; grandæua iam ætas, omnisq; philosophiæ peritia, & mathematices deniq; studij palma contigit, haud alienam à regia maiestate fore putaui eam philosophiæ quoq; partem, quæ incolumitatem tueri docet. Eoq; tuæ maiestati hac epistola uolui, unde nam morialibus ægritudines proficiscãtur, deq; quibusdam præcedentibus notis, & quibus remedijs talibus succurrendũ sit describere. Quemadmodũ enim cœli tempestatem nunquam non signa quædam manifesta præcedũt, quibus nautæ ac cæteri multarum rerũ periti homines, quid ipsis agendum, quo tutiores sint, colligũt. Sic neq; ullus præter naturam affectus unquã hominis naturam nullis præcedentibus præsagijs tentat. Tu itaq; nostris hisce præceptiũculis confisus, absolutã earũ rerũ cognitionem assequeris.*

Quatuor corporis partes.

Didũcimus utiq; hominis corpusculum in partes quatuor, caput, thoracem, uentrem, atq; uesicam. Cum igitur olim quid morbi caput læsurũ est, hæc portenta solent magna ex parte præcedere, uertigo, dolor capitis; superciliorũ grauedo, murmur aurium, stimulatio temporum, oculi matutino tempore lachrymant & caligant, odoratus hebetatur, dentiũ gingiuæ attolluntur. Ergo cum eiusmodi quiddam præsenseris, caput confestim euacuandum ducito, nullis sanè medicamentorum præsidijs, uerùm sumptis hyssopi aut orygani capitibus tritis, & in aululæ ebullitis cũ passo uel defruti hemina dimidiata, quibus os ieiunus abluito, atq; quoad pituita deducitur, gargarizato. Hoc quippe capitis affectionum facilimum est præsidium. Saluberrimum quoq; fuerit, sinapi aqua mulsa calida maceratum in ieiuno sorbere, & gargarizando à capite humorem deducere. Oportet autem caput antea tegumento calfacere, quò liquefacta pitui-

Notæ futuri doloris capitis.

ta ſine impedimento efflu ctioni obtemperet. Cum hæc floccipenduntur inditia, eiuſcemodi ferè morbi ſuccedere conſueuerunt, ophthalmiæ, glaucomata, auriũ fiſſuræ, ſtrumæ in ceruice, cerebri tabes, grauedo, angina nocturna, teredines, uua, profluuium capillorum, ulceratio capitis, dentium cruciatus. Cum autem mali quid thorax paſſurus eſt, his ſignis porten ditur: ſudor undiq; corpus occupat, & thoracem maximè, lingua craſſeſcit, eijciunt per ſputa uel ſalſa, uel amara, uel bilioſa, in lateribus ac ſcapulis dolores citra occaſionem oriũtur, oſcedines crebræ, uigiliæ, ſuffocationes, ſitis ex ſomno, animus triſtior, algores pectoris, brachiorum, & manuum tremor, infeſtant. Quibus non imprudenter ad hunc modum ſuccurritur. Vomitionem à cœna non crapuloſa quoad fieri poteſt ciere conuenit, abſq; medicamento. Proſunt etiam ieiuni uomitus, quos aliqui ουῤ μαῖσμους nuncupant. Cui igitur ſic placet uomere, radiculas tenues, naſturtium, erucam, ſinapi, portulacam deuoret, deinde aqua tepida hauſta euomat. Qui dicta præſagia ſpreuerint, has affectiones metuat, pleuritim, pulmonariam, melancholiam, febres acutas, phrenitim, ueternum, & cum ſingultu ardorem. Si quis uerò uentrem morbus occupaturus eſt, his ſignis præſagiri poteſt: uenter primitus conuoluitur, & in ſeſe ipſo turbatur, eſculenta cum poculentis amaritudinem præferre putantur, genuum grauitas, lumborum rigor inflectilis, uniuerſæ molis corporeæ laſſitudo, ſine occaſione, crurum ſtupor, febriculæ exiles afficiunt. Vbi hæ notæ apparuerint, uenter nullo medicamento, ſed uictus ratione molliſicandus eſt. Tutius enim eſt ijs uti, quibus delinqui facilè non poteſt: è quorum numero ſunt, beta aqua mulſa decocta, allia elixa, malua, rumex, mercurialis, & ex melle dulciaria. Cuncta enim hæc alui ſedimina deijciunt. Quod ſi præſagiorum aliquod magis intendatur, enici liquorem omnibus decoctis confundito, ſuauior nanq; & tutior eſt. Vtilis item fuerit, leuis braſſica in copioſiore aqua elixa, huius ſuccus quatuor heminarum menſura cum melle ac ſale potui datus, profuerit. Ciceris aut erui decocti aqua in ieiunio epota, eundem effectum obtinet. Hæc ſigna parui-pendentibus, huiuſcemodi affectiones ſuperuenire ſolent: Ventris fluor, tormina inteſtinorum & leuitas eorum, uoluulus, coxendix, febris tertiana, podagra, apoplexia, hæmorrhoides, cruciatus articularis. Quãdo autem ueſicæ malum imminet, his notis deprehenditur: poſt exiguum etiam cibum plenitas infeſtare uidetur, inflationes, eructuationes, uniuerſi corporis pallor, ſomni graues, lotia lurida, & ægerrime emanantia, & circa pudenda tumores. Cum hæc apparuerint præſagia, odoratis lotia impellentibus opem ferre conuenit ſine periculo. Sunt uerò fœniculi apijq; radices

Signa imminentis morbi thoracis.

Præſagia morborum uentris.

Veſicæ mali præſagia.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

dum uergiliæ occidunt, dies triginta sex.

Vergiliarum occasus.

Sub uergiliarum occasu imperium in hominibus humor pituitosus ad solstitium usq; hyemale obtinet. Sumenda sunt igitur cibi loco maximè acerba, uina dulcissima: utendum præterea præpinguibus, exercitandum strenue. Sunt uerò ad brumam usq; dies quadraginta quinq;.

LIBRI PRIMI FINIS.

HYPOTHESIS LIBRI SECVNDI.

In hoc uolumine totius Operis secundo, de Febribus potissimũ agitur. Primo quidem de ijs, quæ ad notas, uniuersamq; ipsarũ curandi rationem animaduertenda incidunt: deinde super uniuscuiusq; Febris speciei origine atque curatione: tertio de ijs, quæ Febrem comitantur symptωmatis.

CAPITA SECVNDI LIBRI.

Præfatio libri secundi. Cap. I.
Quonam & quæ principalia in morbis præcipuè febrilib. discutiendi sint. II
Quale nam morbi principium dicendum sit, ex monumentis GALENI. III
Vnde tutus ne sit, an periculosus morbus, cognoscatur. IIII
Quibus notis acutum & diutinum morbum deprehendamus. V
Quemadmodum præsciri possit quo pacto morbus soluendus sit. VI
De diebus decretorijs, VII
Decretiora signa si in principijs morborum appareant mala esse. VIII
Quemadmodum futura crisis prænoscenda sit. IX
Instans morborum iudicium quemadmodum sit agnoscendum. X
Qua ratione optime iam peractam crisim agnoscamus. XI
De pulsibus ex GALENO. XII.

De-

De alui excrementis. XLII
De urinarum significatione. XLIII
Quid circa sputum considerandum. XV
Diariarum febriũ agnitio atq; medela. XVI
Quemadmodum febres ex putredine humorum accensas agnoscamus. XVII
Curatio febrium, quę in humorum putredinè accendũtur. XVIII
Tertianæ inditia. XIX
Quo pacto tertianæ medendũ sit. XX
Tertianæ nothæ curatio. XXI
Quartanæ inditia. XXII
De quartanarum febrium curatione. XXIII
Quotidianam febrim quibus inditijs deprehẽdere possis. XXIIII
Curatio febris q̃tidianæ. XXV
De febre Epiala. XXVI
De continuis febribus. XXVII
Quî cõtinuæ febres deprehendantur, quibusq; presidijs curentur. XXVIII
Aestuantium febriũ cognitio. XXIX
Aestuantium febrium curatio. XXX
Febrium ab Erysipelate notificatio atq; medela. XXXI
Quemadmodũ hecticæ febres deprehendantur. XXXII
Hecticarum febrium medela. XXXIII
De semitertianis febribus. XXXIIII
De publicè grassantibus morbis. XXXV
De peste, ex monumentis Ruphi. XXXVI
De his qui plenitudine crudorum humorum mentis deliquio tentantur. XXXVII
De his qui prætenuibus humoribus defatigati concidunt. XXXVIII
De alijs occasionibus in quibꝰ cõtingunt syncopæ. XXXIX
De dolore. XL
De liquefactione. XLI
De uigilijs febricitantiũ. XLII
Curatio Cataphoræ. XLIII
Medela doloris capitis in febribus. XLIIII
De curatione stomachi. XLV
De immoderatis febrium frigoribus rigoribusq;. XLVI
De sudoribus. XLVII
De tussi qui febricãtes infestat. XLVIII
De sternutamento. XLIX
De ciborum auersione. L
De bulimo, quod est fame prægrandi. LI
De canina appetentia. LII
De siti. LIII
De lingua salebrosa. LIIII
De nausea. LV
De uomitione biliosa. LVI
De singultibus. LVII
De aluo dura ac lubrica in febribus. LVIII
De stillicidio sanguinis, & eruptione eiusdem ex naribus. LIX
De animi defectione. LX
Medela exulcerationis quæ os sacrum infestat. LXI

FINIS.

PAVLI AEGINETAE DE RE MEDICA LIBER SECVNDVS, ALBANO TORINO Vitodurensi Interprete.

De Febribus, ex GALENI, cæterorumq; complurium monumentis deprompta. Cap. I.

POSTQVAM TVENDAE SANITAtis disciplinam perstrinximus, quemadmodũ male iam habentibus succurri, ualetudoq; aduersa profligi possit, à similarium partiũ morbis tanquam simplicioribus exorsi, cuius generis potissimum, quibus cognomentum Febres, existunt, exequi aggrediemur. Rursus igitur & nos compendiaria scribendi ratione utentes, Oribasij Epitome ex GALENI præsertim, & cæterorum insuper plurimorum luculentationibus decerptæ, paucula quædam illi præterita addemus.

Quotnam capita in febrilibus præcipuè morbis discutienda sint. Cap. II.

ANte omnia quidem disputare conuenit, salutariś ne, an exitialis ægritudo quempiam tentauerit. Deinde si salubris, num acuta, an diuturna. Hæc quippe & in alijs quoq; morbis uehementibus accuratè inuestiganda sunt. Tertio, uná ne uice & confertim decernat, quod febribus peculiare est, an particulatim soluatur.

Quale nam morbi principium dicendum sit, ex GALENO. Cap. III.

NEq; profectò capitis dolores, qui febres idem sunt, quemadmodum

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

quidem morbi ad hunc modum: Si quatuor particularis acceßionis tempora, ocyus minimoq; temporis momẽto inuaſerint, morbus acutior erit, cuius extremus terminus eſt, ſeptimana, magna uerò ex parte die quarto ſoluitur. Quod ſi longius quidem procraſtinetur, neq; tamen duodecimũ horarum ſpatium excedat, acutum eſſe morbum indicat, qui intra diem decimumquartum plerũq; decernit. At ſi pluribus horis prorogatur, ita ut principium duntaxat & incrementum longiore diei ac noctis tempore abſoluat eiuſmodi morbus diutinus ſeu longus dicitur. Sin exacerbationem morbus particularem nullam obtinuerit, uerùm ab initio ad finem uſq; tanquam una & perpetua exacerbatio infeſtat, ceu in continuis, & hoc quodammodo inditium dicas eſſe acuti. Ex habitu uerò ægri hoc pacto deprehenditur, *ſi moderato quidem ſit uultu, reliquũ uerò corpus uniuerſum collabatur, acutum morbum præſagit.* At *ſi omnino nihil emacreſcit, diutinum.* Materiæ enim, *quæ longo tempore concoquitur, copiam ſignificat.* Atqui *ab arteriarum motu cognoſcere hac quidem formula poteris. Pulſus magnus, uehemens, uelox, denſuſq;, grauem morbum indicat: contrarius uerò, longum.* Ex *febrium deniq; ſpecie quatenus calidæ & urentes acutum morbum ſignificant: mitiores uerò quaſiq; languidiores diuturnum oſtendunt.*

Quo pacto præſciri poſſit, quî morbus finiendus ſit. Cap. VI.

ID quoq; ex his quæ mox enumerauimus liquidò conſtat, è febriũ uidelicet non ſpecie ſolum, ſed tempore: promptius tamen omnino à febrium (arbitror) ſpecie. Calidæ nanq; & perurentes febres breues ſunt, & per excreta libenter decernunt. Clementiores uerò mitioresq;, diutinæ ſunt, & magna ex parte in abſceſſus finiuntur. Ita liquet ex his quæ nobis dicta ſunt non modo quando, ſed quo etiam pacto morbus ſoluetur. Vt enim in grauibus per excreta decretorium magis perficitur, ita in diuturnis per abſceſſus.

De diebus decretorijs. Cap. VII.

Ex *diebus decretorijs quidam ſanè crebrò cum fide, & ſalubriter, exactè, euidẽter et inſignitè admodũ ſoluũt. Quidã ratione bis admodum diuerſa. Tertiuſdecimus medium inter utrunq; dierum genus, ordinem ſeruat. Sũt uerò ex ipſis, qui ſimul atq; exiguum modò naturæ impetũ adepti ſunt, decernũt. Verbi gratia, ſeptimus et decimusquartus. Pleriq; tamẽ in uehemẽtiorib. naturæ motibus morbos ſoluere nati, aliter de-*

cernere nequeũt. Cæterum neq; qui probi sunt, omnes iuxtà probi sunt: neq; omnes qui praui, omnes pari ratione praui: uerùm neq; certa cum serie bonitatem, prauitatemq; obtinent. Qui primæ sortis sunt, hoc est, qui ex bonorum sunt catalogo, isto pacto se habent: Primum ac præcipuum bonitatis locum possident, septimus & quartusdecimus. Secundum, nonus, undecimus, & uigesimus. Proximi his bonitate sunt septimusdecimus, atq; etiam quintus. Sequitur hos quartus, hunc uerò tertius et duodeuigesimus. His quodammodo contrarij, secundæq; sortis hi sunt. Nocentissimus omniũ, qui cũ discrimine & obscure morbos decernit, tanquã ex diametro septimo oppositus, sextus est. Eiusdem notæ sunt octauus, decimusq;. Post quos deinde sunt duodecimus, sextusdecimus, & undeuigesimus. Tertiusdecimus mediã inter hos ordines rationẽ obtinet, neq; perinde repudiãdus, ut hi qui secũdi sunt ordinis: neq; utiq; sic morbos soluere potest, sicuti ij qui primæ classis esse censentur. Et hunc quidem dignationis iudicatoriorum ordinem Galenus usurpauit. Secundum post hæc numerorum seriem boni iudicantur, tertius, quartus, quintus, septimus, undecimus, quartusdecimus, decimusoctauus, & uigesimus. Mali uerò, sextus, octauus, decimus, duodecimus, sextusdecimus, & undeuigesimus. Mediã sibi inter bonos prauosq; sortem decimustertius uindicat. Iudicatoriorũ porrò alij aliorũ indices sunt, quos contẽplatorios nũcupauit Hippocrates, eo quod, quæ sequenti decretorio die futura sunt iudicia, præsagiri ac cõtemplari in ijs possumus: quẽadmodũ quartus, futurũ in septenario decretũ de morbo prædicit, puta sudores quospiã, aut madores, uel particulares huiusmodi inanitiones nõnullas excitans, uel significationes insolẽtes, & antea inusurpatas, uel cõcoctionis deniq; inditia, portendens. Verùm Galenus sexti etiam (quanquam mali) quartum indicem esse asserit. Vndecimus quartumdecimum præ se fert, & decimusseptimus uigesimum. Et ad quartumdecimum usq;, efficacissima uehementissimaq; redduntur super morbis decretoria. Proxima his sunt, quæ usq; ad uigesimũ sequuntur iudicia. Quæ post uigesimum usq; ad quadragesimum, pedetentim uehementiam remittunt. Primum tamen honoris locum uigesimusseptimus, trigesimusquartus, & quadragesimus obtinent. Post hos succedũt uigesimusquartus, trigesimusprimus, & trigesimusseptimus. Qui inter hos à uigesimo ad quadragesimum usq; iudicatoriorum dierũ numerus habetur, totus iudicij expers est: quemadmodum à quadragesimo ad unum omnes planè sunt languidi, cõcoctura magis & abscessibus, quàm iudicationibus morbos soluentes. Quare alios omnes, qui post diem quadragesimum succedunt, Hippocrates negligere uidetur. Sexagesimũ tamen

tamen, & octogesimũ, centesimumq; respicit. Post hos alios quidem mor-
bos septem mensibus, alios septem annis iudicari asserit: alios, ut uerisimile est, in binis annorum septenarijs & ternis.

Hipp. 3. aph. 27.

Quod decretoriæ notæ, si in morborum initijs compareant, uitiosæ sint. Cap. VIII.

Signa concoctionis nunquam incõmode cernuntur: quod omnis cõcoctio natura uictrice perficiatur, eoq; nunquam non salutaris habetur. Sed decretoriæ notæ aliquando sinistre comparent, quoniam iudicium ambigit, nunc quidem bonum, nunc ediuerso malum succedens, ceu mihi iam antè de iudicatorijs diebus ostensum est. Quapropter neque in morborũ principijs, neq; incrementi tẽpore utile ea est inditia cõspicere, sed in declinationis tempore, cũ uidelicet natura ualẽtior morbũ superat.

gal. lib. 1. de crisib. c. 6.

Quemadmodum futurum iudicium prænoscendum sit. Cap. IX.

Quod si morborum exacerbationes intendantur, & sese anticipent, multoq; uehementiores reddantur, ac per tertium quenq; diem significationem sui exhibeant, inditia præterea cõcoctionis in lotio, oletulis, & sputo appareant, omnium ocyssimè morbus decernet. At si exacerbationes cunctanter moueantur, eodemq; tempore aggrediantur, singulisq; diebus infestent, post longius temporis spatiũ de morbo iudicium expectabis. Qui porrò cum concussione commotioneq; corporis, quod Græci ῥῖγος uocant, maximè febriunt, fieri nequit ut prius his morbus finiatur, quàm rigor remittatur, mitigeturq;. Nam hic si nihil remittatur, fieri non potest, ut iam ad uigorem morbus nedum ad inclinationem peruenerit.

febris quæ sit cũ rigore nõ iudicat. nec quæ rigore remittens

Imminens morborum crisis, qua ratione agnoscenda sit. Cap. X.

Grauis omnino atq; molesta nox, omne decretorium, quod interdiu aduentabit, semper præcedit: quod uerò noctu agetur, dies antecedit difficilis & inquieta. Superueniunt uerò casus, capitis dolor, qui nunquam antea fuit, ceruicis dolor, præcordia ad superna trahuntur. Spirandi difficultas derepente oboritur: necnon & alia quædam molesta symptomata, quæ ægrum prius nunquam afflixerunt, apparent. Quin si ijs incidentibus pulsus quoq; non concidant, sed in altum magis attollantur, & uehementiores reddantur (symbolum tamen decretorius dies suiipsius exhibens, maximè ex bene iudicantium numero existit) non futuram modò iudicationem, uerùm salubrem etiam sperato. Perculsus autem in his minimè fueris, nec si desipere hominem, aut exilire conspexeris.

Hipp. 2. aph. 13. & gal. 1. de crisib.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

tionis ratione colori gratia acceſsit, uegetiorq; pulſus, ac ſeſe erigendo robuſtior eſt redditus, quodq; in primis periculo uacat, facilis toleratio hæc comitatur, ſaluberrimũ hoc ſanè decretoriũ habetur. Verũ ſi quo horũ deficiat, tantum aberit ab optimo, quantum præpellet id quo deficit

De pulſibus ex GALENI cõmentarijs. Cap. XII.

PVlſus eſt cordis & arteriarum agitatio, quæ inſurgendo ſeq; extollendo, contrahendo, & conſidendo conficitur. Vſus ipſius duplex eſt. Eleuatione etenim, Græcis Διαστολὴ *uocatur, quaſi expãſione quadam extenſioneq; arteriæ, gelidus aër ingreditur, qui robur uitale, unde ſpiritus quoq; animalis gignitur excitat & recreat. Contractione autem,* συστολὴν *Græci nuncupant, qua arteriæ extrema ad medium ſui ſubſidium cõniuent, fuliginoſarum ſuperfluitatum excretio fit. Sunt autem arteriæ oblonga quædam uaſcula, uenarum modo concaua. Verùm propter memoratam motionem, & quoniam ſanguinem cum ſpiritu continent, duabus tunicis munita, quæ è corde quidem originem trahunt, ſed per ſingulos corporis artus mẽbratim diffundũtur. Omnes itaq; arteriæ pari quodammodo pulſus ratione, cum ſibi inuicem, tum etiam cordi reſpondent, ita ut ex unaquaq; ipſarum, cæterarum etiam omniũ ratio colligi, nõ tamen uniuerſarũ æqualiter motus ſenſu percipi, poßit, ſed promptius quidem in partibus corporis carne exortibus: obſcurius uerò in carnoſis partibus. Nullas quippe decentius, aut uſu cõmodius, quàm quæ brachialia perreptãt, arterias, attigeris. Eſt igitur primũ pulſuum genus, quod motionis tempore tam in extenſione, quàm remiſsione arteriarũ perpenditur. Differentiæ ipſius ſunt citus, lentus, & mediocris. Quicquid enim motui accõmodatũ eſt, aut præcipitanter, aut cunctanter, aut maturè pro temporis ratione mouetur. Citus autem eſt, qui breui temporis curriculo, motu plurimũ emetitur ſpacij. Lentus aũt, qui longo admodũ tẽpore, modicũ abſoluit interuallũ. Mediocris uerò, qui mediũ quẽdam motũ inter utrunq; cõficit. Alterũ uerò pulſuũ genus in quãtitate extenſionis cõſiſtit. Quoduis enim corpus tribus dimenſionib. cõſtat, lõgitudine, latitudine, & profunditate. Cũ aũt & arteria ſit corpus, neceſſum eſt, ut eadẽ quoq; tria ſortiatur interualla. Verũ in animãte ſecũdũ naturã ſe habẽte, mediocriter ipſam undiq; eleuatã reperies. In eo aũt quod præternaturã affectũ eſt, interdũ quidẽ in aliquo horũ interuallo deficit, interdũ uerò excedit. Vbi recordari congruit cuiuſmodi natura arteriarũ fuerit pulſus. Nã ſi latitudine excellere deprehendatur, ab eadẽ diſtantia Lati nomẽ adipiſcitur: ſi longitudine, Lõgi: ſin altitudine, Alti nomine gaudet. Liquidò porrò conſtat, quod illis contrarij & naturalibus exiliores percuſſus compari modo, alius auguſtus, alius breuis, alius humilis deniq;*

Arteriæ.

Pulſuum genera.

Citus.

Lentus.

Mediocris.

appellandus est. Qui uerò in singulis dimensionibus ex æquo à naturali constitutione in contrarium permutantur, ex ijs alius ita diminutus, parpuls. gens ad robur uus, alius uerò adauctus, magnus nuncupatur. Tertium uerò pulsuum genus ad robur uirtutis exigitur. Differentiæ ipsius tres sunt, uehemens, debilis, & medius. Vehemens est, qui uiolenta percussione ferit tactũ medici. Debilis uerò, qui inualidum atq; imbecillum percussum efficit.

genus pulsuum à constitutione instrumẽti

Medius uerò est, qui mediam quandam proportionem seruat ad utrunque, quem quidam naturalem esse autumauere. Nam ira & exercitationibus, pulsum qui naturæ modum excedit, uehementiorem fieri produnt. Quibus Galenus utiq; occurrit, pulsum inquiens, qui ex causis non naturalibus uehementior euadit: non firmiter, sed promptè mutari. Quisquis igitur uehementior pulsus haud ita per se transmutatur, is naturalis & moderatus æstimandus est. Quartum pulsuum genus à constitutione instrumenti, arteriæ inquam corpore sumitur. Sunt uerò & huius generis differentiæ tres. Aut enim durius, quàm natura ferat, instrumentũ est, & durus appellatur pulsus, aut mollius, & ob id mollis dicitur: aut proportionem ex æquo habens ad utrunq;, & inde moderatus nuncupatur.

genus puls. ex grauitate infusionis

Quintum genus pulsuum à quantitate infusionis arteriæ pendet. Et hoc quoque tribus differentijs dirimitur: nam alius plenus est, alius uacuus, alius deniq; medius. Quandoquidem totum uasculum aut plenũ est, aut uacuum, aut mediocriter refertum. Plenus itaq; pulsus est (quemadmodum definit Archigines) qui pleniorem præ se fert arteriam, & submissionem succo impeditam. Vacuus autẽ, qui bullæ instar arteriæ eleuationem efficit, ita ut impressione digitorum uacuitas quædam loci subsidat. Hæc igitur quinq; pulsuum genera uno arteriæ motu constituuntur.

Quoniam autem caloris qui in corde cõtinetur qualitas, uidetur quodammodo magis ex arteria euidenter apparere, censuerunt hoc Sextum etiam pulsuum genus inter prædictorum seriem connumerandum. Reliquorum uerò generum, quæ tum uno, tum pluribus percussibus cõstant, aliud sanè tempore quietis, aliud numero, aliud æqualitate & inæqualitate, quoddam etiam ordine & ordinatione cõstituitur. Id igitur quod secundum tempus quietis, septimum à primo est, partitur in densum, rarum, & mediocrem. Nam arteriæ, quæ gemino mouetur motu, ex contrarijs motionibus composito, necesse est duplicem contingere quietem: alteram quidem post eleuationem ante compressionem, alteram uerò post compressionem ante eleuationem, quam pleriq; sensu percipi non posse autumauerunt, ut inter duos motus tranquillitas aliqua intercipiatur. Cui itaq; longum tranquillitatis est tempus, hic appelletur rarus: cui breue,

densus

Pulsus secundum rhythmum.

denſus ſeu creber: cui mediocre, moderatus. Octauum genus pulſuum ad rhythmum ſpectat. Eſt uerò rhythmus in ſumma quidem habitus, ſiue temporis ad tempus proportio. Cæterum in pulſu ſecundũ tempora quædam motus, ad tempus tranquillitatis, puta diſtentionis & contractionis ad aliquam quietem intercedentem. Iuxta alia uerò tempora ſiue motus ad motionẽ, ueluti diſtentionis ad cõpreßionem, ſiue quietis ad quietem, utpote interioris ad exteriorem proportio. Differentiæ autem rhythmi principes ſunt duæ. Eurythmus, & Arhythmus, quaſi pulſus bonum rhythmi & nullius rhythmi dicas. Arhythmon, non ſanè nullum rhythmum habentem, hoc quippe fieri nequit, ſed inconcinnum rhythmum ceu ἀφωνὸν *&* ἀτραχηλον, *id eſt, mutum & truncum, dicimus: hunc qui uitiatam ceruicem, illum qui uocem ſortitus eſt, obſcuram. Iam uerò arhythmus trifariam dirimitur, pararhythmus enim alius eſt, qui mediocrem boni rhythmi peruerſionem habet. Alius heterorhythmus, qui longius à bono digreditur ac præuaricatur. Tertius uerò ecrhythmus qui omnem concinnitatem rhythmi corrumpit. Veluti cum puſionem indicas. Peculiaris quippe pueruli ætati pulſus iuxta rhythmũ, eurhythmus nuncupatur. Vigenti autem ætati, heterorhythmus. Qui uerò huius penitus nihil ſeruat, ecrhythmus appellabitur.* De æqualitate & inæqualitate pulſus.

Nonum genus pulſuũ eſt, quod in omnibus generibus ſupradictis deprehenditur, iuxta æqualitatem & inæqualitatem prognatum, id quod uel in uno duntaxat pulſu, uel in pluribus contemplatur: quod etiam ſyſtematicum nũcupant. Quo de in primis, ueluti de lucidiore diſſerendum eſt. Aequalis pulſus eſt, qui ordine par eſt ſiue magnitudine, ſiue robore, aut celeritate, aut reliquorum aliquo, ſiue etiam omnibus. Inæqualis, qui ſerie ſua impar eſt: nam ſi deinceps uniuerſi magnitudine qualicunque pares inciderint, æqualis huiuſcemodi pulſus appellabitur. Quod ſi primus & ſecundus atq; tertius pares uidebuntur, quartus uerò impar, is nimirum inæqualis ſecundum magnitudinem pulſus nomen habet. Cuius generis ſunt, deficiens & intercidens. Haud enim in uno ſolum, aut pluribus etiam magnis unus minor apparet, ſed nõnunquam penitus omnis motus aboletur, & uocatur pulſus deficiens: quemadmodum alter contrarius huic intercidens, cum in medio expectatæ quietis percuſſio quædam ueluti ſuperflua intercidit.

Sin autem ſecunda paulo minor, quàm prima facta ſit percuſſio, tertia uerò exilior ſecunda, quarta, tertia æqualitate, & ſic deinceps uſque ad quamplurimas, huiuſmodi pulſus μικρόγραφα *&* μυόγραφα *appellãt, de figurarũ ratione, quæ in mucronem deſinunt, appellationem mutuantes. Ex ijs uerò qui perpetim diminuuntur, neq; unquã ab eiuſmodi af-*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

incidens, & curuatus ex ratione diminueretur, ita ut ab exteriore parte laborantis pollicis minima arteriæ particula appareat, μύρμηξ & nuncupatur, ad instar caudæ animalculi muris, id est, τοῦ μυὸς, aut μύρμηξ quod in modum ritum. q; caudæ minuatur παρὰ τὴν μυὸς οὐράν. Sin autem sub medijs digitis magnus subincidens, atq; eleuatus, utrinq; minuatur, minor apparens, hunc Archigenes nutantem & circumnutantem appellauit, uolens perspicuè significare breuitatẽ diastoles cum ea, quæ est ab utrisq; limitibus, puta inclinatione: haud enim tanquã abscisis statim, sed perinde atq; inflexis utrinq; partibus in arctum contractus est, cum sit μείζων & magnitudine ex utrisq; partibus.

De inæqualitate ad magnitudinẽ.

Si inæqualitatem iuxta magnitudinem modò celerius, modò tardius, assumpserit, pulsus undosi & uermiculantes oriuntur. Sin autẽ & eam quæ in situ existit acceperint, & κυματώδεις, id est, conuulsorijs, & ἑλκυώδεις id est, turbulenti appellati, constituuntur. Ordiendũ itaq; ab undosis æstuantibuśue, in quibus non simul in istiusmodi inæqualitate, tota arteria apparet distẽta, sed pars illius alia primum, mox alia, dein tertia, postremo quarta, motu continuo perdurante, instar sese eleuantium undarum. Nonnulli quidem in rectum omnino fluctum meantem habent, aliqui uerò in obliquum declinant, aliqui in breui longitudinis distantia, altitudinem magnam obtinent, quidã autem ediuerso. Quidam latitudinem, quidam item angustiam. Parietem modo & iuxta celeritatẽ atq; robur inæqualiter se habent. Fluctuans totus in paruitatem decrescens, σκωληκίζων, id est, uermiculans nuncupatur, uermiculari incessui persimilis. Quemadmodum uerò pulsum undosum minorem effectum uermiculans excipit, ita uermiculantem formiculans, quando uidelicet abolitis motionibus permultis, in unam atq; eandem perquã exiguam omnino finierit. Inditũ autem & huic pulsui à similitudine formicæ animantis nomen est, cum propter paruitatem, tum propter motionis speciem. Est enim uehementer pusillus formicans, ut quo non est minor alius, consimiliter & omniũ obscurissimus, frequentissimus minimè, iuxta Archigenis sententiã, uelox. Cõfinis huic pulsus est hecticus. Quẽadmodũ enim febrium una species est hectica, ita & pulsus habetur hecticus, qui sanè nullã ingentem mutationẽ admittit, sed perpetim in eodẽ tenore persistit, trahitq;, ut ab initio cœpit, neq; unquã soluitur, toto habitu in morbũ cõuerso. Pulsus aũt cõuulsorij utrinq; ex finibus extremitatũ protrahere atq; extẽdere, et cõuellere uidẽtur, instar chordæ alicuius extẽsæ sensum præbẽtes. In turbulẽtis aũt (sic enim ἑλκωώδη interpretor) nihil istiusmodi reperitur, sed maior in his est eleuatio, ut partiũ quædã arteriæ sursum ferãtur, uno eodemq; tẽpore, motũq; ipsarũ iaculis rectissimè

Serratus. *aßimilaueris, quæ uiolenter emiſſa ocyßime feruntur uibranda. Serratus pulſus eſt, cum alia quidem ſpiritus receptaculi pōrtio elata, alia non, ob duritiem nimirum ſuam, eſſe apparet. Habet autem quandam etiam turbulentiam pulſus iſte, & celer quidem creberq;, non ſemper tamen magnus,*

Pulſus ex inæqualitate ordinis. *eſt. Decimum pulſuum genus ex prædictis eſt, quod ex inæqualitate iuxta ordinem & inordinationem naſcitur. Ordinatus enim & inordinatus, ſecto inæquali in æqualem pro ratione circuitus, atq; omnino etiam in diſparem ex utraq; ſectione, originem ducūt, puta ex circuitionū paritate ordinatus: ab exacta uerò imparitate, inordinatus. Aequalis enimuero pulſus ad unguem etiam, ordinatus eſt, ſiquidē imparem ordine ipſum diximus. Inæqualis autem non omnino inordinatus eſt, ſi enim æqualitatem corrumpit, circuitum uerò aliquem ſeruat, ut in quantitate dilationis ſi forte contigerit duos fieri magnos & unum paruum, inde uerò rurſum duos paruos & unum magnum, & ſic conſequenter, nuncupari poßit eiuſcemodi pulſus inæqualis quidem, ſed ordinatus. Sin autē ad hoc æqualitatem deſtruat, nullumq; inæqualitatis ordinem ſeruet, præter imparitatem, inordinatus etiam talis exiſtit. Parimodo & in alijs horum generibus ſe habet. Ex inordinatis porrò nonnulli ſunt per omnia inordinati, ne puſillam aliquam ſeruantes periodum: alij uerò ſecundū periodos ordinati, quatenus enimuero continenti ordine deſtituuntur, inordinati uocentur: quatenus autem periodum ſeruant, ſecundum periodos ordinati dicentur: ueluti ſi contigerit duos magnos fieri, atq; duos etiam paruos, inde tres magnos & totidem paruos, item quatuor magnos & totidem exiguos: & rurſum tanquam reflectentes, duos magnos & duos paruos, & tres magnos cū totidem paruis, & ſic deinceps in alijs ſimiliter. Sciendum autem, quod inter alios cōtrarios ſingulos eſt aliquis medius, æquali autem & inæquali nullus eſt medius. Neq; inter ordinatum etiam & inordinatum quiſpiam habetur medius, niſi uolueris ſecundum circuitus ordinem ſeruantem, medium inter ordinatum & inordinatum dicere. Et cæterorum quidem medij ſunt ſecūdum naturam, præterquàm eius qui in uehementia & obſcuritate, quemadmodum oſtendimus, conſtituitur. Ex eorum autem albo ſolus æqualis ſecundum naturam eſt, reliqui præter naturā, tum inæqualis, tum ordinatus, tum et inordinatus. Hæc itaq;*

De inæqualitate ſitus ac motus. *ſunt genera pulſuum uniuerſa, & generalia ipſorū diſcrimina. Quidam tamen his & alia duo adnumerauerunt. Primum quidem à ſitu arteriæ pendet, quatenus ſurſum ac dearſum, in dextram aut ſiniſtram deducta uidetur. Alterum genus quo maturius, uel lentius moueatur: è quorum numero eſſe undoſos & turbulentos pulſus diximus. Hactenus quidem*

ſimplices

ſimplices tantum paucis admodum perſtrinximus pulſuum differentias: è prædictis autem, ſi coniungamus has, facilè & compoſitas inueniemus.

Deinceps uerò ſuper cauſas, quæ pulſibus cõueniunt, diſſerendũ eſt, Pulſuum cauſæ. *quas comitatus etiam præſagium ab ipſis deſumptum. A magnitudine igitur, quæ cæteris magis eſt perſpicua, exordium ſumemus. Magnus itaque pulſus redditur aut propter neceſsitatem urgentem, quæ eſt utiq; in corde plus iuſtò redundans caliditas externum gliſcens refrigerium, & ueluti flabellum, aut propter corporis gracilitatem, quemadmodum paulò poſt indicabimus. Augetur uerò calor uel ex cauſis naturalibus, puta ætatis florida, aut puerili, aut ſimpliciter calida, anni tempore, regione, aut temperatura calidiore, aut cauſis non naturalibus, ueluti aëre, qui nobis circũfunditur, calidiore, lauacris calidis, exercitationibus, eſculentis, poculentis, medicamentis calfaciẽdi facultate præditis, uel etiã cauſis naturæ contrarijs, uerbi cauſa, diſtemperatura calida, humorum putrefactione, ira, & id genus alijs. Diſcernes autem ſingulorum pulſum hoc interſtitio, quod cauſæ naturales magnitudinem ipſius faciunt ſtabilem, & ægerrime mutabilem. Cæteræ uerò, quæ procliuiter permutari queat, ut etiam dum te manu pertractante, aut certe non multo poſt penitus ſubſidat ac emendetur. Iam magnis quidem pulſibus, qui ex calidis balneis prouenium, mollities accedit: quemadmodum etiam his qui ex calido, præſertim cum ariditate, diſtemperamento magni ſunt, durities. Qui autẽ exercitationibus moderatis nauant operam, & perfricantur, medium quendam ſtatum habent inter duritiem & mollitiem: ſed quæ pectori ſunt uicina, calidiora ſunt, id quod etiam ira percitis uſuuenit. Nonnullis uerò propter cibi aut uini uſum, aut furorem, ad magnitudinem & uehementia pulſus accedit. Porrò qui iram, aut aliud quoduis contra præſcriptum medici facinus celare conantur, uerbi cauſa, calidum medicamentum ſumptum, & medicum, cum manum mittit in carpum ſciſcitantem, occultare cupiunt, ijs præter magnitudinem etiam euidens inæqualitas accedit. Ad hoc autem & languentis ingenium, moreſq;, & conſuetudo mos ue non parum opis ad pulſus cognitionem indagandam ferunt. Conſuetudo quidem, affectus ne ſit uehementer erga medicamenta, an abhorreat. Ingeniũ uerò, ſtupidum ne nactus ſit, uel contrà, & opinionis eximendæ peritus ſit. Qui uerò pulſus magnus è putrefactione humorum factus eſt, præter magnitudinem ſyſtolen etiam magis accelerantem habet. Sed quo pulſus ipſe magnus reddatur, non ſatis ſunt quæ ad uſum tantummodo ſpectant, uerùm oportet etiam uirtutis miniſterium, & inſtrumenti ſymmetriam inter duritiem & mollitiem accedere. Cum igitur cordis auctus fuerit ca-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

te cauſa, uſu nempe diſſoluto, aut inſtrumenti duritie. Obſcurus uerò pulſus imbecillæ atque infirmæ uirtutis, & huiuſce etiam ſolius proles eſt, etiamſi nihil aliud præſto ſit. Vehemens etenim pulſus omnibus eget ad ſui generationem cauſis. Obſcuri ſola etiam debilitas parens eſt. Qui ergo ab initio ſtatim uehemens exiſtit, ætates, anni tempora, regiones, moderatá que temperamenta comitatur, obſcurus autem temperatus immoderatas. Sed qui ex obſcuritate tranſilit in uehementiam, à uirtute conualeſcente ex præterita ualetudine aduerſa efficitur: conualeſcit autem uel beneficio eorũ, quæ in ipſo corpore cõtinentur, uerbi cauſa, humorum concoctione, aut excretione, aut furore, uel quæ foris adueniunt, puta uino, cibo, exercitationibus, & alijs quæ intemperaturam corrigunt. Vires porrò corporis demoliuntur, inediæ, uigiliæ, euacuationes immoderatæ, mœrores, curæ, & dolores, præſertim animæ deliquium inducentes, & quæcunque id genus uitioſum temperamentum conciliant. Quidam ex imperitis & inexercitatis pulſum durum, uehementem exiſtere putauerunt, quod interſtitium exercitatum cum ratione, tum tactu minime poteſt effugere. Vehemens etenim pulſus magna ex parte cum magnitudine in altum attollitur, tactum ualide ac uiolenter feriens. Durus autem, magnitudinem nullus, propter contumatiam arteriæ, admittit. Durum igitur pulſum inſtrumenti duritia maximè reddit: quam quidem uel frigus ſupra modum intenſum, uel ariditas, uel tenſio ab inflammatione profecta, aut conuulſio denique procreat. Protinus autem duritiæ paruitas quoque, & celeritas interdum, & crebritudo, magnitudinis loco, propter uſum ſuccedit, quemadmodum & mollis pulſus humiditatem arteriæ comitatur, quam humidiorem efficiunt ex rebus quidem non naturalibus eſculenta liquidiora, lauacra frequentia, ſomni prolixi & immoderati, uictus præterea ratio delicatior, & animi delectatio atque hilaritas. Ex ijs uerò, quæ præter naturam ſunt, maligni ſopores, quæ à Græcis λώμακτα dicuntur, ueterni, quos λαθάργους eadem gens appellitat, aquæ intercutem, & reliqua pituitoſa. Plenus autem pulſus, aut humorum plenitudinem, aut nimiam cibi aut potionis uini præfert redundantiam: quemadmodum uacuus contraria, puta famem aut inanitionem. Porrò ſi corpus arteriæ calidius occurrit, uehementem cordis caliditatem, reliquo corpore refrigeſcente, aut conuulſoriam quandam arteriarum uiolenta commotione incaleſcentium diſpoſitionem inſinuat. Archigenes autem aſſerit locum arteriæ peculiariter in grauioris

Quæ uires proterunt.

Plenus pulſus.

ſomni

Catochos. Cataphora. *somni sopore (quod mali genus κάτοχον dicunt) calidiorem inueniri, quemadmodum in ijs qui cataphora, id est, graui in somnũ delatione conflictantur. Quod autem ad eum pulsum qui secundum rhythmum fit, attinet, siquidem in motu & quiete ad unguem fuerit æqualis, inculpatam totius corporis temperiem, significat: quantum in semetipso, uel nullius momenti et exiguam à bono deprauationem, ceu in ætate puerili, et aliâs exactè temperatis corporibus. Sin autem plus temporis cũctetur in quiete quàm in motione, calorem superare portendit, quemadmodũ et in ætatis flore, aut huic etiam ætati proximis, liquidò datur cernere, non aliter quàm in senum corporibus admodum gelidis diutius multò moratur in quietis tempore. Illud uerò latere neminem debet, quod rhythmi inæqualitas, intra modum celeritatis & frequentiæ consistit: hæc uerò solum materiæ rationem ad rhythmum obtinet. Deficientes porrò & intercidentes pulsus, oppressa & tanquam grauata uirtute, redduntur. Intercidentes quidem minus nocumenti, deficientes uerò noxiã maiorem, fatentur, & in uniuersum, uirtus oppressa grauataq; pulsus ad inæqualitatẽ & inordinationem traducit, cum quamcunq; aliam, tum eam quæ in uehementia & magnitudine sita est. Ex pulsibus autẽ myuris, quos duplices genere esse demonstrauimus (aut enim in ea inæqualitate, quæ συμαλὴς appellatur: aut in ea, quæ uno ictu, deprehenditur) deficientes quidem extremam uirtutis internitionem declarant. Repetentes uerò & recurrentes, & hi quidem imbecillam, sed etiamdum repugnatem resistentem, & renitentem, uirtutem præsagiunt. Μύουροι autem unica plaga, & inclinantes, qui ἐπινευκότες, uel περινευκότες appellantur, potissimum ijs fiunt, qui sensim cõtabuerunt, nor solutis inflammationibus. Iam uerò & in plurimis quomodocunq; emaciatis dum partes, quæ circa arterias sunt emarcescunt. Cæterum inæquiueloces, & caprizantes, maxima ex parte feruores febricitantium comitantur. Quod si primordia diastoles pulsus dissolueris, prope extremum ipsius, & systoles exordium maturauerit, putrefactionis abundantiam innuit, ad excretionem fuliginosa recrementa impellente natura. Si autem contrà, systoles quidem principiũ soluerit, sed ad diastolen magis festinet, scito calorem supra modum auctum, refrigerium affectare. Est autem horum in febre plerunq; frequentia comes, nonnunquam etiam magnitudo, nisi uirtutem durities instrumenti impediat. Quando autem arteriæ durities intenditur, uirtute integra & robusta, accidit pulsus Λύκος, id est, bis feriẽs à Græcis appellatus. Fluctuans insuper pulsus, humidas plurima ex parte ægritudines comitatur: sed ex his potissimũ, Anasarca aquæ intercutem*

tem, ueternum, & peripneumoniam. Verùm ubi iam uirtus languere cœperit, ſed etiam dum paululum reſiſtit, fluctuans in uermiculantem tranſilit. Vbi extremè collapſa fuerit hæc, etiam hunc formicans excipit.

Hecticus porrò peculiariter aliqua tabeſcentib. parte, & aliâs liqueſactis præſidet. Cõuulſorius, quando neruorũ origo, inflammata quadã affectione infeſtatur: quemadmodum in phreneticis, morbo comitiali graiter correptis, dum uidelicet in eo malo conſtituti, etiamdũ calidi uitam in mortem commutant, contrario planè modo ijs qui animi deliquio concidunt, illi ſanè uehementer gelidi, ſuperſtites tamen permanent. Turbulentus autem pulſus fit, cum uſu magnam diaſtolen expoſtulat, & robur uitale functione ſua defungi poteſt. Nihil autem præter arteriæ corpus, quo minus poſsit præ duritia in magnam extolli eleuationem, ſicut in magnis inflammationibus, & diutinis obturationibus, impotens refragatur. Serratus uerò pulſus in uniuerſum inflammationis index eſt, & præcipuè neruoſarum quarundam partium: † minime uerò coſtali morbo proprius, remittens quidem mollis & coctu facilis: extenſus uerò difficilis, & concoctioni renitentis. Quæ cum uirtute quidem debili, ſubitò in periculum præcipitat. Robuſtis uerò uiribus longo temporis ſpatio concoquitur, aut enim in ſuppurationem purulentam ſubinde tranſit, uel marcida tabes ipſam excipit. Neq; ignorandum præterea, quòd inæqualitates ceu umbra comitatur inordinatio, raro enim uero pulſum inæqualem ordinatum reperies. Inæquales itaq; & ordinatos pulſus, minores offenſæ, inæquales & inordinatos, maiores faciũt. Hæ quidem ſimplices ſunt pulſuum & cauſæ, & præcognitiones. Cæterum ex his & compoſitas (quemadmodum in ſermone de interſtitio ipſorum docuimus) haud negotioſum eſt aſſequi.

Hecticus.

Conuulſorius.

Turbulentus.

quin etiam

inæqualitatem inordinatis comitatis ut umbra corpus

De alui excrementis. Cap. XIII.

DEiectionum optima quidem mollis eſt & compacta, & tempore quo in ſecunda ualetudine deijci conſueuit, oletata. Cuiuſmodi fuerit ſubrufa, cum conuenienti craſsitudine, neq; admodum odore fœdo grauiq;, quæ talis non eſt, inſalubris iudicatur. Quod igitur oletũ his quæ aſſumuntur colore reſpondet, tenue, indilutum, ocyſsimeq; trãſiens, crudum id eſſe cenſeto. Rufum præterea & meracũ per exordia quidem bilem morbi parentem: Vbi uerò declinationis quoq; tẽpore eiuſmodi egeritur, pulchre corpus expurgari, portendit. Viride, æruginoſæ bilis: Nigrum uerò cum atræ, tum ſanguinis cuiuſpiam indidem torrefacti inditiũ eſt. Liuens algorem quendã uiſceriſq; alicuius mortificationem neutiquã uulgarem denuntiat. Pingue oleaginumq;, liquefactionem pinguedinis

ex Hipp. 2 prog.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Quæ sputi sint notæ considerandæ. Cap. XV.

Sputa subflaua, subrufa, subspumea, & tenuia, nihil præter cruditatem denunciant, neq; quicquã insignis præferũt exitij. Sed exactè flaua, rufa, spumosa, uirida, lentore quodam uiscida, rotũda, & omniũ maximè atra pernitiosa censentur: præter enim sanguinẽ, quicũq; reliquoriũ humorũ syncerus fuerit, improbũ statũ ex inflammato calore prognatũ insinuat. Quæ ad sanguinis igitur naturã terdũt moderata sunt: quæ flaua, aut atra bile tincta, periculũ minãtur. Cõsiderãda est prætereà screatio, nam si procliuius excreentur, liquidò iam cõstabit eiusmodi sputa minime mala: cõtraria uerò, pernitiosa existere. Exacte porrò concoctionis augurium est, sputũ leue, album, æquale, cõsistentia neq; liquidũ, neq; crassum: cruditas uerò consummata significatur, si ne tantillum quidem expuatur. Si quis nihil atri, sed tenue quiddam eijciat, concoctionem imbecillam fatetur: si autem syncerè quod screatur rufum aut flauum fuerit, malum. Si liuens deniq; aut rubiginosum, aut atrum, pernicioſissimũ est.

Diariarum febrium agnitio atq; medela. Cap. XVI.

Diariarum autem febrium peculiaria atq; inseparabilia symbola censentur, urinarum in primo statim die concoctio, suauitasq; caloris. Atqui post primã quidem febris solutionem fidelius multo signum exeritur. Nam arteriarũ motio in hac febre per omnia sanorum motui respondet, nulla aliarum febriũ in naturalem dispositionem reuertente. Et quod tolerat facilè morbũ ægrotus, summum diariæ febris habetur inditium. Promptius autem id genus febribus corripiuntur, in quorum corpore quod transpirat, halituosum non est, sed acre & mordax, quasiq; fuliginosum: è quorum classe dicuntur, calidæ & aridæ temperaturæ, & in summa biliosi homines. Qui igitur ex lassitudine febricitare consueuerunt, pinguiter & molliter cõfricandi atq; lauandi sunt. Sed qui præ ariditate ephemera infestantur, hos minus quidem perfricare, sed liberalius lauare expedit. At quibus ex solicitudinibus, mœroribus, uigilijs, ira, febris oboritur, lauandi ij quidem rarius, sed oleo copioſiore tepido, minusq; que adstringente, tum pauxillulum perfricandi, tum etiam pro solenni consuetudine lauandi sunt. Quibus febrem æstus intulit, his maturrimè ab initio statim frigorificis, lauacris quamplurimis, minime uerò abundanti oleo, neque frictione crebra, succurrendum est. Sunto autem quæ refrigerent, rosaceum, omphacinumq; que oleum, sine salibus. Eadem sincypiti uehementer perfundere, & inclinante febre, ægrum lauare etiam, cõuenit. Quod si quis ex frigoris iniuria febricitet,

& is in declinationibus in balneum ducendus est. Si autem febris unà cũ catarrho accendatur, ante concoctionem lauacrum uitare expedit. Quibus porrò æstus febrem excitat, ei his etiamdũ præsentibus lauandi sunt. Algore autem quicunq; febriũt, modice calorificis caput eorum, puta, irino uel nardino unguine irrigato. Quibus uerò ex angustia meatuum febris contrahitur, his profectò dulcium aquarum temperatarum lauacrũ confert: necnon & ea quæ rarefaciendi uim obtinet fricatio: exercitationes item uictusq; ratio suauior, aut succi dulcioris. Si uerò ex esurigine cibiq; abstinentia febris accensa fuerit, hi prima statim accessione remittente, in balneum ducantur, tepenteq; oleo largissime perfundantur, molli ad hæc manu perfricari, in calido solio multum diuq; uersari debent. A balnei statim exitu, reuocatis uiribus denuo in balneũ ducendi sunt: deinde aqua calida potui exhibenda est: ptisanæ item cremor, nõnunquam & lactucæ, & aliquid mollior is piscium carnis, ex albo iure. Communis autem omnibus esto uictus species, inculpati succi, et facilis omnino decoctionis, & quæ nusquam in meatibus hæreat. Vinum item cum aspectu, tum potentia aqueum; miscendum est. Oportet autem circa primum statim febrium impetum primæ nonnunquam accessionis †horum nonnulla mutare, in quibus sanè corporis intemperatura in calidum aridumq; conuersa, febres incendit. Qui ex inguinum inflammationibus febre infestantur, neq; medicum quid agendum sit quærunt, sed ulceri quod in inguinibus ortum est, prospicientes, circa remissionem accessionis lauant. Ex re uerò usuq; fuerit, uinum ipsis donec inflammationes solutæ fuerint interdicere, & tenuiorem omnino uictus rationem præscribere.

aliquos nutrire

Quemadmodum febres ex putredine humorum accensas agnoscamus. Cap. XVII.

1° de diff. fe cap. 7.

FEbres ex putredine humorum his notis deprehẽdimus, nulla ipsas initiatrix causa præcedit. Neq; à rigore inchoant, neq; æstu, neque frigore uehementi, quod peculiare febrium, quæ ex putredine humorum accenduntur, inditium est: quemadmodum & pulsuum oppressio. Sic autem nominant, quando auspicante accessione paruos satis atq; inæquales pulsus obtinent. Peculiare quippe atq; præcipuum huic generi febriũ hoc signum existit. Maximum item febrium putridarum argumentum est caloris qualitas, tam fuliginosa, ut tactum erodat. Singularis etiam harũ febrium nota est crudit as urinæ, hebesq; ac debilis concoctio. Verum magnum & memorabile concoctionis præsagium in primis lotijs nunquã in huiusce modi febribus apparet.

Curatio

Curatio febrium, quæ in humorum putredine accenduntur. Cap. XVIII.

CVm uires eius qui ex putredine febricitat ualidas exploraueris, incunctanter uenam incidere conuenit, niſi uentriculum cruditas infeſtet. Vbi uerò uel robur imbecillum, uel ætas impedimento fuerit, à miſsione ſanguinis abſtinendum eſt. Sanguine iam euacuato, putridi humores tum per urinã, tum per aluum, tum per ſudores deniq; expurgentur. Si ultro impetum in uentris hoſtiolum fecerint, etiam per uomitum. Alioquin non conuenit ea præter naturam irritare. Diſſpiciendæ uerò ſeligendæq; ſunt materiæ, quæ citra calorem & omnem ariditatem dictarũ euacuationum munus ualenter ſubire ualeant: cuius furinæ cenſentur ptiſanæ cremor, mulſum, oxymeli, apomeli, & apij radix. Si aluus planè nõ reſpondeat, ex aqua mulſa cum oleo clyſtere ducenda eſt. Vniuerſum corpus, niſi prius euacuatum fuerit, rarefacere non expedit. Vbi uacua uerò, rarefacere oleo tepidum calorem habente, conuenit: è quorũ numero chamæmelinum. In hoc tempore & uinum dilutum potui datum, uniuerſas excretiones promouet. Lauacrum item temperatum ex aqua dulci. Atqui ſi febris magnitudo obſtiterit, tum neque uino, neque balneo, neque refacientibus ungentis utendum eſt. Imò gelida aqua in iſtiuſcemodi febribus hauſta, niſi quippiam hanc quoq; prohibeat, utilis eſt. Proinde ſi uires quæ corpus regunt ualentes atq; robuſtæ omnes fuerint, & febris ardentiſsima, & concoctionis euidentiſsima inditia appareant, frigidam cum fiducia exhibebis. Si uerò qui laborat euſarcos, hoc eſt, corpore quadrato ſit, conſtitutioq; cœli calida & arida, hunc ſi in frigidam natationem poſueris, nequaquã offendetur. Modica autẽ febre infeſtante, ſi uires ualidæ, unà cũ probæ coctionis inditijs apparẽt, talibus profecto balnea, uiniq; potatio, et quæcũq; rarefaciendi uim obtinent unguenta, cõducũt. Galen. inualidæ:

De cognitione febris tertianæ. Cap. XIX.

FEbris tertiana, flauæ bilis agitatæ ſoboles, circa primordia ſtatim cum uehementi rigore inuadit, à quartanæ rigore ſic diſsidẽs, quod pungere & corpus ſauciare uideatur. In quartanis uerò, acceſsionis inſultus perfrigerationem uehementem habet. Quotidianas autem nullus omnino rigor præcedit, ſed perfrigeratio ſola infeſtat. Porrò tertianæ adunguem planè factum ordinem pulſuum ſeruant. Eadem ſitim circa ſummum uigorem magnam inducit, & inſuper hominem perurit, neq; adeò multo poſt in ſummo incremento eſt, & calor æquabiliter in cunctas corporis partes diffunditur. Quod ſi manum inijcis primo quidem contactu, calor ingens & acris ueluti cum uapore quodam erumpens, occurrit:

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

cordia fotus ipsis cõferunt: digestibiles item sorbitiones, clysteres nõ admodũ molles aluo inditi. Et si res ipsa sanguinis detractionem expostulet, caue ne hanc prætermittas. Cæterũ uniuersa uictus rationis cõditio neque frigorifica nimiũ, neq; humectans admodũ esto, sed modus qui magis incidat potius, assumatur. Summè uerò profuerit ipsis ptisanæ cremor, adiecto pipere, aut hyssopo, aut origano, & spica nardi. Quin mulsum etiã in quo piper elixatũ sit, potui dare expedit, et alia quæcũq; scilicet lotij pro ritandi naturam habent, exceptis interim uehementer calidis & aridis. Maximè uerò à septimo die aquã in qua absinthiũ maduerit, administrabis. Iam uerò & oxymeli, epotum multis manus auxiliares præstitit, & aliquid eorũ quæ leuiter aluum deijciũt. A cibis postremo statim uomere, in hac febre diutius perseuerante, præsentissimo est præsidio.

c nempe ofr mã mxta
c & ex p phleg mare
b Ne
c Vomitg in 3 nott.

Quartanarum deprehensio. Cap. XXII.

QVartana multo cũ frigore impetuosè ingruit, ut quæ ex gelido atræ bilis humore originẽ ducit, sed feruorẽ æstũq; febris instar tertianæ nõ habet: quin nec bilis uomitus eandẽ comitatur. Inter hæc si tenuia, candidi coloris, & aquea lotia cõpareant, quartana erit febris. Præcipuũ aũt quartanæ inditiũ est, pulsus paruus atq; rarus. Præterea autumni tempore potissimum oritur, erraticis succendens febribus. Certè nonnunquã in quartum diem maximè typum cõstituit. Sed nõ raro plurium dierum interuallo, secũdum quasdam periodos accessionẽ habet.

c ffpp: 3 pragnost
c de Angina.

Curatio quartanarum febrium. Cap. XXIII.

QVartana laborantes, leniter & mansuete tractare cõuenit: neq; medicamentum ullum uehemens admouere, neq; euacuationem moliri, nisi fortè insigni quadam nota sanguis redundare uideatur, tum uena aperienda est. Victum porrò flatuosum & congruum offerre, atq; consuetis uentrem euacuare expedit. Si hæc nihil emolumenti cõferant, clysteribus inter initia quidem mollibus, posterius uerò etiam acredine imbutis utendum est. A suillis carnibus, & ab omnibus quæ uiscida & tardi transitus sunt edulijs, nec his minus quæ infrigidandi & humectandi facultatem habent, ægri prohibeantur. Vinum tenue, album, & moderatè calidum, salsamentum item, & sinapi ex usu sunt. Quin tertio quoq; die medicamentum, quod è tribus piperum generibus constat (unde τὸ τριῶν πεπερίων dicitur) aut dioxpoliticum, sumptum prodest. Quod si quis singulis diebus pipere sine additamento utatur, rectè quidẽ fecerit. Si ægrotans in summo morbi uigore sit, tum nutriendus fuerit quamtenuissime: protinus uerò ut quiescat quamdiutissime præcipietur: ad hæc uisceribus per mollificantia remittentiaq; consulendũ est. Deinde medica-

medicaminibus, quæ urinam proritant, utendum: mox cõcoctionis notis apparentibus, magna cum fiducia ijs, quæ atros humores exhauriũt: non ſemel modò, ſed identidem utere. Poſt uerò uehementem purgationem, etiam pharmacum ex uiperis exhibendum eſt, & id genus alia, quæ aduerſum hanc febrem probantur. Inter quæ in ſolenni conſuetudine habemus omnium probatiſsimum, quod è liquore Cyrenaico conſtat.

Quemadmodum quotidianam agnoſcere oporteat. Cap. XXIIII.

QVotidiana nunquam cum rigore, primo ſtatim die inuadit, ſed progreſſu tẽporis algor potius quàm rigor infeſtat. Aegre hæc febris incaleſcit, & perquam diuturnum habet augmentum: uerùm minime comburit laborantes, neq; ad multam ac crebram reſpirationem cum anguſtia quadam compellit, neque efflare aut gelidam bibere nolentem uolentem cogit. Accidunt autem uomitus pituitoſi, & quæcũq; per aluum euacuantur, frigidiora, crudiora, & dilutiora in his febribus reperies. Sudores minime circa primos dies erumpunt, neq; ad apyrexiã uenitur, candido cutis ægrotantium colore eſt, urinas emittũt tenues & albas, uel craſſas, turbidas atque rufas.

Curatio quotidianæ. Cap. XXV.

QVotidianam curantes oxymelite, primis ſtatim diebus utimur, & ijs quæ lotium pulchrè ciere queunt: ad hæc uniuerſa uictus ratione forma incidendi facultate ſit prædita. Circa ſummum uerò morbi incrementum prouidere expedit uentriculo, præcipuè uerò ipſius hoſtiolo: deinde ægris, radiculis, cibarijs q; ſumptis uomere præcipito. His item quæ pituitoſum humorem placidè ſubducunt tantiſper, dũ febris ſuam tyrannidem poſuerit, utendum.

De febre Hepialo, & rigore nullo calore expugnabilibus. Cap. XXVI.

CVm pituita uitrea, omnium aliarum pituitarum frigidiſsima, cruda necdum putrefacta uniuerſo plus iuſtò redundauerit corpore, inexpugnabiles, & qui calore nullo euinci poſſunt, cum tremore algores ſine febre excitat. Nam in febribus quæ ex humoribus accenduntur, putrefactio maximè febrilem calorem ſuſcitat. Quod ſi tanta quanta eſt hæc pituita computruerit (quod tamen rarenter contingit) propter immenſam putrefactionem, quotidianæ febris cauſa fit. Si uerò nõ tota æqualiter, ſed ex dimidio, aut aliquæ partes putruerint, aliquot putredinẽ non ſentientibus, Hepialum febrem hanc efficit, in qua ſimul & algeſcunt, & febricitant, hoc eſt, in qua pariter cum algore tremor & febris caliditas confluit.

confluit. Partes quippe humoris eius quæ nondum putruerunt, per uniuersi corporis uenas, aut reliquam corporis molem sparsæ, rigores excitant, sed putredinem expertæ febrem accendũt. Sortita autem nomen est Hepialos, uel translatione à sale, dico autem mari, quod ab initio quidem ἡπίδω, id est, tranquillum uidetur, sed difficillimum tempestate redditur, mutuata: uel ab ἡπίως, blande & molliter, & ἀλεαίνειν, hoc est, excalfacere, ac si dicas, quoniam teporem tantũ inducit. Et hæc febris de quotidianarum genere est, eo quod à phlegmate accendatur. Earundem curationi specie subijcitur, nisi quod tanto commemorata quotidiana calidioribus, magisq; incidendi uirtute præditis, eget præsidijs, quanto & pituita frigiditate illam excedit. Cæterum in hepialo febre, cum tremore algor calore inexpugnabilis fermè, adhuc multo uehemẽtioribus calorificis opus habet. Quocirca quod è tribus concinnatur piperibus medicamentum, & diacalaminthe, item quod è succo Cyrenaico constat, his accommodatũ est præsidium. Iam uerò & quæ ex castoreo, & ex id genus alijs præparantur auxilia, competunt. Latiorem autem & prolixiorem horum curationem comperies, de algoribus cum tremore immodicis & frigoribus, capite quadragesimoquinto, & Lypyriæ insuper ac Typhodes. Quæcunque præter hactenus memoratas dicuntur febres, cum sint ex relatarum grege, tum has quæ imbi recensuimus, tum eas quæ deinceps in medium proferentur, affectant medicamentorum suppetias. Hepiali ethymon.

De continuis febribus. Cap. XXVII.

FEbres cõtinuæ intermittentibus singulis congeneres sunt, tertianæ quidem exquisitæ, cui ab ardore nomen καῦσος, id est, ardẽs: quotidianæ uerò ea quæ singulis diebus accessionem habet, neq; in apyrexiam desinit. Pari modo etiam quartanæ germana est cõtinens, quæ quarto quoq; die ingruit, quandoquidem exactus causos omnia tertianæ exquisitæ alia inditia seruans, nõ alio discrimine ab eadem dirimitur, quàm quod neq; cũ algore tremulo primũ impetũ facit, neq; in apyrexiã peruenit. Qui uerò singulis diebus accessionẽ habet causos, pari modo nullam prorsus absolutæ amphemerinæ febris significationem destituitur. Cæterũ quod ad apyrexiam nõ cessat à cognata quotidiana dissidet. Eadem ratione & quæ quarto quoq; die suo insultu accidit, nec tamen in apyrexiam finit, febri quartanæ finitima est. Continens igitur febris est, quæ una accessione ab initio ad finem usq; perpetuò, sine ulla feruoris remissione, permanet. Cæterum quæ omnino nullam inclinationis notam præ se fert, confinis hæc ardentibus est, à quibus sola acrimonia dispescitur.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

præterea ſitis & æſtus immoderatus excruciant: & ut ſummatim perſtringam, notæ putreſcentis cum ſanguine exiguo acerrimæ bilis, malum hoc produnt. Medendum uerò ad hunc modum, abſtinere à balneo oportet penitus, aqua gelida uigente morbo ſi renue agoniſtica, quod eſt gelidiſſima utendum, inter morbi uerò initia minime. Extrinſecus frigorifica applicentur, & ſi nihil opis cõtulerint, intra corpus ſumere cogentur. Præcipuè uerò expediunt illis lactucæ, & quæ his poteſtate ad unguem ferè reſpondent. Foris quidẽ ipſe quoq; lactucæ cremor idoneus eſt. Quin & ſemperuiui, & quæcunq; alia ſunt frigorificæ potentiæ. Sed pretioſiſſimo magna ex parte utimur: liquorem enim infrigidantis alicuius expreſſo pilæ cum portulaca inijcimus, deinde contuſum exprimimus. In uſu uerò momento polentæ admixto, & denuo in aqua frigida merſo, refrigeramus. Linteolum præterea duplicatum in eo iure rigatum, forinſecus hypothondrijs ſuperintendimus, non ſinentes illud ibidem perennare diutius, ſed aliud frigidius ijſdem partibus imponimus. Cõfundimus uerò nonnunquam & oleum omphacinum.

De agnitione febrium hecticarum. Cap. XXXII.

HEctica febris nõ in humoribus modò ac ſpiritu, ſed in ſolidis etiã partibus accenditur: citra uerò dolorem, qui ſenſu ſaltem percipi poßit, exiſtit: qua quidem occupati nihil minus quàm ſe febricitare autumant, neq; enim uel tantillum ardoris ſentiunt, omnibus ad unum corporis partibus iuxtà non admodum calentibus. Bifariam uerò dirimitur hecticarum febrium ſpecies, aliæ quidem ardentibus febribus ut plurimum ſuperueniũt, quæ prorogantur intantum, ut diuturnitate corporis ipſius cordis madorem conficiant, uel plurima ipſius parte etiamdum reſtante. Aliæ uerò, adhuc etiam perſiſtente humiditate, corpus tamen cordis occupantes inde accenduntur. Iam una quidem hecticarum febrium dicta eſt originatio. Reliqua eſt, cum à principio ſtatim inuadunt, primam originem febribus diarijs minime diſſimilem, ex triſtitia, ira, laſſitudine maiore, unà cum æſtuatione ſortitæ. His quippe arduum mederi non eſt: atqui ſi in marcorem, quem maraſmum nuncupant, hecticæ perueniant, nullo medicamento uincũtur. Hæc ſanè febris hectica coincidens tabi maraſmo, promptiſſima eſt cognitu. Oculi nanq; illorum perquam immenſam concauitatem præferunt, & hærent lemæ in circumferentia ſiccæ, & ſqualida quædam totius ferè cutis elucet diſpoſitio. Videtur ipſorum flos uitalis coloris extinctus, eſt frons arida, & intenta, compluries conniuent,

hac detenti, dormiturientium more. Non est autem eorũ affectio somnus, sed potius uigilandi impotentia, tempora amissa carne collapsa cernuntur. Et quid aliud omnino quàm ossa & cutis sunt? adeò ut si nudato corpore in partes ad uentrem attinentes oculos intendas, neq; ex intestinis, neq; ex uisceribus aliquod supereſſe censueris, & præcordia uehementer sursum conuelluntur. Cutis ad hæc summè resiccata est, pulsus tenuis, frequens, & durus. Calor autem, cum primum manum admouet quis, obscurus est ac debilis, sensim uerò asperitatem quandam et rosionem exhibet. Quandiu igitur in corpore natiua quædam humiditas supereſt, hectica modò febris appellatur. Cum uerò periculum est, ne tantillum quidem humoris supersit, tum exquisitus iam marasmus constituitur.

Hecticarum febrium curatio. Cap. XXXIII.

HEctica febre correptos inter initia statim, propter mordacem humorem, ali oportet. Præcipuum uerò ac saluberrimum his præsidium, humectans ratio uictus, est. Congruit itaq; in primis cũ ptisanæ cremoris, tum alicæ sorbitionibus, & pane præterea adiecto languenti nutrito moderato frigidæ potu mederi: Si hecticæ neq; phlegmone, neq; humorum ulla putrefactio complicatur. At si plurimum inde periculi fore conieceris, frigida abstinere conuenit plurimum. Foris uerò epithematis, medicamentis frigorificis, audacter utendũ. Et balnea in hac affectione constitutis, quouis tempore conducunt.

De semitertianis febribus. Cap. XXXIIII.

QVoniam tertiana cum rigore, quotidiana uerò citra illũ ingruit, ex ambarum mixtura constans, horrorem inducit, qui tanto mitior quidem est rigore, quãto uehementior est perfrictione. Cum igitur horror ex utriusq; extremis simul confusis constet, haud abre Hemitritæi, id est, semitertianæ nomen huiusmodi febri est inditum. Modus aũt generationis duplex est, uel enim fit duabus exacerbationibus simul concurrentibus, aut inter initia statim utriusq; inter sese inuicem contemperatis. Cum igitur tertiana superat, horridior febris inuadit, & in progressu aliquid rigoris acquirit: statim uerò & calidior est eiusmodi febris, & ardentior, atq; bilis quendam uomitum, aut aluum, aut madidi uaporis exhalationem adfert. Sed cum altera pituita præcelluerit, frigus extremas uexat particulas, horroresq; minuũtur: neq; sitis præmit, neq; magnus ardor affligit. Cum uerò æquales magnitudine tertiana intermittens, & quotidiana continua existunt, insultus accessionis cum horrore fit. Vbi uerò ea quæ ex pituita est præualuerit, pulsuum contractiones atque horrores accidunt. At si calidior bilis dominiũ sibi uendicauerit, protinus:

timis incalescunt uehementer. Talis quidem exquisitus hemitritæus est, ex æquè pollente duarũ febriũ tẽperatura, tertiana uidelicet intermittente, & quotidiana cõtimente proficiscẽs. Sed qui exquisitus nõ est, aut bilẽ, aut pituitã plus satis exuperantem posßidet, quæ sanè haud facilè ullo medicamento uincitur. Promptius quippe paucus humor, copiosioris excellentia artis q; præsidio uincitur. Sin pituita præpotentior fuerit, his quæ in febre quotidiana recensuimus potißimum utemur remedijs. Quod si flaua bilis præualuerit, urgenti necessitati in totum incumbentes, auxilijs utemur ijs, quorũ in tertiana mentionem fecimus. Sed ita, ne interim alterius curam prorsus abijciamus.

De popularibus publicè q; grassantibus morbis. Cap. xxxv.

MOrbos qui publicè in plurimos simul grassantur, populares, et communes appellitant. Quorum quemadmodum origo, ita & causa communis est. Communis itaq; alimentorum prauitas eiuscemodi affectiones generat, publica item aquæ infectæ potio. Defatigationes, impendio ærumnosa uitæ ratio, labores consueti omißi, charitate annonæ fames, satietas, dum uidelicet esurigo grassatur, aut abũdans annonæ prouentus est: & regionum deniq; naturæ, communes morbos sæpenumero intulerunt, quæ interdum paludem uicinam, interdum uerò barathrum, finitimum habentes lætalem uaporem, & pernitiosum exhalant. Hæc igitur † frequenter euenire solent. Cæterum circũfusus & nos usq; ambiens aër, temperaturas subinde transmutat, aut nimio incendio feruidior, aut frigidior, aut humidior deniq; euadens. Cæteris nanq; morbi causis nõ pariter omnes obijcimur, neq; uniuerso die in ijs uersamur, sed uniuersis circumfusus aër, & qui à nolentibus, uolentibusq; per respirationem attrahitur, necessario pro temporamenti immutationibus animantiũ corpora aliter atq; aliter afficit. Proinde quicunque huiuscemodi exactè cognouerit, nõ eos modò qui pro foribus sunt morbos, ex statu aëris cuiusq; præsagiet, sed contrariam omnino uictus rationem immoderatis circumflui aëris distemperamentis iniũgens, ne fiant, prohibebit. Quæcunque igitur ob suam intemperaturam morbis uicina sunt corpora, hæc utiq; à simili circundantis nos aëris temperamento arguuntur. Sed quæ contrario modo quàm aër temperata sunt, præter quod nullam offensam experiuntur, etiam meliora redduntur, ametriam temperamenti cœli, cõtraria ametria corrigente. Quisquis hæc percalluerit, optimus incolumitatis custos habetur, corporibus contraria semper, tum uictus ratione, tum medicamentis applicans: nonnunquam, si res postulet, ijs quæ refrigeran

† frequenter] non adeo frequenter

circumfusus aër] cognitio mihi est & ipsa correctrix.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

aloës partibus duabus, ammoniaci thymiamatis partibus totidem, myrrhæ parte una, constat: hæc simul contusa ex uino fragranti colluito, deinde dimidium quotidie cyathum potui dato. Haud scio, inquit Ruphus, an quispiam hac potione frustra usus, pestem non euaserit. Hactenus quidem Ruphus. Galenus uerò tradit contra pestilentiam rubricam armeniacam potu sumptam excellentissimum esse remedium. Pari etiam modo ex uiperis theriacam magnam prodesse. Grassante quippe urbe Roma peste, inquit, quibuscunque horum alterum non profuit, ad unum omnes perierunt.

De his qui ob crudorum humorum multitudinem in syncopam delabunt. Cap. XXXVII.

IN nonnullis magna quadam crudorum humorum ui in corpore saburrata febres accendũtur, ore simul uentriculi ex cruditate uel alia occasione uiolato. Intumescunt his præcordia, & in ampliorem quàm secundũ naturam sit molem uentris osculum augetur. Color præterea ipsis ad albidius, & aqueum magis uergit, quibusdã uerò in nigrius liuidiusq; mutatur. Neminihorum sanguis absq; summo dispendio detrahitur. Inanitione quidem indigent, sed neq; sanguinis missionem, neq; expurgationem sustinent. Vtpote qui etiam sine his syncope subitò periclitantur. Succurrendum est igitur talibus cum frictione. Auspicandum autem cõfestim à morbi exordio. Principio quidem à summa crurum parte deorsum cum linteis modicè asperis, deinde & tota brachia à supremis ad infimas partes fricanda sunt. Vbi uerò artus satis iam calere uidentur, et lassitudinis sensum, qui nimietatẽ frictionis sæpe cõmittatur, ueremur, oleo relaxante, quale est dulcissimum, utendum. Cauendum ab adstringentibus, hyberno tempore etiam aliquo quod per halitum digerat uti expedit: cuius farinæ est sycionium atq; chamæmelinum. Confricatis uerò iam eximiè membris, oleoq; insuper detersо, ad spinam inde dorsi totam te conferas, & hanc pari modo confricato. Post hæc rursus ad crura, inde denuo ad brachia, mox ad scapulas dorsiq; spinam remeandum, eidem seriatim integro die insistẽdum. Aqua mulsa in qua hyssopus elixatus sit, his est commodissima. Porrò neq; alimentum, neq; sorbillamentum, neq; aquam potui dare conducit: neq; omnino cuiusquam arbitrio, liberalius bibendi potestas permittenda est. Verũ satis est mulsam solũ, per primum triduum præbuisse, partes præscriptas, quẽadmodum tradidimus alternatim fricãdo. Si aũt firmitudinẽ mediocrem adhuc ægrotãs pulsu moderato præferat, & aluus sua sp̃onte nequiter suo fungatur munere, clysterẽ cõfidenter per aluũ infundito. Si uerò maior quàm conueniat retrimentorũ ad imum uentrem

uentrẽ impetus fiat, principio quidẽ amplius mulſam decoquito, quoniã ſic minus ſubducet. Si autẽ plus q̃ conueniat aluus deiecerit, ſiſtenda quidẽ non eſt, ſed exhibendus mulſi loco, ptiſanæ cremor eſt. Quod ſi pergente fluxu nihil profeceris, ex chondri ſorbitione aluto. Si uerò per imbecillitatem pulſus etiam collapſam uirtutem deprehendimus, panem ex uino diluto offerre expedit, ſi neq; uenter, neq; iecur phlegmone infeſtetur: quæ ſi laborarint, corpore crudis humoribus referto, deploratus erit ægrotãs. Vbi uerò craſſiores omnino humores adeſſe perceperis, continuè oxymeliten pro aqua mulſa propinare conuenit. Quod ſi tempeſtas fuerit æſtiua & calida, & gelidæ potator languidus, huic oxymeli frigidum miſceto, hyeme uerò calidum. Infeſtiſſimæ ſic affectis ſunt balneæ, aërq; nos cõtinens multo uel calidior, uel frigidior. Si autem ad eos quos iam ſyncopæ oppreſſit accerſitus ſis, partibus, de quibus mentionẽ fecimus, non inflammatis, panis buccellam ex uino præbeto. Illicó que inde ad frictionem accedendum, modo iam tradito utendum. In quibus uerò ob flauam bilem ore uentriculi iniuria affecto, ſyncopæ accidit, gelidum aſſumere potum, uinumq; tenue, & colore uermiculo, atq; uetuſtum, alienum non eſt.

De his qui prætenuibus ſuccis defatigati, ſyncopæ periclitantur. Cap. XXXVIII.

Qui tenuibus uerò humoribus ſyncopæ opprimuntur, ſuperioribus omnino contrarijs ſuppetijs medendi ſunt. Enimuero ſigna quibus diſcernuntur, illis quoque deprehendes diuerſiſſima. Alendi igitur, in hac affectione conſtituti, ſunt paulatim perpetuò. Illos autem nullo medicamento curari poſſe ducito, quorum uirtute iam prolabente, hepar aut uentriculus inflammatur. In eiuſmodi affectionibus, breui cadaueroſa in uultu conſtitutio apparet. Iam tum quidem nutriendus eſt æger neceſſariò. Cæterum quemadmodum in ſuperioribus, ſummæ cutis ſuperficiei, ſic etiam in his, denſum in rarum permutare, gelidumq; aëra efficere, oportet. Adſtringentibus præterea ungendi ſunt. Alimentis quæ non tam prompte diffluunt utendum. Exhibendus itaq; panis, et ex chondro ſorbitiones, & fugaces fructus auſteri, & corruptioni reſiſtentes, non tam ipſi per ſe, quàm cum ipſo etiam pane. Vinum item dilutum ſtatim inter initia, à cibo ſumpto, in hoc malo conſtitutis, accommodatiſſimum uidetur.

De alijs occaſionibus è quibus ſubinde contingunt ſyncopæ. Cap. XXXIX.

Sunt porrò & nonnullæ aliæ quædam occaſiones quibus ſyncopæ ſuccedunt quatuor, dolor uidelicet uehemens, uigiliæ, uacuatio immoderata,

moderata, & cespitantium in sermone, interdum commotio. Quintam, si uidetur, distẽperatur ā principiorũ adijce. Celerrima itaq; internecio cor de primũ, mox cerebro, neq; ita multo post etiã iocinore affecto, accidit.

De dolore. Cap. XL.

REdditur itaq; dolor è gelido affectu stupidus. Pulsatorius uerò, labor, immani phlegmonæ peculiaris est. Si uerò tanquam telo infixo, aut ueluti à terebro perforari locus uideatur, crassi intestini doloris species est. Punctuosus seu mordicãs circa membranas existit. Pertũdens uerò & quasi discurrens dolor, in uehementissimis non solum hemicraneis, sed & cephalæis accidit. Est autem pertundens siue discurrens, cum tanquam à radice ordiens, à primitus affecta particula celeriter ad uicinas defertur. Distenduntur enim utrinque nerui, cum & laborant, & ad utraq; extremitatum fines tenduntur. Non multo dolore afficiuntur nerui in latitudinem distracti. Cæterum extensorios & stuporem inducentes dolores infert membranula subcute distenta, quæ inter carnem existit ueluti dilaniantem dolorem infert: plures nanq; sunt, quæ inæqualiter inhærescunt, & carnem ipsam amplectuntur. Cæterũ pelliculæ quæ ossa ambiunt, profundæ sunt, ipsorumq; ossium ueluti dolentium opinionem inducunt. Quando igitur nulla foris occasio doloris ostenditur, præcedentem uictus rationem considera, num insolenti ocio emarcuerit: aut cibis largioribus, maximæq; in nutriendo potestatis, usus fuerit homo: aut solita excretio remoretur. Nam si quid horum, aut uno fasce omnia appareant, repletionem causam doloris reputa, & proinde quàm fieri potest ocyssime, hominem euacuatione exonera. Hoccine nanq; modo licebit tibi remedijs, quæ fluxus dolentium partium repellant, summa cum securitate uti. Siquidem sanguis naturæ modum transiliat adeò ut distendat, uenæ sine mora si uires attestentur, secanda est, maior, uidelicet, affectã propè particulam. Si uires imbecillæ sint, reuellendum aut deriuandum tantummodo. Si uerò deprauati duntaxat humores affligunt, expurgandi sunt. Coëuntibus autem utrisq;, utraq; euacuatione, sanguinem prius detrahentes, utemur. Quod si his rite peractis, dolor persistat, liquidò constabit quod affligit in membro affecto cunei modo impactum esse. Liquet & curationem cum his quæ per halitum digerunt esse moliendam. Pari curandi ratione ex flatuoso spiritu prognato dolori medemur, in ipsis potius attenuantibus edulijs perseuerantes. Infusis præterea per anum, & cataplasmatis opitulantibus, fomentis, ambiens ipsum corpus rarefacientes. Quod si tumor opprimens aut contundens dolorem concitauerit, tumori succurrendum est. Sin permordax deniq; humor cruciatum excitet, ma-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ra cochlearij unius aut dimidiati, quæ utiq; quantitas ſomnum ſæpenume ro illexit. Quin ſi caput alicuius in hàc affectione conſtituti non admodũ humoribus ſartum uidebitur, utendum eſt in febris remiſſione, quod hoc modo cõficitur, ſuffitu. Accipe fölij amomi, coſti, † zarnabon, ſingulorum unciam unam, carpobalſami libram unam, ſtyracis, amomi, ammoniaci, bdellij Scythici, mandragoræ radicis, lachrymæ papaueris, ſuffitum cum lignis cupreſſinis facito. Foliorum ſalicis

Quemadmodum Cataphoræ, id eſt, in ſoporem dilationi medendum. Cap. XLIII.

ABſtergẽda eſt facies poſca, multo lacte temperata. Extremæ corporis partes ualide ligamentis comprimendæ. Naribus odoramenta quæ diſſecandi uim habeant, adhibere expedit. Cæterum in remiſſionibus cucurbitulæ ſcapulis atq; ſpinæ ſtrenuè adglutinentur. Morbo uerò his etiã actis perſeuerante, ſternutatoria in acceſſionũ remiſſione, naribus adhibeto. Alimẽtorũ porrò materia, incidẽdi diducẽdiq; facultate ſit prædita. Ceu libro primo, de tuenda bona ualetudine expoſuimus.

Curatio doloris capitis in febribus. Cap. XLIIII.

DOlore capitis, febricitantes moleſtante, poſt conuenientem febrium euacuationem, in acceſſionum remiſſionibus unctione capitis utendum. Principio quidem communi oleo, è nondum maturis oliuis expreſſo, aut roſaceo cum momento aceti temperato: æſtate quidem, & febre cum maximo æſtu, frigido: hyeme uerò, & febre non æſtuante, calido & tepido. Cæterum in oleo nõnunquam tum ſerpylli, tum polygonij ſuccus elixetur. In æſtate uerò papaueris capita, aut papauer ipſum, quemadmodum ediuerſo hyeme, peucedani moderata portio. Perſeuerante uerò dolore in fronte, nudo pilis ſyncipite, cataplaſmatis utendum eſt, quæ ex ueteri polenta & poligano, aut ex pane pariter & roſis, aut exigua myrto, ſiue ſerpyllo, conſtant. Nonnullos uerò pulegium quoq; capitis dolore leuauit, emplaſtr[illegible]odò adhibitum: neq; deſunt quibus, igneo etiam ſenſu exiſtente, pſyllium cum polenta temperatũ auxilio fuit. Aut ipſum per ſe in elixatione in uiſcum redactum, & identidem mutatum. Facit idem corianum polentæ permixtũ. Aloë præterea in eundem uſum cum aceto utiliter illinitur. Myrrha item & ammoniacum, pari modo & crocomagma. Pulſatiles autẽ dolores, ruta & mentha cũ pane, roſaceoq; adiecto diſcutiunt. Quod ſi cõmemoratis remedijs dolor manũ non dederit, primũ quidẽ caput ad cutem uſq; attondendũ eſt, deinde pinguioribus

embrochis totum inſpergendum: poſt hæc cucurbitulæ occipiti imponendæ, partes inſuper extremæ ligandæ & palpandæ. Proſunt præterea hirudines affixæ. Atqui ſiquis deſtillationi aut grauedini cephalalgiam acceptam refert, tum certè ijs quæ ſuo loco deſcripſimus ſuccurrendū eſt præſidijs. Quin ſi à regionibus quæ ad ſtomachum attinent, uapores ſublati caput afficiunt, tum his etiam quemadmodum ſubordinauimus proſpiciendum fuerit auxilijs.

De ea quæ circa ſtomachum adhibenda eſt curatio. Cap. XLV.

Si quis imbecillo fuerit ſtomacho, à cataplaſmatis roborandi uirtute præditis petendæ ſunt ſuppetiæ, qualia ſunt quæ ex palmulis, uino, polentis, croco, maſticha, & aloē componuntur. Ad hæc medicamentis ex abſinthio, aut melino, aut maſtichino, aut nardino, aut uino deniq; irrigare cōuenit: & ſi plus ſatis incaleſcat, quæ refrigerandi uim habent expedit confundere: uerbi gratia, ſuccum cucurbitæ, lactucæ, portulace, ſolani, cichorij, labruſcæ. Quod ſi inflammationes in uiſceribus appareant, relaxandi facultatem habentibus utendum: aſperſionibus nempe, oleoq; chamæmelino, cyprino, adipe gallinæ aut anſeris, & bdellio, uel ammoniaco, & conſimilibus. Cataplaſmatis uerò ſeminis apij, fœnogræci, altheæ, floris chamæmelorum, & ut ſummatim eloquar, compoſitam habeant potentiam, tum relaxantem tenuium partium, amaramq; & ſtipticam.

De immoderatis febrium frigoribus & rigoribus. Cap. XLVI.

Algoribus cum tremore qui diebus decretorijs iudicatorie accidunt, neque occurrere, neque certamen illud dirimere, aut angorem ſoluere, conuenit. Et frigus quod ex ſudore prouenit, prompte remittitur, neq; quicquā infert moleſtiæ. In ſolo uerò rigore, uel algore, quæ horrorē præcedit, ex gelidiore atq; copioſa maximè pituita, accidit. Principio quidem membra multis modis conſtringenda ſunt. Deinde primū oleo chamæmelino, aut cyprino, aut irino ungenda. Quod ſi copioſiore aut uehementiore opus ſit auxilio, piperis aliquid oleo confundito, aut canchryos, aut adarcæ, aut caſtorei, aut frictione molli uniuerſum demulcendum eſt corpus. Ne autem procliuius oleoſum illud defluat, haud abſurdum fuerit & pauxillulum ceræ colliquefacere. Si uerò algor cū tremore inexpugnabilis, nullo calore euinci poſſit, adhuc etiam uehementioribus ex his factis acopis, atque dropacibus, & ſinapiſmis, utendum eſt: aliæq; nonnullæ fomentationes ſaberrime machinandæ & admoliendæ ſunt:

sunt: & acutiora odoramentis peridonea, nepeta, pulegium, hyssopum. Propinanda est ante accessionem, mulsa in qua elixa sit piper & ruta. Ad hæc præterea succum cyrenaicũ quantitate milij melli decocto formatum, duabus horis ante accessionem exhibebimus. Pari etiã modo cremorem silphij, & hoc quod in quartanis cum succo cyrenaico temperatũ est, multis manus præstitit auxiliares. Iam uerò in oleum largius percali dũ descendẽtes aliqui pertinacissimos cũ tremore rigores abegerũt, quemadmodum tradit Archigenes. Cæterum Galenus ante initium accessionis febris, cutem abrotono, aut nepeta perarida, conyza, hoc est, cunilæ tam foliis quàm flosculis aut costo, aut pyrethro, utroq; horum cum oleo, perfricandum edocet, & sic uel omnino nunquam, uel multo certè minus illo cum tremore algore infestabuntur.

De his quæ circa sudorem obseruanda sunt. Cap. XLVII.

SVdores decretorios excipere conuenit, usq; ad sufficientem euacuationem, adiuuare item fotu mediocri & quiete, & calido clystere, & sorbillatione, & somno. Quare non abstergamus sudorem, alius enim alium proritat. Cæterum in remissionibus sudores simile decretorijs subeunt ministerium. Atqui de his quæ sudorem eliciunt præsidijs, in superiore uolumine satis mihi est proditum, capite duodequinquagesimo. Vbi uerò sudores largius eruperint, absterge, & subleua ad refrigerandum operimenta. Nam si plus iusto promanauerint, adeò afficiunt, ut & animi defectionem sæpenumero inducãt. Leuibus igitur uestibus amiciantur, & udis: admittatur aêr multò frigidior, & somnus, flabello fiat uentulus. Myrtus nigra in farinam trita, corpori inspergatur, & galla consimiliter. Cortex piceæ, electrum præterea, & polenta, cum uino adstringente, in membra sudores recipientia imponantur, & madefiat uultus posca. Archigenes uerò calce uiua, & flocce uini combusta, nullo calore expugnabilem suscipit rigorem, ambo enim, inquit, igne fota arent. Irrigare porrò media corporis loca præcipit succo plãtaginis aut coriani, aut portulacæ, aut brassicæ, quo astricta sudores intus coherceant ac reprimant. Tempore uerò somni, creta cimolia in aqua dissoluta, dorso atque thoraci supponatur. Vniuersum præterea corpus rosaceo aut melino, aut myrteo, aut lentiscino oleo, aut quæ ex illis concinnantur ceratis, illiniendum est. Accommodatissimæ his quippe sunt inunctiones, quia abditos meatus obturant, & humoris transitũt decursumq; impediũt. Neq; sanè quenquã, res enim perspicua, fugere potest, talibus alimentum aridius summopere conducere, & uina quoq; mediocrem quandam inspissandi uim habẽtia. Verùm plurimis interim poculis & ingurgitationibus, & in primis humidioribus.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

in altum eleuatio, conuerſio in latus, palpitatio extremorum muſculorũ, inunctio muſculorum maxillæ, calidi olei in aures infuſio, ligaculũ calidum mento ſubiectum. Fugere præterea oportet repentinam è ſomno excitationem, fumũ, puluerẽ, acutiora odoramẽta, piperis, caſtorei, ſinapis, mentæ. Suauitatẽ malorũ, & polentæ odorẽ, obtũdũt enim eruptionẽ ſternutationũ. Inanes etiã ſpõgiæ marinæ. Cũ aũt irritus ad ſternutandũ impetus oboritur, neq; ſternutamentũ in uociferationẽ prorũpit, quies labij idonea eſt. Cõtinua itẽ acriorũ odoramentorũ peritia, et animi relaxatio.

De ciborum appetitus auerſione. Cap. L.

Quod ſi ob uitioſos ſuccos ſtomachus omnia quæ offeruntur reſpuit, exhibenda ſunt cum eſculenta, tum poculenta, quæ illiuſcemodi humores uel per uomitionẽ, uel per alui inferioris deiectionẽ elidere, aut temperando emendare, natura cõparata ſunt. Quarum rerum ſylua in ſuperiore huius operis uolumine comprehenſa eſt. At ſi propter uiriũ imbecillitatem cibũ horreant, ſiquidẽ ex praua intẽperie particularũ, imbecilla quæuis facultas redditur, oportet diſtemperaturæ ſpeciei contrarijs medicaminibus ſuccurrere. Plurifariã igitur de eſcarum horrore ſermonẽ Lib. III. Cap. Dẽ ſtomachicis, faciemus. In febricitantiũ uerò ciborum auerſione, protinus inter initia manibus pedibuſq; conabimur quàm primũ appetentiã reſtituere, potißmũ uerò polenta aqua madefacta, aut poſca, temulẽto deo ſobrijs nymphis ualde diluto, aut quapiã re odoris ſuauitate gratiore, aut acerborũ fugaciũ fructuũ decocto. Illimitio porrò lenis ac blãda, mediocris itẽ corporis totius frictio, palpatio, collutióque uultus, & exigua aquæ ſorbitio, reuocandi appetitum poteſtatem obtinent. Sed applicatione digitorũ, lancinatus ſtomachus cibi quodãmodo faſtidiũ in oblatæ alimoniæ deſideriũ conuertit, præſertim ſublata ſurſum quadã bilioſa aut acida materia. Aprimis uerò diebus cataplaſmatis quoq; foris applicatis ſtomachus faſtidioſus ad cibũ ſollicitabitur: ex palmulis, malis item, & œnanthe, abſinthio, & aloë conformatis. Amplius, alimenta adornentur cõpluria tũ ſimplicia, tũ frumentacea, et alius cuiuſcunq; materiæ uarietatem quandã ſortita, quæq; nihil ab ijs quæ febricitantiũ uſui conueniunt, diſcrepent: inter quos fructus fugaces etiam numerentur, qui non facilè aceſcunt, neq; nimium dulceſcunt: maturi uerò, non uſq; ad ſatietatẽ tamen admittuntur, ſed quantum dũtaxat in alia edulia appetitum excitant. Adhibeantur autem ad reficiendũ manſuetißimi, qui ægros arguere et ſolicitare poſſunt. Cæterũ febribus ſolutis, perſeuerante in refectionibus inappetentia, conuenient ſiſarũ cũ oxymelite coctum, & lactuca, & oliuæ ſale conditæ, & capparis, & alimentũ ſale maceratum.

ceratum,& bulbi,& quicquid ſtomacho cõducere cognoueris, memoria repetitis illis ipſis dapibus,quibus ſoſpites maximè uſi ſint. Deambulationes porrò & geſtationes,uociferationes,& dropaciſmi,& frictiones,& exercitia adhibeantur. Propinationes uerò cremoris abſinthij,aut aloës. Aceti poſtremo ſcyllitici myſtri menſura abſorpta, efficaciter ſtomachum omnia reſpuentem uindicat & inſtaurat.

De pergrandi fame, quam Græci βούλιμον, noſtri bouinam & uaccinam nominant. Cap. LI.

SI uerò in prægrandem & quaſi Saguntinam(ut ita loquar)famem ex cibi faſtidio incidant(dico autem illam inſatiabilem famem, qua affecti cibum non ſentiunt, ſed tabe corpus potius conſumitur quàm alatur)hiſce reſtituemus,tum alijs perodoratis, tum ſuillis carnibus aſſatis, tum etiam hœdinis: & ut ſummatim expediam, omnibus ingentem odoris ſuauitatem nidoriſq; fluxum emittentibus, præterita uidelicet febrium ſæuitia. Oportet præterea ſic affectorum extremas corporis partes conſtringi, ipſoſq; ſuſcitare expedit. Maxillas pungendo, capillos item uel aures uellicando,recreatis,panem ex uino ſupra modum diluto,aut aliud quiddam,quod facilè digeritur,exhibimus.

De canina appetentia. Cap. LII.

QVanquam hoc,quicquid eſt ſymptomatis, febribus non adeò ſuperueniat,ſed nonnunquam poſt ipſas,maximè ob eam quam cũ cibi faſtidio contraxit cognationem, operæ tamen preciũ fuerit de nimia quoq; & inexpugnabili eduliorum appetentia ſermonem texere,utrinq; enim naturæ modus exceditur. Quoniã igitur à pituita frequentius acida hæc affectio prouenit, erit ipſa incidẽtibus & elidentibus hanc oppugnanda: cuius quidem farinæ comprimis eſſe creduntur quam dulcia, ſalſa, & alioqui abſtergentia calorifica. Merum itaque ſic affectis exhibendum largius, impenſe calidum,cuiuſmodi ſunt colore uermiculo uel ruſo,ſine acerbitate,ſed dulcius tamen potius propinandũ,etiamſi nulla ſiti premantur. Oportet porrò ipſis ubi ad ſtatum optimum perueuerint,primo quidem pinguia,atq; alia etiã omnia oleo copioſiore condita,auſteritatis acerbitatis ue expertia offerre. Hæc quippe etiamſi palàm contra cauſam non pugnent, ſed tamen impotentem ad cibos impetũ diſcutiunt. Cæterum horum penuria conſiſtentiam pituitæ,quæ in ſtomacho hæret comminuit. Iam & alimenta ſale macerata miniſtranda ſunt. Poſt hæc uina quorum iam pridem meminimus, liberaliter potent. Hæc quiſquis rite longiore tempore perpetrauerit, caninam appetentiam pulchrè ſedabit.

Potus indigentiam ſoluit.

De

De siti. Cap. LIII.

SItim admodũ longam ex madoris indigentia, seu caloris exuberantia particularum, per quas humor ex ore in uentriculum defertur, nasci putabis. Præsens quidem ariditatis remedium somnus est. Caliditatis uerò uigilantia. Nonnulli nanq; è uino sitibundi esculentorumq; caliditate redduntur, quibus præsidium est, gelida potio. Vitiosam uerò qualitatem affectant perinde atq; etiam cibos, qui proportione, præpollenti humoris malitiæ, respondeant: unde aliquot tanta siti oppressi sunt, ut inde etiam perierint. Noui qui cum dipsadas serpentes aliquando deuorassent, & qui uino sese ueteri plus nimio ad temulentiã usq; inuitassent, & nauigantes qui aqua potabili in nauigio deficiente, maris aquam bibere non dubitantes, ad unum omnes mortem oppetierunt. Sed quæ in febribus nascitur sitis, placari naturæ aptitudine potest, fotus capitis ex gelidissimo oleo, aut rosaceo uniuersim torrentis modo cum strepitu in caput deturbata. Nigræ porrò lactucæ semen manducatum optimè siti succurrit. Prodest consimiliter & quæ glycyrrhiza appellatur, & cucumeris semen in ore retentũ. Dato præterea, quod sitim in primis extinguit hoc catapotium: Cucumeris satiui drachmæ octo, tragacanthes drachmæ quatuor, dissolue tragacanthum ouorum crudorum recentium albore: & ubi dissolutum fuerit, tritumq; semini cucumeris prius friato adiũge, quibus scitè subactis, globolos cõformato, deinde in umbra siccato, è quibus unũ modò sub lingua sitibundus contineat, atq; inibi dissolutum humidũ deglutiat. Postremo dilutum malorum cydoniorum, pirorum, mespilorum, clauicularum uitis, aut mali punici succus, sorbendum præbetur.

aridis arabis somnus.

De linguæ scabritie. Cap. LIIII.

SAlebris linguam infestantibus, oportebit ante omnia scabredinem eius humectare. Cõtinendũ igitur in os laborantis lini seminis decoctũ præbeto. Efficatius aũt operatur, si unà cũ semine lini myxa decoquatur, digitoq; in eo iure infecto, lingua eo confricata, aqua lympida abluatur, aut spongia abstergatur, deinde rosaceo illiniatur. Cæterum rosaceũ, melle temperatũ id efficatius præstat. Succus itẽ portulacæ ore detentus. Et rhus qui in obsonijs usum habet, mulso temperatus, probè humescat et succurrit. Itẽ Damascena, & myschlion, hoc est, myxæ nucleus ore retẽta, & linguæ circumuoluta. Facit idem lactucæ cauliculus. Archigenes autem docuit & sal Indicum, quod sanè colore & substantia nihil à communi sale dissidet, sapore uerò mellitum est, lentis instar, uel ad summum fabæ quantitatem comestam, affatim humectare. Porrò quibus lingua salebrosa est, ij frequenter in latus decumbant, quoniam supina cubatio exic-

Myschlion

Supina desiccat o muta mẽta tam illud

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

qui propter frigiditatem. Quando uerò ex humorum plenitate singultus oritur, uiolenta opus habet euacuatione, quam sternutatio molitur. Sed ex euacuatione singultibus contrarium maximè sternutamentum existit. Exhibenda est præterea singultientibus ruta cum uino aut nitrum in mulso, aut seseli, aut daucũ, aut cyminum, aut zingiber, aut nepeta, aut nardus Gallica. Hæc quippe singultibus corruptione ciborũ uel perfrictione, uel plenitatibus deniq; cõtractis, sunt auxilia. Sed qui singultũ multitudini frigidorũ ac uiscosorũ humorũ acceptũ referunt, his castoreũ triũ obulorũ põdere ex posca propinandũ: idem cuti quoq; unà cũ oleo sicyonio applicatũ conducit. Ex re quoq; & usu fuerit acetũ scyllaticũ, aut oxymeli haustum. Detentio postremo spiritus, præsentissimam opem præstitit.

Hipp. 6. aph. 14.

Si ex inanitione.

Si ex frigiditate.

Quæ in febribus circa aluum duram uel lubricam obseruanda. Cap. LVIII.

QVæ aluum siccam excitent, libro superiore quantum res postulare uidebatur memoratum est. Quoniam autem & humectari hanc in febribus subinde usuuenire conspicimus, de ea quoque re in præsenti differendum arbitror. Bona quippe hominum pars non febris ratione, sed ex hoc duntaxat symptomate in perniciem præcipitata est. Principio igitur sunt ea, quæ deducuntur excipienda, nullo remedio resistẽtes ijs quæ ob cruditatẽ & corruptionẽ efferũtur. Cæterũ ultra naturæ modũ euacuatione facta, cohibere aluum expedit. Atq; si acriora quidem egeruntur, oportet alimenta quæ offeruntur boni quodammodo succi, & aliâs crassioris esse: è quorum sanè numero sunt chondri, & ptisanæ sorbitiones. Lauacra quoq; in hac constitutione post morbi concoctionem nõ sunt aliena. Quando uerò pituitosiora & ualde fluida aluus deijcit, e diuerso cibi aridiores & calidiores sunto, quatenus febres admittũt. Eius generis sunt quæ ex calorificis panificijs constituuntur. A balneis uerò illis est abstinendum, nisi quid aliud cogat. Debilitata uerò facultate coctrice, stipantibus tum escis, tum alijs auxilijs utendum. Escis quidem quibus maximè mala punica, aut poma, aut pira, aut mespila admixta sunt, uel illis ipsis, & uino tenui fragrante, adstringente. Auxilijs uerò, puta cataplasmatis ex polentis & palmulis, absinthio, rosis, myrtis, & alia eiusdẽ farinæ materia. Considerandũ aũt uenit quibus nam potissimũ locis adhibenda sint cataplasmata. His, inquã, quæ ad stomachum uel inferiorem uentrem attinent. Nonnunquam sanè & lumbis imponimus. Cruentas porrò deiectiones compescunt medicamenta è thure, atque desiccant. Aut tenuissimus farinæ flos aut pollen, uel thure, uel manna, uel uino macerata, aut posca. Acriorem uerò humiditatem, etiam enemate edu-

cato, quandoq; aqua, quandoq; ptisanæ cremore, aut chondri, aut oryzæ, aut tragi herbæ, non semel quidem, sed identidem. In posterum uerò rosæ quoq; aridæ, aut myrti attexentur. Nonnunquam gallæ, ouũ item unà cũ rosaceo aut uino tenue adstringente, aut rosarum elixatione infusum, uel sedi modò impositum, exercendi promptitudinem retundit. Vbi uerò crebrior desidendi libidò impetit, agathiũ è spissamentis calentibus sedi conformatum imponito.

De stillicidio sanguinis, & eruptione eiusdem è naribus. Cap. LIX.

QVoniam distillatio uniuersi corporis uel capitis redundantiam notat, ex compressu, aut maligna densitudine proueniens: largior autẽ excretio ad laxandã atq; diminuendã succorũ multitudinem idonea est, cõsonum rationi est, inde ipsam moliri, unde natura proruperit. Hæc accurata mecum perpensione reuoluens, in quartanarũ distillationibus non dubitaui narium uasa de more scalpello sauciare: neq; tamen exiguo sanguinis effluxu contentos esse oportet, sed pro uiribus auferre. Spontaneas uerò in febribus narium sanguinis profusiones, decretoriè quidem factas, boni consulito, sed immodicè permanentem sanguinẽ cohibere tentato. Extremæ itaq; ante omnia partes uinculis ualidè excipiantur, & sublato in altũ capite, scitè figurabitur æger. Videtur etiã præputij ligatura peculiariter sanguinis ex naribus eruptionem compescere. Noli autem uel emungere, uel locum irritare. Sed in globulos seu grumos sanguinem coalescere sinito: spongia uerò in posca irrigata, nasus refrigescat, cuneolum ex panniculo, medicamentis sanguinis compescendi uim habentibus illitũ, naribus stillantibus inserito. Sed harũ rerũ materiã, & aliã locorũ affectorũ curationẽ, in sequẽti uolumine fusius prosequemur.

De animi defectione. Cap. LX.

QVi ex acutissimo malo, quo cum multo fluxu tam per inferna q̃ superna bilis deijcitur, & alui fluoribus, alijsq; cum permultis, tum immodicis euacuationibus, anima deficiunt, gelida aqua aspergendi, naribus apprehendendi sunt, os præterea uentris perfricandum, uomitum ad hæc præcipere, stomachum deniq; talium lancinare, expedit, uel digitis, uel pannis immissis, quin & pluribus uinculis ualenter uinciri debent: facta euacuatione per inferiores particulas, manus: per superiores, crura. Prospicere præterea oportet sanguinem fundentibus formam quoq; situs citra dolorem sublimem. Ad hæc cucurbitula, contrarijs his quæ euacuantur partibus retrahendi gratia, adglutinetur. Medetur et uinum aqua dilutũ resolutionibus, quæ immodicã euacuationẽ sequuntur, nisi

niſi uiſcerum inflammatio, aut dolor capitis uehemens, aut ſtupida quædam affectio, aut febris adurens, in morbo crudo, prohibeat. Nam in eiuſmodi affectionibus conſtitutis uinum plurima et ingentia nocumenta affert. Quod ſi æſtas fuerit, & temperatura calida, & gelidæ potator languens, frigida exhibenda eſt: ſin contraria, calida. Porrò propter ſudoris nimietatem animo deficientibus, cutem, ueluti antea mihi dictum, denſare oportet, & aëris perſpiratum aliquem frigidum, artificioſè feneſtris patentibus admittere. Cæterum defluxionibus in uentrem nihil horum congruit, præterquàm quæ uentri, ſtomachoq; firmando adhibere, & affectos leuare: quoniam his qui in uentrem ſeſe recipiunt fluoribus lauacra, ut omnium ſunt accommodatiſſima, ita & ſanguinis eruptiones atq; ſudores ubertim proritant. Qui porrò præ multitudine, animi deliquio corripiuntur, uino ciboq; abſtineant, & lauacris, ſi febricitent. Mulſum autẽ potionis loco propina, in quo aut thymus, aut origanum, aut pulegũ, aut hyſſopum elixum ſit, expedit præterea oxymeli. Quod ſi ex prauis humoribus in ſtomacho contentis animæ deliquium inciderit, hydrelæo digito uel pinnula ori immiſſo, uomitionem elicere impera. Si uerò nequeãt uomere, oleum quodq; præſtantiſſimum potui exhibendum eſt. Hoc ſanè aluum quoq; inferiorem ſæpenumero euacuat. Abſinthiũ item anima deficientibus ſuccurrit. Deinde ſi qui propter ſtomachi imbecillitatem animã perdiderint, ſtomachum corroborantibus utendum, quemadmodum iam pridem mihi in capite eidem dedicato, proditũ eſt. Ad hæc extremas partes confricare, & exuſtos in balneum ducere expedit. Perfrigeratis uerò diatrionpipereon, uel ipſum piper, exhibendum. Iam uerò ex immodico calore, ſiue æſtu, ſiue diuturniore in balneo mora, animam perdentibus, primo aqua gelida aſperſa medendũ: mox aëris proflatibus exponendi: deinde fricandus ſtomachus, ab hoc cũ uinũ, tũ epulæ præſtanda ſunt. At ſi quis ob uaſtitatem inflammationis, aut malignã febris affectionẽ in acceſſionibus, animo fatiſcit, & perfrigerantur artus, acriter ualida frictione fricato, foueto atq; uincito, uigilias cibiq; abſtinẽtiã indicito, hæc quippe & ante paroxyſmũ ſunt exequẽda. Quos propter ſiccitatem animus deliquerit, his duabus aut tribus horis ante acceſſionẽ alimentũ exhibendũ eſt, aut chõdri cremor, aut panis ex aqua, unà cũ mali punica nucleis, aut malis, aut piris. Quod ſi ingentis admodũ diſcriminis periculũ timeatur, uinũ etiã miniſtrandũ eſt, ijs qui ſubito anima deſtituũtur, hoc pacto ſubueniendũ, & ubiq; cauſam deliquij ſedula perpenſione reputare cõuenit, atq; huic unicè reniti. Nõnũ quã uerò & ſymptomatis maior habẽda eſt ratio, quod ſanè aliâs periculum, aliâs mortem quoq; minitatur.

Si ex humoribus ſtomachi deliquiũ

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

mine affiatis. XIIII
De ephialte, siue incubo. XV
De Lycaone, uel lycanthropo. XVI
De ijs q amore insaniũt. XVII
De apoplexia, & hemiplexia, atq paralysi. XVIII
De cõuulsionibus seu spasmis. XIX
De Tetano, & differentijs eius. XX
De tremoribus. XXI
Remedia quæ oculis salubriter adhibentur. XXII
Quæ ad aures pertinent, & primo de aurũ dolore. XXIII
De passionibus narium atq olfactus. XXIIII
Aduersus faciei uitia, & contra rugas ipsius remedia. XXV
De passionibus oris. XXVI
De angina & differentijs eius: itẽ de ijs, qui angina, aut alia quauis ratione strangulantur. XXVII
De grauedine, destillatione, raucedine, & tussi. XXVIII
De orthopnœa, difficultate spirandi & dispnœa. XXIX
De morbo pulmonis. XXX
De sputo sanguinis. XXXI
De suppuratione & phthisi. XXXII
De morbo laterali. XXXIII
De cordis affectiõib. XXXIIII
De mãmarũ affectibus. XXXV
De axillarũ fœtore ac sudore. XXXVI
De morbis qui infestant stomachũ, præcordia, & uentrem. XXXVII
De uẽtris inflatione. XXXVIII
De cholera. XXXIX
De lienteria & cœliaca affectione. XL
De Tinasmo. XLI
De dysenteria. XLII
De colicis. XLIII
De ileo, gratilioris intestini morbo. XLIIII
De passionibus renum & uesicæ. XLV
De hepatis passionibus. XLVI
De cachexia, id est, prauo corporis habitu. XLVII
De intercute. XLVIII
De lienis affectibus. XLIX
De morbo regio. L
De prominente umbilico. LI
Vt quis diu maneat impubis & imberbis, de conseruatione pudendorum, item depilatoria. LII
De bubonocœle, enterocœle, & hydrocœle. LIII
De testiculorum inflammatione, & scorti, alijsq ipsorum passionibus. LIIII
De gonorrhœa & onerogmo. LV
De satyriasi. LVI
De priapismo. LVII
De infœcundis genitalibus. LVIII
De hulceribus pudendorum et ani. LIX
De passionibus uuluæ, & menstruorum primitus purgatione. LX
De suppressis mensibus. LXI
De nimia purgatione & fluxu sanguinis per uuluam. LXII
De muliebri profluuio. LXIII
De inflammatione & declinatione locellorum. LXIIII

De

De uteri abſceſſu. LXV
De hulceratione uuluæ. LXVI
De cancro. LXVII
De ſcirrho & duritia. LXVIII
De mola. LXIX
De inflatione. LXX
De uteri ſuffocatione. LXXI
De procidentia uteri. LXXII
De præcluſione uteri. LXXIII
Sterilitatis curatio. LXXIIII
De rhagadibus & condylomatis ac hæmorrhoibus uteri. LXXV
De pariẽdi difficultate. LXXVI
De coxendicis affectibus. LXXVII
De podagra & morbo articuari. LXXVIII
De hulceroſis affectibus in plãtis & calcaneis. LXXIX
Ad clauos calloſq;. LXXX
De unguium uitijs, & primum de reduuijs. LXXXI

FINIS.

PAVLI AEGINETAE DE RE MEDICA LIBER TERTIVS, ALBANO TORINO Vitodurenſi Interprete.

Super eis quæ capillos intentant uitijs, de Alopecia, Ophiaſi, & glabricitate, caluitié ue. Cap. I.

VEMADMODVM PLANTARVM aliæ quidem humiditatis penuria inareſcentes emoriuntur, nonnullæ uerò aduentitijs ac contrarijs humoribus ſuffocãtur: ita & in hominis cæſarie uſu ſubinde uenire cõſpicimus, defectione enim humoris glabreta: Ex ſuccis autem prauatis, Areæ, Alopecia uidelicet & Ophiaſis, deciduo capillitio, figura inter ſe dũtaxat diſſidentes, conſurgunt. Hæc enim tortuoſis ſpacijs locum capitis affectum ad inſtar anguis glabrũ deſcribit. Alopeciæ uerò à uulpibus, quod

eo frequentißimè id animantis malo corripiatur, nomen eſt inditum. E cutis igitur colore, redundantem, unde uitium prouenit, humorem coniectabimus. Euacuatione primitus, quæ medicamentis purgantibus fit, deinde quæ parti extrinſecus injciuntur præſidijs utiliter utemur. Proinde ubi ad nigrorem admodum aut candorem plurimum color uerterit, cum hiera antidoto, non tam pituitam quàm melancholicum quoq; humorem uacuare potente, expurgemus. Si uerò pallori propius acceſſerit, ei quæ ex aloë conficiuntur, globuli exhibendi ſunt. Quorum uniuſcuiuſq; deſcriptionem in compoſitorum medicamentorum uolumine comperies. Cæterum poſt uniuerſi corporis euacuationem, apophlegmatiſmo, non ſemel modò, ſed identidem ex aceto, ſinapi, melleq; compoſito, utendum. Conducibilius uerò multo, ſi in aceto origanũ quoq; aut pulegium, aut thymus, hyſſopus ue maceretur. Atqui in cæteris etiam quæ caput infeſtare ſolent affectionibus, eadem methodo utendum. Ante omnia ſuperabundantem ſuccum, uel purgandi facultate præditis medicaminibus, uel ſanguinis detractione euacuantes, ſi modò ſanguinis plenitas non deſit. Sic deinceps ad localem medendi rationem eſt procedendum.

De Alopecia.

Poſtquam caput nitro laueris, linteoq; aſpero uel lana potius extерſeris, atq; ad ruborem deniq; confricaueris, uerbenaca in ſole cũ aceto contrita perunge: aut halcyonij momentum crematum & leuigatum cũ oleo ex lucerna obline: aut arundinis radicem, aut corticem amygdalæ amaræ combuſtam, cũ oleo ſeu adipe urſino exceptam illinito. Mediocria quidem hæc ſunt remedia, efficaciora uerò quæ euphorbio aut thapſia, aut adarce, oleo detrita laurino, aut liquida pice cõſtituuntur. Aliud: Teſtis erinaceorum marinorum combuſtis adipe urcina exceptis, locum antea nitro deterſum perungito. Aliud: Accipe piperis, ſtercoris ouilli aridi, irionis, ſeminis erucæ, ſingulorum drachmas quatuor, ueratri candidi drachmas tres, murium oletuli drachmam, quæ quidem contuſa, bile taurina, aut hircina, uel ſuina, cogantur.

Aliud aduerſus Alopeciam, experientia comprobatum.

Mandragoræ radicis, ariſtolochiæ, radicis ari, ceræ, picis liquidæ, cuiuſq; choas octo, axungiæ ſuillæ non † ſaginatæ, rhododendri herbæ meditullij exiguũ, coquito axungiã & rhododẽdron, donec herba liqueſiat, deinde glomeratam herbam abijce, cætera axungiæ cõfundito, & elixa: poſtea ceram ac liquidã picem adijcẽ, mox audacter in ſole utitor: cumq; iam hulcera cicatricem contraxerint, caput uulpis combure, & alcyonium, anchuſæq; nigræ folia, omnia contuſa unctioni inſpergito, quo ca- † ſalitæ

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

rum, cretæ cimoleæ singulorum minam, omnia aululæ nouæ ac crudæ impone, & luto circumliniens coque in uase fictili, et tere, spumæ nitri adijciens minam dimidiam, gallas immaturas triginta, quibus liquefactis, exi mito & utere. Aliud: Spumæ nitri minas septem, pumicis tosti minas quatuor, aluminis scißilis, iridis aridæ, myrti syluestris, comæ bryoniæ radicis, uniuscuiusq; drach. quatuor, lupinorum crudorum redactorum in pollinem choæ quartam partem, utere sine pingui.

Ad profluuium capillorum.

Aloën cum uino nigro, austero illinito, aut purpuræ operimenta cum oleo cocta, & myrrham & ladanum cum uino aut oleo myrteo, aut spyra tos in testa polita combustos, cum oleo capiti iam ante raso inunge.

Qui capillitium cirratũ, densum ue reddat, & tinctura eiusdem, ex Cleopatræ de comarum densitate, crispitudineq; inducenda, cõmentationibus. Cap. 11.

CApite purgato, & ante omnia abstersο, radice uerticillaris herbæ capillos cũ mero oblinito. Aliud: Raso prius purgatoq; capite, pineæ nucis nucleũ recentẽ, in cinerẽ usq; cõbustũ, pilæ inditũ cõterito, ungẽtoq; myrteo, ad mellis usq; crassitudinẽ superinfuso, sic caput oblinito. Aliud: Myrtorũ quoq; et betæ pari modo utitor, cũ oleo abstergẽs. Aliud: Gallas uiginti, adiãti uncias duas, aqua marina usq; ad mellis densitudinẽ coactas inũge, deterso prius capillitio urina, aut lixiuio, et calida aqua abluto, pilos hoc medicamine biduũ perungito, tertio die ablue, exiccatosq; oleo myrteo pline. Hoc qppe delicatã, et crispatã nigrã reddit cæsariẽ. Crispiores aũt euadẽt capilli, si prius capite nouacula raso, hoc unguẽ utare.

Quæ causam canorum arcent, & alia nigrorẽ inducentia.

Olei omphacini ex immaturis oliuis expressi sextarios treis, spicæ nardi denarium, conchulæ Indicæ odoratæ, iunci odorati floris singulorũ denarios quatuor in oleo coquito, atq; seponito, acatiæ cremoris unciã uino dissolue, et accurate leuigato: quãdo uerò olei tertia pars fuerit relicta, hãc percolato, & confundens acatiæ, sitella excipito, atq; inungendo capiti utere quotidie. Aliud: Nucũ uiridiũ corticis, radicis illicis cuiusq; quadrans, uini nigri sextarij tres, ad partẽ usq; tertiã decoquuntur, succusq; expressus cum olei myrtei sextario contunditur, utendũ eo est quotidie,

Aqua nigrorem capillis inducens.

Gallæ sextariũ, rhu coriariæ, myrtorũ nigrarũ, foliorũ cyperi, uniuscuiusq; sextarios duos, cinaræ quantum manu comprehendi potest, atri papaueris æqualem mensuram, aquæ putealis sextarios duodecim, pluribus antè diebus maceratas coque ad tertias, deinde illinito. Detersis prius

& exiccatis crinibus, cretæ cimoliæ quartam partem cotylæ, & calcis uiuæ æqualem mensuram illinito. Hæc succo betarum elixatarum dissoluta inungito, mox deinde betæ folia operculi causa superimponito, & ubi satis sic perennauerint, in lauacro lotione expurgentur.

Quomodo rufi capilli flauo colore tingi possint.

Myrrhæ partem unam, salis floris tantundem, accuratè friato, & inducto strigmentorum balneorum crasso lentore, absterſoq; prius capite, medicamento capillos inunge, atq; sic inhærere cum sua nocte diem sinito, deinde uerò ablui præcipito. Aliud: Lupini crudi cum aqua, in hunc quoque usum illiniendi sunt. Aliud: Ex spumæ argenti drachma una, Creticæ terræ drachmis quatuor, calcis uiuæ drachma una, aqua lentam sordium crassitudinem conficiens, capillos perunge, atq; betæ insuper foliis biduum aut triduum operculatum, tandem lotione expurgari iubeto.

Quemadmodum atrum capillitium flauum reddere queas.

Si nigro capillamento flauum colorem inducere gestis, fecem uini, strigmentumq; balnei accipito, & cerati crassitudine inducta, capillitio uespere dormiendi hora, illimito, & matutino diluculo capilli fului apparebunt. Aliud: Giluũ colorem induces, si cyperi foliis in cremore struthij maceratis, eo diluto utare.

Tinctura auro similis.

Auri instar colorem faciunt, aluminis denarij sex, sandarachæ tantundem, croci denarij duo, thapsi qua tinctores utuntur (quam Romani herbam Rubiam nuncupant) denarij octo, lixiuij lutescentis denarij quatuor. Coquito autem lixiuium & thapsum contusam, & dimidiata parte consumpta, exprime liquorem, in quo alumen & sandaracham, & crocum dissolue, mox inijce uasi uitreo, atque in necessitate ac usu, deterso prius capite, oblinito. Cum autem imbibitum fuerit, caput antea unctum fœnogræci, & hordei, & cymini aqua tepida sufficiente ablue, inijciens & saponis quantum satis est. Aliud: Fece uini combusta, & oleo balanino simul confusis, capilli inungantur. Aliud: Sapone quoque Gallico abstergendæ sunt singulis balineis comæ. Aliud impendio utile: Rhus rubentis sextarium, gallarum sesquilibram, celydrij uncias duas, herbæ aurescentis (quam Rubiam dicunt) uncias duas, polytrichi fasciculos duos, absinthij fasciculum. Lupinorum pelle exutorũ cyathos duos, aquæ sextarios septem, in uase uitreo excipe, sinitoq; nouẽ integris diebus macerari, rudicula mouẽs bis quotidie. Vbi usus uenerit, tolle quod sufficit. In hoc spongiam intingens capillos perfrica, & humores sinito imbibere. Vbi uerò aruerit, sapone calida aqua liquato, ablue.

Quibus

Quibus capillitium candidum reddatur.

Verbasci albi flore cremato, aceto irriga, & cõfunde saponi. Aliud: Verbasci seminis, aluminis, raphanorum corticis cuiuslibet denariũ contunde, et taurinum glutinum quatuor drachmarum pondere, cõmisceto.

De his quæ cutem capitis inficiunt & deturpant malis: pytiriasi, hoc est, porrigine Cap. III.

Porrigo (quam πιτυρίασιν Græci dicunt) est tenuium furfuracea rumq; squamularũ ex capitis ac reliqui corporis superficie, nulla relicta exulceratione, decidua resolutio. Prouenit uerò id uitij subeunte caput prauo corporis humore, salsá ue pituita, aut bilioso & atribilario sanguine. Euacuato itaq; prius uniuerso, ceu proditum est, corpore, subscriptis facultatibus utendum. Cretam cimoliam aqua maceratam betæ cremori confundito, atq; furforationi illinito, & donec aruerit illitum adhærere permittito, deinde loco infecto abluto, thure cum uino & oleo trito denuo perunge. Postera uerò die staphida syluestrem, hoc est, herbã pedicularem, cum oleo illinito. Aliud: Nitri, fecis ustæ, glandium unguentariarum, uniuscuiusq; libra, herbæ pedicularis libra una & dimidia, uino dilutis caput absterge, quod si alia corporis pars prurigine infestetur, aridis. Humidiores uerò capitis furfurationes salsugine abluto, aut lupinorum decocto. Huius equidem summum habeo experimentum.

Furfuratio non in solo capite.

Psydracia & exanthemata, id est, eruptiones pituitæ, aut papulæ capitis.

Psydracia exiles sunt capitis excrescentiæ, pustulis similes, quæ summam cutis superficiem exasperant. Exanthemata uerò summæ cutis pustulæ sunt, & exulcerationes subrubræ atq; salebrosæ. Vtriq; tamen uitio his quæ deinceps subordinantur potentijs, succurritur. Spumæ argenti, cerussæ, singulorum drachmis quatuor, aluminis duabus, foliorum rutæ uiridium totidem, aceto myrteoq; oleo contritis, cum psydracia tum papulas perunge. Aliud: Rutam & alumen melle liquefacta, derasa prius capiti illinito. Si uerò abscessibus capitis cuticula infestetur, oluæ folia cum melle elixa cataplasmatis modo impone. Aliud: Spumæ argenteæ, cerussæ, singulorum uncias duodecim, sulphuris ignem non experti drachmas octo, cerota myrtea excipito.

Ad hulcuscula capitis densa & rubea.

Contra hulcuscula, quæ in capite prorumpunt, densa, rufo colore tincta, perexiguis admodum papillis assimilia, è quibus aquosi sanguinis humores profluunt: derasis antè capitis crinibus, & aqua nitroq; antea detersa, sulphure uiuo cum lotio humano diluto, utendum. Vel atramentum

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

eſt glutinũ ex taurorũ auribus genitalibuſq; contextũ, æquali pondere, cum æris ſquamulæ duplo, liquefacta uerò cũ aceto illinito. Optimũ præterea auxiliũ halecularum (quas μαινίδα Græci nuncupant) capita cremata, bulbi itidem elixi, & cinis deniq;, cum aceto temperata.

Contra ea quæ cum capite, tum mento naſcuntur ficoſa exanthemata, Xeraphion.

Miſyos drach. una & dimidia, chalcitidis drach. duæ & ſemis, ſquamulæ æris drach. aluminis ſciſſilis tantundem, probè loto aridum ſupermodum tere, & dimittitur. Poſtero uerò die cum denuo lotum ſpongia exterſeris, id iterũ imponito, decidũt enim ramenta denſiſſima: & ſi rurſus diebus ſequẽtibus idem fiat, abſq; ullo cicatricis ueſtigio ſanatur. Neq; uerò mediocriter hoc medicamentum adglutinatur & ferruminat.

Ad pediculationem capitis, quam φθειρίαν Græci dicunt.

Qui pediculantur in capite, lupinorum aqua decoctorum diluto abſtergantur. Aut uuam taminiam, aut ſandaracham, ſiue utranq; macerata cum oleo uetere aceto ue illinito. Aut piperis perexiguum, ne exulcerationem inducat, cum oleo, aut hederæ cremore cum melle, aut minium ſynopicum cum aceto. Aut cedrinum liquorem, aut picem liquidã cũ alumine, aut baccarum lauri ſuccum expreſſum, ſiue oleum deniq; raphaninum applicamus. Cæterum nos ſylueſtrem herbam pediculárem aceto & oleo leuigata illinientes, nunquã non quod uolebamus aſſecuti ſumus.

De capitis dolore, quam κεφαλαλγίαν Græci nominant. Cap. IIII.

LAbor capitis, quã cephalalgian nuncupant, grauiſſimus ſanè qui corpori ſuperuenit, caſus: Interdum ex malo duntaxat corporis temperamento, interdum ſuccorum quoque nimietate, nonnunquam ex utriuſq; culpa conſurgit. Quin ex occaſionibus quandoq; primitiuis & foris accidentibus id maliſcaturit: uerbi cauſa, qui foris accidit quacunq; occaſione, nimio æſtu, frigore, temulentia, ictu, iniuriá ue quacunq; alia capiti illata. Gráuiſſimi igitur capitis cruciatus ex actiuis qualitatibus proficiſcuntur, maximè uerò præcalida. At quæ ariditatem ſequuntur capitis affectiones, non tanta uiolentia ſeuiunt. Humida uerò qualitas tantum non omni, ſui ipſius reſpectu dolore uacat, niſi cum calore, aut frigore, aut humorum plenitate coniuncta ſit. De eo capitis dolore qui febricitantes infeſtat, in ſuperiore quidem uolumine, cui de Febribus eſt inſcriptio, ſatis diſſeruimus, proinde in præſens de aliis uerba facienda ſunt.

De ca-

De capitis dolore, qui ex æstu gignitur.

Qui ex æstu capitis dolore torquentur, eorum capitis cuticula tactu calidior, & primo statim manus iniectu aridior percipitur, oculiq; rubicundi fiunt, frigidi fotus, & inunctiones delectant, & protinus dolorem leuant. Verùm illis eadem quidem, qua de supra in caput ex febre dolentibus memorauimus, medela affabre quadrat. Diutule perseuerante autẽ capitis dolore, subscriptis utendũ cataplasmatis est. Conducit fronti & temporibus applicatus panis ex posca, & rosaceo, aliquando cum amygdalis, aut rosis uel aridis, uel tenellis ac mollibus, aut menta cum pulegio admixto, aut panis cum persici foliis. Valet etiam ocimum cum aceto & rosaceo liquefactum, aut hederæ corymbi in aceto elixi. Conducit etiam subacta rosaceo, aut serpylli aqueo decocto triticeam farinam miscere. Cardamomum quoq; in sartagine frictum, acetoq; et rosaceo tritum expedit. Aut fermentum cum rosaceo, aut iris arida cum aceto. Iugiter uerò unũquoduis horum mutato, nam uetustate efficaciam suam amittunt.

Orbiculi seu pastilli aduersus cephalalgiam è calida intemperie.

Accipe croci drach. quinq;, chalcanthi drach. decẽ, aluminis sedecim, myrrhæ septem, omphacij, chalchitidos, gummi cuiusq; drachmas tres, uini austeri quantum opus, utere cum posca. Quod si uigiliæ quoq; his accedant, tum somnificorum quippiam applicato.

De dolentibus capite ex gelida intemperie.

Qui ex frigore capitis dolore impetuntur, diuersa planè his qui ex æstu eadem affectione correpti sunt, inditia præferunt. Vultus enim ipsorum haud concidit, sed perpallidus est. Frigidis neq; delectantur, neq; quicquam adiuuantur, victus uerò ratio, & cætera eiusdem sortis cognata q; horum stabilibunt iudicium. Inungatur itaq; imprimis oleum rutaceum, laurinum, aut irinum, aut nardinum, aut balsami succus, maximè si cum crassiora, tum uiscosiora fuerint redũdantia retrimenta. Hunc item frontetenus, & hoc liquore & medicamentis quæ ex pipere & euphorbio concinnantur oblini conuenit. Vinum porrò tenuium partum exhibendum est. Post hæc motui quoq; corporis indulgere, & lauacris nonnunquam calidis operam dare præcipito. Aliquãdo, quæ raphanis cietur, uomitione utendum. In quibus uerò qualitas absq; humorum plenitudine perseuerat, tum illo medicamento utitor: Accipe piperis candidi drach. duas, crocomagmatis drach. totidem, euphorbij recentis drach. octo cum dimidia, stercoris columbini drach. unam & dimidiam, aceti acerrimi quantum satis est, affectam partem, confricato antea loco, illinito.

De

De his qui dolore capitis, ex biliosis humoribus orto, oppressi sunt.

Signa consimilia habentur ijs, quæ eundem affectum è feruore natum portendunt. Accedit autem morsio ipsis maior, pallor item faciei, nõnunquam oris etiam amaritudo. Consueuit autem hæccine affectio ætates potissimum in uigore consistentes, temperamenta calidiora, & uitam solicitudinibus anxiam, & bilem coaceruantes flauam, inuadere. In horum propterea curatione, lauacris exactè temperatis, inunctionibus item, & aquosis potionibus opus est. Et *uniuersa semel uictus ratiõ, non humidior modò, sed boni etiam succi, commendatur. Euacuare præterea biliosum humorem absinthij diluto oportet, siue cum aloë, & ipsius picræ antidoto per se, aut cum momento scammonij, uel confectis ex aloë globulis. Inungenda etiã frons uel croceo orbiculo, uel trigono, uel eiusdẽ factionis alio quodã.*

De capitis dolore per consensum.

Quod si uniuerso corpori caput compatiendi ratione condolescat, magna industria cõtra distemperamentũ, contráq; exuperantem materiã certandum est. Si plenitudo urget, & præcipue in uenis, per incisionem uenæ sanguinem detrahemus. Sin modum qualitas magis transilierit, purgatorio utamur medicamento. Si consortij legé particulæ laboranti compatiatur caput, uerbi causa iocinori, aut uentri, aut stomacho, hisce succurrendum est auxilijs: Calida quidem si subsit intemperies, panem è uino diluto suppeditantes, aut ex chondro, sorbitiones. Extrinsecus modicè infrigidãtes, roburq; inducentes adspergines capiti sunt applicandæ, ueluti antea demonstratum. At si uiscidi ac crassi humores stomacho impacti, dolorem capitis inuexerint, illos etiam acetosum mulsum tum simplex, tum Iulianium miscentes, amouebimus, ex hyssopo insuper & origano remedijs. Et his adhuc maiore calfaciendi & incidendi ui præditis: iã et quæ cũ raphanis elicitur uomitio, adspergines itẽ calidiores, & cataplasmata usui sunt.

De capitis dolore, qui ebrietati succedit.

Si à temulentia, uino adhuc crudo in uentriculo fluctuãte, caput dolet, aqua tepente potui data, uomere præcipito. At si post cõcoctionem quoq; cruciatu capitis uexentur, refrigerantia & discutientia prosunt: cuiusmodi est rosaceum per se, uel cum aceto, aut succo hederæ seu brassicæ. Iã eius herbæ quoq; folia in aqua† calida infusa, capitiq; imposita, fasciaq; circumligata, naturæ aptitudine ebrietati dolorig; aduersantur. Quin et ipsa brassica elixa estur utiliter. Lens insuper sumpta, ad hunc modũ affectis opitulabitur, potissime humido uentre præditis. Huc pertinet alicæ, malorũ punicæ, & malorũ pirorumq; esus, in potu nihil aqua salubrius.

† frigida

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

cuiusmodi est elaterij succus cum lacte infusus, siue in farinam friatum elaterium, naribus inspiratum: & cyclamini porriq; succus. Hactenus simplicia, composita sunt quæ sequuntur.

Erthinum non ad diuturnam modò cephalæam, sed ophthalmiam etiam, & comitiali oppressos.

Nigellæ drach. octo, salis ammoniaci quatuor, elaterij totidem, trita oleo sicyonio, aut irino, aut cyprino excipe, ita ut cerati consistentiam induat, & naribus indito.

Medicamentum pituitam extrahens naribus inspiratū.

Rapi seu umbilici terræ aridi drach. octo, nitri rubicundi drach. quatuor: sed si nitri loco elaterium inijcias, multo præstantius erit, puluis eius naribus per canulam insufflatur. Vtere præterea & epithematis capiti applicatis, & unctionibus, si uetustas morbū occuparit maximè sequentib.

Epithema ad cephalæam.

Vngenti irini, peucedani, castorij, singulorum denarius, baccarum lauri denarij duo, uirgultorum rutæ denarij quatuor, triti cum cerato rosaceo coguntur, derasó que capiti, uniuerso imponitur. Mulier quædam in hemicranicis sequenti usa epithemate, omniū ferè per ora claritate nominis uolitauit. Radicem ea cucumeris syluestris uiridem in tenues portiones dissecans, pariter & absinthium in hydrelæo, donec tabescerent ac liquefierent decoxit, atq; ceroto, & hydrelæo quidem calido mediocriter partem affectam contaminauit: radicem uerò cū absinthio in pollinem redactam emplastri more imposuit: quo solo medicaminis præsidio, quotquot hemicrania corripiebāntur, siue absq; febre, siue cum febre, curauit. Quod si exacerbatio adeò magna superuenerit, ut nequeat languens tolerare dolorem, utendum fuerit his quæ lenire, & ab excrementis infestantibus purum reddere, possunt. Cuius generis fuerit quod proxime dicetur. Historia.

Vnguentum pro cephalæa.

Liquoris peucedani drach. sedecim, lachrymæ papaueris, anisi, alterci, croci, myrrhæ, scammoniæ, singulorum drach. duas, aceto excipe, & in pastillos redige. Cum usus uenerit cum aceto aut posca, his qui crassis humoribus aut flatulentis spiritibus dolorem adscribunt, illinito. Et dropace consimiliter unguento, & sinapismo utendum, quiq; è thapsia constituitur orbiculo. Medicamentum præterea ex atramento scriptorio peradmirandū in hac causa habetur remediū: quo quidem in hac affectione constitutis, ita, quemadmodū infra in opere de compositis dicetur, utendū est. Sed & illud admiratione dignū est medicamentū, illis qui dimidia capitis parte propter crassum et uiscidū humorē dolitāt: Euphorbij partē unā, et

caſtorij tantundem aquæ inſerito, & in aurem affectæ partis indito: ad hæc balneum quoq; ingredi præcipito, neq; adeò longa in eo mora facta, languentes ipſum aſſumant, & ſolito more lauabũt, eo quippe modo probatum experientia eſt. Neq; tamen alienum ſit, & in oleũ eadem ſubacta auribus inſtillare: & quod ad iſchiadicos inſcribitur medicamentum, etiã diuturnæ cephalalgiæ & hemicraniæ ex toto ſuccurrunt.

Ad Hemicraniam ueterem.

Sumantur allij drach. quatuor, ceræ duæ, axungiæ ueteris, cantharidum ſingulorum denarij duo: Veſperi emplaſtri more impoſitum per noctem adhærere ſinito, mane uerò diſrupta puſtula, perhumido medicamine medetor. Aliud: Baccarum lauri cortice exutarum drach. duas, foliorum rutæ tantundem, ſinapis drachmam, aqua maceratas cataplaſmatis modo illinito. A frigidis uerò cauſis, dimidij capitis dolore perturbatis, tã utiliſſimum eſt præſidium, ut ſæpenumero ſemel modò inunctum ſub balneum, confeſtim medeatur affectui, ita quidem ut à lauacro integræ ſoſpitati reſtituat, quod ſequitur: olei ſabini libra, ceræ uncias tres, euphorbij unciam, quo dimidiatam frontis partem, ſecũdum tempora uidelicet ubi muſculi ſunt, illinito. In quibus uerò nõ multa frigiditas exuperat, gallæ & crocomagmatis æquales partes uino leuigatas inũge. Sed quibus calidi uapores, aut gelidi humores capitis dolorem inferũt, his medicamenta ex euphorbio non offeras.

Apophlegmatiſmus contra cephaleam.

Succi ſinapeos triti & expreſſi, aceti & mellis cuiuslibet uncias quatuordecim, herbæ pedicularis drach. quatuor, pyrethri tantundem contuſa, cribroq; excuſſa, mixta in ſole conchylijs repone. Quod ſi ex bilioſo humore aut intemperie quadam capitis dolor (quam cephaleam dicunt) diutius perennauerit, ijs quæ mox de cephalalgia præſcripſimus, utendũ. Si dolor ne his quidem auxilijs elidatur, neq; cucurbitulis, neq; hirudinibus adplicatis, confecta per arterias digeſtione, nõ abſurdum fuerit etiam poſt aures ſectione arteriarum uti. Humidioribus uerò, balnea quoq; naturalia magna utilitate adhibentur.

De agitatione mentis, ſiue phrenitide. Cap. VI.

VAcillatio mentis (quæ Græce φρενῖτις dicitur) eſt membranarũ cerebri inflammatio, nunc quidem ipſo cerebro pariter inflammato, nunc uerò præter naturam caloris abſceſſu, æſtuante. Trahit autem originem, aut ex ſanguinis redundantis copia, aut immodico flauæ bilis humore, aut flaua etiam bile haud mediocriter torrefacta, iamq; in nigriorem

remtendente, unde grauißima phrenitis oritur. Nonnunquam cerebrum ſyncipiti compatiens, ex diſſeminatis hinc inde in ipſum neruis afflictionem contrahit. Si uerò per ſummos urentißimarum febrium uigores, uel ſtomachi conſortio mentis alienatio accidit, non phrenitis, ſed delirium modo (quam παραφροσύνην nominant) eſt. Comitatur autem peculiariter phreneticos magna quidem parte peruigilium: nõnunquam tamen inquietus & turbulentus quidam ſomnus, ita ut ſubinde exurgant, exiliant, & ceu horrendo furore correpti uociferent: alij quidem ob ſanguineũ humorem præpollentem, hilares cum riſu: alij uerò propter flauam bilem impetuoſe inſaniunt. Quemadmodum ij, qui atra bile uitium contraxerunt adeò atrociter efferuntur, ut coërceri nequeant: obliuiſcuntur non ſolum eorum quæ à ſeipſis dicuntur, ſed etiam perpetrantur, oculoſq; ſanguinolentos præferunt, & ſubinde lancinant, nunc quidem ſqualleſcentes, nũc uerò illachrymantes & lipientes. Redditur lingua aſperior, & ex naribus ſanguinis profluuia oriuntur, & floccos auellunt, & feſtucas colligunt, & per omnem morbi ſpatium grauiter febriunt, febre in profunditate malignius latente: pulſus paruos & obſcuros habent, cum quadã etiã duritie coniunctos: accedit reſpiratio magna & rara, cerebro primogenia affectione laborante. Si uerò per conſenſum diaphragmatis rationis error oriatur, reſpiratio erit inordinata, conuelluntur ſurſum præcordia, et calore multo æſtuant. Veluti cum phrenitis cerebri uitio concitatur ardor, ruborq; ſubcruentus in facie cum uenarũ extuberantia elucet. Quod ſi bili pituitoſus humor copuletur, ut cauſam mixtam id malum, ſic & appellationem habet compoſitam, uigilem enim ſomnũ (quod λῶμα Græci dicunt) appellant. In uniuerſum quidem, bilioſo præpollente humore, uigil phrenitis fit: inſaniunt enim eiuſmodi uigilantes. Pituitoſo contrà ſuperante, grauioris modo ſomni ſopiuntur: ipſumq; hoc malum antiquiores GALENO *medici, uno ore Catochon appellauerunt.*

Curatio phrenitidis.

Si per languentis uirtutem tutum uidebitur, uenam in cubito incidere maturè, & copioſius ſanguinem detrahere expedit. Quod ſi delirans, manum porrigere detrectet, aut licet eam exerat, periculum ſit, ne poſt euacuationem, lancinata ſæpenumero iactatáque hinc inde præ furore manu, æmorrhagiam, hoc eſt, immodicam ſanguinis effuſionem incurrat, uenam in fronte ſecantes rectam, ſemel quod ſatis eſt, auferemus, clyſteribuſq; utemur, & quæ ex oleo uel roſaceo cum cremore ptiſanæ conſtant enematis. Si peruigiliũ defatigat, roſaceo aut oxyrhodino caput inungemus. Nonnunquam etiam caput prius aqua calida fouentes, medicamentũ

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

procedente declinatione gestationibus, & decenti uirium refectione utendum est. Cæterum mente capti instaurantur, si temulentiam, iram, ciborum corruptelam, atq; præ alijs omnibus, æstum solis fugiant.

De inflammatione cerebri. Cap. VII.

CErebrum inflammatione oppressum, in tumorem sæpe adeò attollitur, ut testæ commissuræ distendantur: dolor grauißimus & diuturnus, cibiq; uehemens fastidium comitatur, rubor multus in uultu cũ tumore elucet, oculi proterui ac turgidi redduntur, caput intumescit. Vena sic affectis incidenda, uasa cubitus euacuanda, ex naribus & uasis sub lingua sitis sanguis exhauriẽdus. Aduersus porrò id genus capitis inflammationes, superfusionibus, cataplasmatis item quæ tum humectandi, tum maturandi facultatem habent, utere.

De ignitis rubedinibus cum inflammatione (quod Erysipelas dicunt) cerebri. Cap. VIII.

ORitur in cerebro erysipelas quoque, cui malo obnoxius patitur eußmodi: percipit æger cruciatũ uniuerso capite, quasi in eo flãma exardescat, facies subpallida frigescit, os imarescit. Ad hunc igitur modum habenti sanguinem detrahe, maximè de uenis linguæ subditis, quoniam malum multo leuius reddit. Frigorificæ præterea facultatis remedia exhibe, quorum in alijs pariter ignitis cum inflammatione rubedinibus, non est incommodus usus. Ignis sacer.

De ueterno, qui λήθαργος Græcis dicitur. Cap. IX.

LEthargus, quẽ ueternũ Latini dicũt, cũ itidẽ rationalis uis quædã noxa sit, eundem quem phrenitis locũ, cerebrũ inquam, occupat: sed contrariam omnino habet materiam, pituitam scilicet, humidũ & frigidum humorem cerebrum irrigantem, & in somnum cogentem. Comitatur autem ueternosos lenta quædam & ignaua febricula, non admodum mordax cum delatione in somnum profunda. Pulsus porrò magni, rari, & turbulenti: Respiratio nimis rara & imbecillis, somniq; inuictum desiderium, inactuosi & marcore quodam languidi sunt, ægre uocantibus respondent, obliuiosi desipiunt, oscitantq; crebro, & ore aliquandiu distento manent, quasi id claudere obliti. Deijciunt autem per aluum pleriq; humidiora, quibusdã uerò contrario modo uenter arescit. Lotiũ præterea iumentorũ instar meiere cõsueruũt. Nõnulli porrò intremiscũt, & undiq; sudãt. Cæterũ Caros ex eadẽ lethargi materia proueniẽs, eo tantũ abillo dißidet, quòd in Caro præcedit febris uehemẽtior, in lethargo lenta quædam. febris lethargi.

Cari & ueterni discrimen.

dam et ignauior sequitur: quodq; Carus alijs aliquot symptomatis superuenit, febrium puta exacerbationibus plerunq;, & comitialibus, & coarctationibus cerebri, nũc quidem fracta caluaria, nunc nerò membrana anteriorem cerebri uentriculum ambitu seruante oblæsa. Verùm lethargus peculiarem quandam constitutionem habet, causam ue.

Curatio lethargi.

Si uires ægri permittunt, etiam hic uena incidenda est: si non concedũt acrimonia non uulgari clysteribus utemur. Hoc malo correptum, in ædibus amplis, & mediocrem lucis splendorem obtinentibus, decũbere mandabimus: caput ipsius, olei imbre fouendum est, cui adiectum sit castoreũ. Neq; desunt, qui olei loco oxyrhodinum cum castorio usurpant, robur inde pariter & calorem capiti indentes. Reliquam uerò uniuersam corporis molem, & præsertim extrema, oleo ueteri illinientes, cum nitro tosto, aut pyrethro, aut pipere, aut grano Gnidio detergunt. potest uerò quis et cerato ex his unà cum castorio facto, uti. Odoramenta præterea offeremus, thymum, aut origanum, aut pulegium, aceto leuigatum. Os porrò ipsum, & palati cœlum, sinapi trito cum exiguo mellis, illinito, adhærentem, glomeratamq; digitis solicite pituiam eijcito. Quod si admiserint, et apophlegmatismo utitor ex oxymelite cũ hyssopo, pulegio, aut origano, aut ipso etiam sinapi. Propinabis deinceps nonnihil eorum quæ ocyssime transeunt, præsertim diospolitici quantum capit cochlearium unum cum posca. Porrò in diuturnis tremoribus exhibendum est castoreum scrupulorum duorum aut trium pondere. Vbi uerò humorum extiterit nimietas, neq; quicquam aliud prohibet, scammoniam unius scrupuli pondere castoreo admiscebimus. Perseuerante uerò etiamdum affectione, salibus, milio, & consimilibus lineo sacculo inditis, derasum caput calidè fouere expedit. Ad hæc sinapismis secundũ caput, et his quæ sternutamentũ proliciũt, utendũ: deinde cucurbitulæ occipitio sunt admouendæ, partim leues cum multa flãma, partim uerò incisa scalpello cute. Naturalium interim excretionum nunquam obliuisci conuenit, tũ iniectionibus, tum ijs quæ cient lotium. Irrigabis autem pectinem oleo rutaceo, aut Sicyonio, cum momento castorei. Crebrius uerò ut deglutiant admonendi sunt, calidæ aquæ dulcem aliquam potionem, præcipuè ex melle ori instillantes bombylio. Et si cubi mediam quoq; cerebri regionem occupauerit phlegmone, huic itidem adspergínibus & cataplasmatis medendum. Naribus sinapi aceto leuigatum, aut castoreum combustum, admoueto. Ptisanæ præterea cremore, aut auenæ, aut alicæ, cum aceto mulso, aut sale, aut pulegio alantur, nonnunquam quidem quotidie, interdum uerò alternis diebus: post alimentũ uin-

culis

culis contimendi sunt, partes extremæ diu quamplurimum percellendæ: pungenda item crura, pili nonnunquam uiolentius euellendi ut excitentur. Iam fœmora & crura rubicunda medicamentis exhulcerantibus facta sæpiusculè iuuant. Declinante uerò iam affectione, alterna subleuatione reclinationeq́; , gestationem uocant, utendũ, atq; in balneum ducendi: Refectrix deniq; educatio conuenienter adhibenda.

De catocho aut peruigili comate. Cap. x.

IAmpridẽ in capite de phrenitide, huius morbi rationẽ perstrinximus. Notas in uniuersum habet cũ phrenitide ac lethargo aliquo modo cõmunes, sed pro ea quæ exuperat materia uariãtes. Priuatim uerò has obtinet: Corripitur laborãs repente supinus, protensus, facie interdũ subtumescẽte, & mediocriter pallida, lethargicis persimili: quãdoq; uerò et rubor in ipsorũ uultu efflorescit, et sursum uersus palpebra superior cõuelli uidetur, & ita extare, ut nequeãt cõniuere, nulla apparet respiratio, sed æger tanquã extinctus iacet, paruũ atq; obscurũ retinet arteriarũ pulsum, et uehementer crebrũ: urinæ quoq; & aluus cohibentur, uel exiguè reddũtur. Qui meliuscule habent, liquorẽ per fauces infusum deglutiũt: qui uerò malo succũbunt, regurgitãdo per nares reijciunt. Si igitur pituita bilem superat, à lethargicis eò separantur, quod neq; tumet facies, neque liuida cernitur, quemadmodũ lethargici, nisi quod paulatim leuiq́; sudore diffluũt. Grauiore in periculo sunt, qui uigilijs defatigantur, si lotia non procedũt, & suspirium interruptum intenditur, sudor erumpit, haustuq́; ipso potus in nares ebullit & regurgitat. Quod si mulier eo malo correpta deprehẽditur, discernetur ab ea quæ uterina suffocatione obnoxia est, hac nota, quod secundum naturam uideatur iacere, & ea quæ dicuntur percipere, et nunc exurgere, nũc denuo graui somno recũbere. Ad hæc aliũ quoq; ac diuersum catochon à uigili comate fieri tradunt, non compositam, sed simplicem quandam causam habentem, frigidiorem quippe & aridiorem materiam, quæ oppleto & obturato posteriore cerebri sinu, affectionem hanc efficit, qua subito deprehensus obrutusq́; laborans, in eodem habitu, permanet, in quo correptus est: uerbi causa, stans, aut sedẽs, aut clausis oculis, aut respiciẽs: quapropter uetustiores Græcorũ Medici, ἀπὸ τῆς κατέχεσθαι, *(quod est detineri & occupari) catochon, & in eo malo constitutos* κατεχομένους *nuncupauerunt. Recentiores uerò fœminino genere, sed nõ dissimili significato,* κατοχὴν, *& κατάληψιν, quasi detentionem & deprehensionem dicat aliquis, nominauerunt. Curatio persimilis quidem prædictis est, sed symptomatum discrimina diuersis auxilijs indigent.*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

runtur ſpecie facile deprehendes. Cæterum memoriæ & ratiocinationis iacturam frigoris eſſe prolem non ignoramus. An uerò cum humiditate uel ariditate iuncta, contigerit, id quidem tum ex egeſtionibus, tum ex laborantis habitu, tum temperamento, tum uictus ratione, tempore item anni ac regione deniq; datur cognoſcere.

Curatio.

Si gelida quæpiam fuerit intemperies, calfacienda eſt contrarijs: ſi humiditas acceſſerit, etiam ſiccanda: ſi contrà ariditas coniuncta ſit, humectare pariter & calfacere conuenit. Eodem præterea modo ubi calida diſtemperatura affuerit, refrigerandum: ſi uerò & ariditas acceſſerit, humectandum: ſin autẽ frigiditati humor iunctus ſit, tam refrigerare, quàm arefacere conducit. In quibus uerò ſanguinem plus iuſto abundare cõperies, uenam incidere, uel clyſteribus acribus uti, deinde hieram propinare, tum apophlegmatiſmos uſurpare, oportet. Circumlinimẽta porrò capitis ex oleo frigorificis & exiccãtibus rebus adiectis: roſis inquam, myrto, lentiſco, & huius farinæ cæteris, cõferunt. Ad hæc uniuerſo etiam corpori accuratè prouideto. Quod ſi inſuper ex feruore & laßitudine id maliſcaturit, embrocha ex aceto roſaceo, caput de more perfundito. Et reliqua uiuendi ratio infrigidandi humectandiq; naturam habeat, & in alijs cũ eſculentis, tum poculentis eadem uis contineatur. Quinetiam ſi Carus, Moroſi, aut obliuioni ſuperuenerit, huic quoq; proſpiciendum, quemadmodum paulò ante de lethargicis tradidimus, ubi eorum etiam diſcrimen ob oculos poſuimus.

De uertiginoſis. Cap. XII.

Accidit affectio uertiginoſa magna ex parte, cum cerebrum gelidi glutinoſiq; humores occupant: unde ea correpti, quantumuis leui de cauſa facile concidunt, ut ſi quando uiderint extrinſecus circumagi aliqua, uerbi gratia rotas, uortices, turbines ue: uel ſi ipſi quoq; in girum uertantur: interdum uerò cum capite incaleſcunt, commotis in eo humoribus, aut etiam ſpiritu. Nonnunquam uerò coarctatis in anguſtum anterioribus cerebri cauernis, perforatu cranij rupti, ex quibus ſanè uehementiſſimi cruciatus oriuntur. Præcedit autem primigeniam affectionem, capitis dolor uiolentus, caros, ſonores & ſibila aurium. Læduntur etiam nonnulli odoratu, nec deſunt quorum offenditur guſtus: quibus uerò per conſenſum oris uentriculi cardiogmus ſuperuenit, hos etiam nauſeæ comitantur.

Curatio.

Vertiginoſi in aggreſſu quidem, concinnis odoramentis, frictionibus

ac consimilibus excitandi sunt. In relaxatione uerò discutiendæ affectionis gratia, sanguis ante omnia detrahendus, deinde purgandum hiera picra. Interposito temporis spatio, clystere acriori utendũ, ex centaurij aut colocynthidos, id est, cucurbitæ agrestis, decocto. Post huiusmodi inanitiones caput ipsum foris cucurbitulis occipitio adglutinatis, incisa cute scalpello utiliter laniabitur: post hæc apophlegmatismis & sternutatorijs utendum. Quos uerò calor capitis & aurium tinnitus molestat, ueluti cũ uapores calidi per arterias ascendunt, etiam arteriarum post aures incisio adhibenda est, ut de Chirurgicis exequemur.

De morbo comitiali. Cap. XIII.

Comitialis morbus, cum totius corporis conuulsio sit, non sine nocumento principum animæ functionum, partim in ipsa quidem cerebri substantia, partim uerò in cerebri cauernis omnibus consistentem habet causam: Nunc quidem pituitosum, nunc uerò melancholicum humorem. Quin & ex hostiolo uentriculi affecto per consensum nascitur, quẽadmodum in Colicis, ceu in illorum sermone explicabimus. Nonnunquã certè ex iniuria & communione aliarum corporis partium, cũ aura quædam frigida ad cerebrum effertur: interdum quippe à cruribus, interdum uerò ab ipsius manus digitulis oritur. Visus est nonnunquam & à locellis in quadam muliercula, eo puta tempore, quo uterum gerebat, prouenisse: cæterũ ei à partu illico ualedixit. Accidit porrò iste affectus peculiariter pueris, & longe frequentius recenter in lucem editis: post hos adolescentibus & adultis, qui sunt in ætatis flore, minimè uerò senibus et decrepitis. Præcedit insuper epilepticos, cum corporis, tum animæ status quidã inuoluntarius, mœstitia, familiarium & eorum quæ iuxtà sunt obliuio, insomniorum imagines turbulentæ, dolor capitis, & continuata eiusdem saburratio, ex iracundia maximè, pallor faciei, & inordinatus linguæ motus: nec desunt qui eam commordent. Qui stomachi uitio comitialiter cõcidunt, hos tremor ipsius præcedit, & fluctuatio, & erosio, ieiunijs, aut diutina abstinentia exacuuntur: sed imminente iam symptomate subito concidunt, conuelluntur & impotenter interim uociferant. Præcipuũ uerò ac peculiare eius mali inditium est, oris spuma, cum cætera communiter quodammodo & alijs morbis eueniant. Quibusdam uerò ex illis nolentibus uolentibus cum lotium, tum oletulũ excernitur. Neq; desunt quibus genitale semen effunditur. In quibus itaq; grauissima existit affectio, protinus interficit continuitate exacerbationum, & eorum quæ superueniunt uehementia. Cæterum magna ex parte is morbus longus est, ita ut si non in pubertate, aut mulierum expurgationum, aut concubitus tempo-

Causa comitialis.

Historia.

re

re ceſſauerit, aut ſi poſt hoc tempus permanſerit, plerunq; uſq; ad mortis diem comitetur, niſi peraccommoda remedia fuerit nactus. Arguit autem comitiali correptos, ex aſphalto, aut gagate lapide, aut cornu caprino ſuffitus: cornu caprinum comeſtum, item iecur hircinũ, aut iocinoris nidor.

Curatio morbi comitialis.

Si comitiali ſubiectus fuerit infans, ſuperuacuum erit ſatagare: ætatis nanq; curriculo in ſtatum bilioſiorẽ & aridiorem uergente, uictuq; frugaliore, ſua ſponte plerunq; iſthæc affectio ceſſat. Oportet autem infantulorum & lacteſcentium uictus duntaxat rationem obſeruare. Qui poſt primam pueritiæ ætatem incidunt in epilepſiam, eorũ conuulſas & diſtortas corporis partes pingui irrigare, continere, & in ordinem quendã redigere, deinde aperto ori, digitum aut pinnam oleo irino perunctam inſerere, ad extrahendam pituitam, conſilium eſt. Ad hæc odoramentis ſenſus excitandus eſt: uerbi cauſa, peucedano, cyrenenſi ſucco, pice cedrina. Poſt acceßiones uerò (niſi quid prohibeat) ſanguis è cubito mittendus eſt. Acceßione uerò nihil remittente, extremis corporis partibus ſinapiſmũ adhibe, cucurbitulamq; præcordijs applica. Quod ſi hæc nullæ comitentur morbi induciæ, exigua ſalutis ſpes eſt. Confidenter tamen medicus caſtorium ori laborantis infundat, & liquorem cyrenaicum, cum melle & aceto: per ſedem decoctum centaurij uel colocynthidos immittet. Exurgentes uerò à comitiali paroxyſmo, poſt refocillationem, purgatione hieræ euacuari debent. Hæc utiq; recentis & acutæ comitialis præſens medela eſt: deinceps uerò quæ ad arcendum inueteratum morbũ faciunt, trademus. Affecti igitur potatione aquæ quamdiutißime continendi ſunt. Exorſi curationem à ſectione uenarum, ſi nihil aliud dehortetur: deinde interpoſitis quatuor aut quinq; diebus, reficiendum eſt corpuſculum, ac tum demiq; medicamento purgante euacuandũ, maximè autem ueratro nigro, aut colocynthide, uel certè ſcammonia. Conuenit autem ueratrum abſq; medulla contuſum, & per ſubcerniculum traiectũ inſpargere mulſi cyathis quinque aut ſex, uel melle decocto cum exiguo pipere excipere. Colocynthida uerò, ſemine eius abiecto, medulla autem ſeruata, paſſo implere decet, & macerari ſolidam noctem, matutino uerò paßum temperatũ in potu præbere. Aut candidi ueratri medicamentum purgans uſurpandum. Eſt autẽ id eiuſmodi: Baccarũ lauri decorticatarũ, piperis albi, alypiadis, euphorbij, ueratri albi, uniuſcuiuſq; drach. octo, hæc quidem exhibebis una doſi cum paſſo in colocynthide, pulchrè quidem purgat per uomitum. Vbi uerò quantum res poſtulat expurgatum eſt, lauandi ſunt: tertio uerò die cucurbitulæ præcordijs & ſcapulis, cõciſa ſcalpello cute, ſunt imponendæ.

Epileptici uino abſtineant.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

dicamentum affectæ parti inducetur, cuius farinæ lepidium est, aut quod ex cantharidibus consarcinatur, & id genus consimilia. Iulianium porrò oxymel in ea affectione constitutis, præsentissimam opem adferre consueuit, particulatim commouens materiam. Post omnia autem quæ recensuimus, theriaca quoq; & sponte sua emergentia lauacra locũ habent. In uniuersum uerò uitæ suæ tempus, caueant summopere à cruditate, né ue unquam cibo incocto rursus alium superingerant, crassi item succi edulia, famem intempestiuam, commotionem turbulentam, crapulam, & potũ (ut diximus) confestim à balneo, præcipue meracum, uinum ualde uetulũ & crassæ substantiæ, uehementer odorata & acria, quæ caput degrauant & infarciunt, fixis præterea oculis ex alto despicere, diutinã in balneo moram, & capitis tandem insolatu exustionem.

Oxymel Iulianum.

Quæ uitanda epilepticis.

De melancholia, mania, & entheſiaſticis. Cap. XIIII.

MElancholia, alienationis quædam mentis species est sine febre, quæ occupante cerebrum intellectus sedem melancholico humore, magna ex parte prouenit, nõnunquam ipsomet cerebro per se affecto, interdum uerò uniuerso corpori commutato. Sed & tertia quædam melancholiæ species est, quæ flatuosa hypochondriacaq; à præcordijs nuncupatur, ex inflammatione præcordiorum circa partes ad stomachũ attinentes oboriens, quæ nunc quidem auras quaspiam uitiosas, nũc uerò essentiæ humoris partem ad caput sursum transmittunt. Eædem communesq; pariter omnium sunt notæ, metus, mœstitia profunda, hominum edium, & auersio. Sunt qui sese animalia quædã bruta, & rationis exortia esse autument, & æmulantur uoces eorum: alij uerò figulina ex argilla etiam uasa se putant, & ne cõminuantur expauescunt. Alij mortis desiderio tenentur, quidam contrà mortis formidine miserrime torquentur. In aliquibus risum perpetuum, & in alijs luctum cũ fletu cernere est. Nõnulli incitarise maiore quodam numine uidentur, uaticinanturq; futura, haud aliter quàm diuinaculi et numine afflati, quos ἐνθουσιαστὰς Græci priuatim, quasi Deo plenos appellitant. Peculiares melancholiæ notæ sunt, eorũ qui per communitatem & consensum totius corporis melancholia conflantur: Gracilitas corporis, nigredo, hirtitudo, & nihil aliud esse quàm melancholicum, siue natura, siue ex aduentitio fuerit, puta propter quasdam solicitudines, uel uigilias, uel uitiosi succi eduliorũ assumptionem, uel hæmorrhoidum, uel muliebrium deniq; mensium retentionem. Sed qui in eam affectionem præcordiorum uitio incidunt, eos sanè cruditates, acide ructationes, feruor, & ipsorum ponderositas, arguunt: hypochon-

Tres melancholiæ species.

Entheastici.

Hypochondriacæ stultitia.

drium

drium quoq; ſurſum uerſus conuellitur, & nonnunquam phlegmone tentatur: quodq; circa mali exordiũ, deinde ubi in maius malum accreuerit, atræ bilis comitantur ſymptomata, quæ utiq; concoctionibus, aut excretionibus, aut flatibus multis, aut uomitionibus, aut ructibus leuantur. Nullo uerò horum, aut pauciſſimis ex illis uſuuenientibus, melancholica quæ apparent ſigna, cerebrũ per ſe atræ bilis humore affici teſtantur. Si quando uerò præaſſatæ plus æquò flauæ bilis in atram facta fuerit permutatio, μανίαν, id eſt, furioſam dementiam inferre aſſolet, in qua ferocius quàm in melancholia more ferarũ ſæuiunt, adeò ut ſi qui incautius circa eos uerſentur, uiolenta manu uapulent.

Curatio melancholiæ.

Qui igitur primigenio cerebri affectu melancholici ſunt, eos lauacris frequentibus, uictuq; boni ſucci & humectãte, opportunaq; animi uoluptate, citra alterius præſidij opem medetor, cũ nondũ temporis diuturnitate humor infeſtans euacuationi reſiſtit: tunc enim potentiora, magisq; uaria adhibere oportet remediorum auxilia. Purgandi itaq; ſunt principio epithymo, aut aloë. Horum quippe ſi uel momentum unaquaq; die ſumatur, plurimum adiuuat, clementerq; aluum ſubducit. Poſtquam purgatus fuerit laborans, ſicut comprehenſum eſt, abſinthium præbeto, nũc herbam in aquæ duorum cyathorum menſura maceratam & elixatam, nunc uerò eius cremorem dimidiati denarij pondere aqua aſſiduè liquefacto. Aceti præterea quamacerrimi iamiam dormituri ſorbeant, ex quo multa obſonia madefacta manducent. Satius uerò fuerit aceto ſcyllam permiſcere, & polium, & tenuem ariſtolochiam. Cum autem incidis in morbum inchoantem, qui ex uniuerſi corporis conſortij lege oritur, uiribus minime inualidis, à ſanguinis detractione auſpicãdum eſt. A uenæ uerò inciſione, recreatum per inferna medicamento, ex ſycionia aut helleboro nigro purgare conuenit. Ora præterea hemorrhoidũ aperire, & muliebres expurgationes ciere, ſi propter harũ ſuppreſſionem affectio conflata fuerit. Probantur & ea quæ cum lotium, tum ſudores proritant. At ſi è præcordiorum afflictione hæc paſſio conſtiterit, fouenda curioſe eadem ipſa ſunt rutæ, & anethi iure ſuperfuſo, itẽ abſinthij, pulegij, ſeminis uiticis, & baccarum lauri: nam hæc non tam laborem mitigant, quàm flatus quoq; commi nuunt. Coquantur autem in oleo, & cataplaſmatis modo imponãtur: ſed horum cataplaſmata, etiam ea quæ flatus diſſipant, apium aut aniſum, aut cyminum habeant: neq; malum, ſi cyperus, iris, & libanotis, cataplaſmatis iniiciantur. Hæc autem diutius & per diem, tũ paſto tum ieiuno adhærere ſines. Vbi uerò detraxeris, aliud quoddam operimentum ſuperappli

cato,

cato, lanã uidelicet latiorem. Cucurbitulis porrò oportet, ad discutiendos ſpiritus, leuibus uti, aduerſus uerò dolores & inflammationes, cum ſcarificatione. Si cum medicina diligentiam coniunctam uis, noli ſinapis obliuiſci. Vtere ad hæc acribus, incidendi facultate præditis, dropacibus dorſo tenus inter ſcapulas & ſuper uentrẽ. Si uitiũ in uetuſtatẽ incidit, præſentiſſimum eſt præſidium, quæ ueratro per uomitiones fit purgatio. Victus inſuper cunctis boni ſucci conuenit, & modice humectans. Vitare debent carnes bubulas, atq; ceruinas, lentes & braſſicas, cochleas, uinaq; craſſa & nigra, & quæcunq; atram bilem pariunt.

Curatio maniæ, ſiue furioſæ dementiæ.

Mania quoq; laborantibus haud aliter ferè quàm melancholicis ſuccurrimus. Priuatim uerò horum capiti roſaceum unguen, & acetum roſarũ adhibeantur, & picræ antidoto, inciſa prius uena, purgentur. Admouẽdæ ſunt præterea hirudines capiti. Potiſſimum autem adiuuat erratici fœniculi radix, ſemen item ipſius ex aqua epotum, & bryoniæ radicis drach. cum aqua quotidie ſumpta. Quod ſi medicamenta purgãdi uim habentia tantopere horreant, ut nequeant ad ſumendũ inducimentis inopes, admiſcenda ſunt eadem clanculum, partim ſanè ferculis ipſorum: uerbi cauſa bucellis, aut caricis, aut palmulis, partim etiam poculentis. Ante omnia uerò uel in culcitra uinciendi ſunt maniaci, ne male uel ſemetipſos, aut familiares afficiant: uel geſtandi & concutiendi in lecticulo intra gygartũ, hoc eſt, cubile quoddam mente captis conſecratum, penſili.

De Phaunorũ, incuborumq; ludibriis & oppreſſionibus, quod genus morbi Græci ἐφιάλτιω & ἐπιβολὰς nuncupant. Cap. XV.

EPhialten, quem noſtri incubonem dicunt, alij quidem ab huius nominis uiro nomen duxiſſe autumant, aut à phantaſia qua patientes afficiuntur: imaginantur enim aggredi ſeſe ab aliquo, quoniã ἐφάλλεσθαι inſilire alteri eſt, & inuadere. Themiſon uerò decimo epiſtolarum uolumine, à ſuffocando πνιγαλίωνα, pari ratione, quod ægrotãtes præfocet, appellauit. Id mali potiſſime crapuloſis et iugiter ſtomacho crudis euenit. Comitatur iſta affectione poſſeſſos, corporis tardiſſimus motus, atq; torpidus per ſomniũ ſenſus, ac præfocationis in mente obuerſatio, & ueluti ingruentis alicuius mali occupatio. Accedit his nõ tam uociferationis, quàm uocis etiam irritus conatus: aut cum in uerba erumpunt, incertus ſermo & confuſus æditur. Quidam eos qui in ſe irruerunt, auribus accipere, & ab eis rem ueneream exigere credunt: mox uerò digitis cancellatim quodam nixu copulatis, in pedes illico ſeſe conijcere exiſtimant. Nõ negligen

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

lachrymas nullas effundunt, sed uoluptate quasi perpetua perfusi apparent: semper conniuentes. Cæteris corporis partibus illæsis nullá que calamitate collabantibus, soli illi amatoribus concidunt. Pulsus uerò proprius nullus est, quemadmodum autumauerunt quidam, sed qualis eorum qui solicitudinibus multis sunt impliciti. Cæterum cum iam recordatio rei amatæ, uisu uel auditu, præcipuè ex improuiso subierit tum protinus perculsa mente pulsus pariter commutatur, neq; naturalem æquabilitatem, neq; naturæ ordinem seruat. Hos igitur mœstos & peruigiles, cum quidam dispositionem non satis perrossent, illotos in silenti solitudine tenuiq; uictus ratione colliquefacerent. Ex quibus cordatiores, deprehenso amante, in lauacra, & comessatum, et gestationes, & spectacula, & modulationes fabulasq; animum abducũt. Quibusdã uerò terrorem incutere conuenit. Qui uerò amori semper uacant, malum habent quo non facilè destituuntur. Oportet igitur ad subueniendum illis cõtentiones proponere quasdam eius generis, quod prosecutus est antea quisq;, prorsusq; ad alias solicitudines hominis cogitationes transferre.

De morbo Attonito, quam ἀποπληξίαν Græci: & diminuta apoplexia, quam ἡμιπληξίαν: & resolutione, quam παραλυσιν eadem gens appellitat. Cap. XVIII.

QVando communis neruorum origo afficitur, atque inde uniuersæ corporis partes sensu simul et motu spoliantur, morbus emergit, quem nostri Attonitum, Græci ἀποπληξίαν nominant, principalibus animæ functionibus oblæsis euenit. Quod si in alterutram hominis partem sese obstructio insinuarit, hemiplagiam atque paralysim nuncupant. Si in alterius partis aliquam particulam incubuit morbi uis, eius tantummodo partis affectio dicetur. Crus itaque, inquit Hippocrates, ipsi apoplecton euaserat, pro eo quod erat resolutum. Quocirca seruatur in attonitis, siue mauis apoplecticis, exigua quædam respiratio: quæ si plurimum à naturali operatione recesserit, summam adducet perniciem: si paululum, exiguam noxam inferet. Sanè omnium peßima spiratio censenda est, quæ & intermittitur, & magna cum uiolentia trahitur. Fit autem apoplexiæ affectio, gelida pituita, una uice & confertim principalißimos cerebri sinus infartiente. Si quãdo uniuersum spinæ dorsiq; principiũ dicto modo conflictatur, omnes corporis partes, quæ sub facie cõstitutæ sunt, resolutione periclitãtur, seruatis faciei partibus illæsis,

eo quod inibi partes cum sensationis, tum motionis uires cerebro acceptũ referant. Si dimidia corporis pars affligitur, paraplexia illarum partium constituitur. Vbi uerò olfaciendi facultas impetitur ac interit, uel anteriorum cerebri uentriculorum, cum intemperie quadam afficiuntur, uel eorum meatuum, qui κάμωσιλλοι, hoc est, cola dicuntur, cum scilicet obturantur, affectio est. Attoniti igitur procumbunt sine uoce, sine motu, citrà sensum, & absq; febre. Præcedit uerò eam affectionem capitis cõfertus repentinus, & acutus dolor, & puluini uenæ circa guttur, sphagitides Græci appellant, turgentes, & uertigines, cum uidelicet tenebricosa lucis obscuritas oculis obuersatur: & oculorum incerti & discurrẽtes lucis splendores, & infrigidatio temeraria extimarum partium, uniuersiq; corporis tremores, difficilis motio, dentium in somno stridores, lotium quasi rubiginosum, atrum, paucum, cum furfuracea hypostasi. Eo morbo facilius tentantur circa senium, maximè pituitosioris temperaturæ homines, & eiusdem farinæ uictus ratione utentes. Quod si quẽ in iuuentute atq; æstiuo tempore oppresserit, summam necessitatem arguit.

Præsagia futuræ apoplexiæ.

Quos tentat apoplexia.

Apoplexiæ, & hemiplexiæ, paralysis ue, curatio.

Morbus Apoplexiæ partim nullam, partim difficilem, admittit curationem, mortem quippe minatur imminentem. Si quo uerò medio eliditur, cum paralysi plerunq; partis alicuius corporis discedit. In quibus itaque ulla salutis spes est, ijs uena quam primũ incidenda est: & si remissionem quandam adipiscantur, ipso statim primo die, siue sequente auferendũ est. Aluus quoq; acri clystere subducenda, salsugine & melle iniecto. Deinde oleo copiosiore sulphurato uniuersum corpus inungendũ. Caput chamæmelino, uel anethino oleo, in quo scilicet spondylium aut nepeta fuerit elixa, irrigandum. Mulsam præterea instillato, & quæ ingentem odoris fluxum emittũt, naribus admoueto: Opoponaca scilicet, aut sagapenum, galbanum item uel castorium. Oportet autem ori quoq; uiolenter aperto, digitum aut pennã oleo madidũ ut ea quæ insunt eijciantur, inserere: sedem quoq; ijs quæ flatus subducunt & discutiunt, oblinire. Potui denicq; aquã mulsam, siue oxymel exhibere conuenit. Vtemur etiã apophlegmatismis, è thymo scilicet origanóue in aceto elixis: ubi uerò remittente malo laborans habere cœperit meliuscule, sumito mollem & facilis digestionis & succulentum cibum. Mutitate uerò permanente, si per uirtutem integrum fuerit, cucurbitulam cũ scarificatione ceruici applicemus. Quod si liceat, præcordijs etiam imponito: deinde gestentur biga, sedéue, aut uehiculo, aut pensili culcitra. Vsurpanda sunt & ea quæ sternutamentũ proliciunt crebrius, neq; his etiã minus apophlegmatismi. Post decimũ uerò ac quar-

Apoplexia finit in paralysim.

tum

tũm diem ad reliquas geſtationes perducemus. Sermocinationis præterea curam habere oportet: & peruetuſtum apomeli miniſtrabimus cum micis uel alica: poſt hæc exhibenda eſt hieræ quamminimum, à uiceſimo primo die in balneum ducemus, & uinum quoq; tenerum calente aqua dilutũ potui dabimus. Vires inde balineis atq; illinitionibus reſtituẽdæ ſunt. Perducantur uerò, ſi fieri poteſt, in loca maritima.

Reſolutionis rabiſq;, quam παράλυσιν Græci nuncupant, curatio.

Quod ſi principalibus animæ functionibus illæſis, omnes uel quædam duntaxat corporis partes reſoluantur, etiam qui has infeſtat, humor, qualiſcunq; fuerit ille, euacuandus eſt. Mox hieram, quæ caſtorij partem admixtam habeat, porrigito: à dimidio quidem drachmæ incipiens, cum momento mellis & calida aqua reſolutam, uel per ſe, uel cum piperis dimidiato ſcrupulo adiecto: poſt hæc uictus rationem diebus quatuor præſcribentes, integram drachmã exhibebimus: ab hoc ſeſqui drach. poſtremo duas ac tres, atq; tum rurſum totidẽ diebus intercalatis quatuor drachmæ ſunt offerendæ (ſi modo hoc per languentem liceat) addito mellis cochleario. Membro uerò quod deficit, medicamenta quæ diſcutiendi facultatem habeant, imponenda, quæq; cruento rubore cutem ſuffundere poſſunt applicanda, quibus cum caſtorium, aut piper, aut pyrethrum, aut canchry, aut euphorbium commiſcebimus. Super hæc uerò embrochæ etiam proſunt, quæ oleo rutaceo, aut ſicyonio, aut alioqui peruetuſto, cõſtant. Eſculenta cõueniunt frumentacea, & quæ ſorberi commode poſſunt, aut aliâs non difficilis concoctionis, & ſuperuacaneis retrimentis exortia. Cucurbitulæ partibus languore affectis imponantur, ſiquidem hoc mali pluſculas corporis particulas occuparit, diuiſim: ſi uerò paucas, unimodò adglutinentur. Poſt cucurbitularũ uſum, cataplaſmata ex pice aut reſina, aut manna, illinito. Ex re autem & uſu fuerit artemiſia elixa cum nepeta, conyza, & nitro, aquæ exiguo admixto, quæ elixando conſumetur. Aluus denuo ſubducatur, uel cum aloë, uel polypodio, uel ſcammonia, uel pulte ex colocynthide. Vngenta item proſunt ex oleo ueteri illita, in quo ſcilla macerata dies quadraginta ſub ſole fuerit. Quod ſi hoc ad manum non ſit, ſcillæ uncias duas in oleo coquito, atq; circunlinito: aut canchry conſimiliter præparatum: admiſcenda uerò ceræ eſt uncia ne diffluant. Quod ſi galbani quoq; & caſtorij, & euphorbij, adarces item atq; nitri ſingulorum ſemiunciam aſſumpſerit, multo efficacius in medendo fuerit. Amuſſatim porrò quadrabit & ranunculus herba oleo elixa, & inſolata. Conducunt inſuper potiones caſtorij drach. unius pondere, & opopanacis fa-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

qui cynico ſpaſmo, hoc eſt, canina conuulſione raptú ue impetuntur, per phorceam inſtrumentum quod uocant, ex æquo in diuerſum peruertendo reduces. Sanguinis q; ex ſubiectis linguæ uaſis detractio competit. Cucurbitulæ item circa primam dorſi uertebram, atq; apophlegmatiſmi, et quæ per effuſionem narium fiunt purgationes confert. Sciendum igitur eſt, non eam quæ peruerſa diuaricaſſe uidetur mandibulam, reſolutionem expertam, ſed oppoſitã. Ingluuie uerò uulſa pareſi, cucurbitulæ mento ſunt defigendæ. Vngendũ præterea quæ caſtorio & ſagapeno, & ſucco Parthico conſtant, illinitionibus: ſummopere autem confert gargariſmus ex rebus acribus. Lingua porrò pareſi infeſtata, uenæ ipſius ſecandæ ſunt, cucurbitulæ mento apponendæ, utendum apophlegmatiſmis qui conſtent ſinapi, exercitationibus quoq; linguæ. Iam uerò uocalibus inſtrumentis reſolutione affectis, thoraci afferenda ſunt præſidia, ſpirationis ſuppreßione, exclamationé q; utendum: ſuperciliorum inſuper & palpebrarũ inunctiones pariter conducunt, prodeſt etiam conſutio: Veſica autem eiuſcemodi languore uexata, ſiue lotium cohibeat, ſiue inuita excludat, pectini & interſemineo locó que ceruici ueſicæ adiacenti medicamenta adhibenda ſunt. Sedi uerò oleum rutaceum, aut ſicyonium, adiecto butyro & caſtorio, aut galbano, aut opopanace, aut laſere infundendum eſt: quæ quidem per colem immiſſa, ueſicæ quoque plurimum opis conferunt, aut ſingula etiam ſufficiunt. E centaurio præterea & colocynthide clyſteres cum ſicyonio non inutiles ſunt. Proſunt item ſummopere, quæ lotium prouocandi facultatem obtinent epota, & caſtorium conſimiliter: ſed ante omnia ijs, qui nihil omnino lotij emittũt, id p ſiphonculos ueſicarios (quos καθετῆρας Græci uocant) per penis meatũ iniectis medicaminibus eliciendum eſt: balneis uerò ac fomentis inſidendũ, relaxandi facultatem habentibus, & cataplaſmatis inde confectis, utendum. Si uerò præter uoluntatem lotium excernitur, cum roborantibus præſidijs adſtringendum, alimenta arida & potus gelidos uſurpandum: ſed in recreationibus, rubores in cute concitare, & naturalibus balneis frigidis uti conuenit. Cæterum ſpinæ ceruicis ue uulnus aut caſus, aut luxatio uertebræ, letalibus ſyndromis confluentibus, nullo remedio eliditur. Quod ſi penis reſolutus eſt, ijſdem quæ ad ueſicam pertinent utendum. In ijſdem partibus atq; lumbis, etiã ijs quæ intendẽdi uim obtinent utemur. Improbatur lac & caſeus, & reliqua bellaria, lactucæ cũ cæteris oleribus. Recto autẽ inteſtino reſoluto quãdoq; ab inuitis oletulũ excernitur, quãdoq; retinetur, ijſdẽ utendũ eſt remedijs, aliâs quidẽ immittẽdo per clyſterẽ, aliâs uerò aſtringẽtia: uerbi cauſa, elixationẽ cupreßi, lentiſci rubi: aliquãdo uerò per remittentia, cuiuſmodi

Spaſmus cynicus.

Deglutionis conuulſio.

Linguæ.

Vocis.

Veſicæ.

Penis reſolutio.

Longanonis reſolutio.

iuſmodi ſunt adeps ſuillus, aut anſerinus, & oleum maluarum: nonnun-
quam uerò & per ea quæ mordent, ueluti ſalſugo, aut colocynthidos, aut
milium decoctum: neq; enim motiones alui ſic promouent, atq; ipſa agita-
tio. Si autem ex frigore id mali exortum eſt, acopũ ex euphorbio cũ olei
diluto immittito: membra poſtremo reſoluta, communi cura ſæpius flecti-
to, perfricato, &, quemadmodum prædiximus, diſtendito, ſumma nanq;
ſpes in frictione ſita eſt.

De pareſi, quæ ex colico morbo contracta eſt.

Colica quædam affectio noſtra ætate incruduit, quã (& præcipue eos
qui euaſuri erant malum) motionis exacta quædam membrorum orbita
comitatur, ſed ſenſus tactus incolumis, ut uidetur, conſeruatur, tanquã in-
dicatorio aliquo tranſitu ex corporis profunditate in extremas particu-
las facto: proinde citra quoq; medicamentorum ſubſidium ultro pleriſq;
tempore facili deo, motus poſtliminio reuerſus eſt: alios uerò difficilioris
curationis etiam ſimpliciora ex prædictis unguenta perſanauere. Præci-
pua uerò his inuenta ſunt, tum id quod è populo, tum quod ex abiete con-
cinnatur acopon. Plures uerò medicamenta quæ robur inſerunt, & me-
diocriter frigorifica magnificè iuuerunt.

De conuulſionibus. Cap. XI X.

Signa ſpaſmi ex plenitudine & ua cuitate.

Poſtquam de paralyſi affatim docuimus, deinceps ſermonem de ſpaſ-
mo, quod eſt conuulſione, ſeremus, quoniam utraq; nervorum eſt
affectio. Cuius rei quoq; gratia de tremoribus ſequẽter ſubnectemus. Qui-
docunq; igitur circa morbi ſtatim exordium, uel haud longe ab initio con-
uulſiones orſæ diutius perennant, à plenitate trahunt originem. Cum ue-
rò copioſos corporis ſudores, aut uomitiones, aut excrementorũ alui deiec-
tiones, aut ſanguinis profluuium, aut immodicas uigilias, aut famem, aut
permultas deniq; & uehementes cõmotiones, ſequuntur, à uacuitate ori-
ri certum eſt. Atqui ubi aliquis ſoſpitum ſubito cõuellitur, à plenitudine fi-
ri malum neceſſarium eſt. Verùm ſi ex febribus adurentibus totius corpo-
ris moles, & nerui pariter aruerint, ex illaq; ariditate conuulſio oriatur,
certè id exitioſiſſimum, & tantum non immedicabile malum eſt. Primum
igitur membra, quæ contrahuntur ualidè continenda ſunt, inordinatiſq;
motibus occurrendum. Confricentur itaq; in hunc uſum oleo rutaceo, aut
ſicyonio, aut ueteri, aut huius farinæ quopiam alio. Propinanda eſt ſedulo
mulſa. Cæterum qui ex inanitione cõuulſione uexantur, oleo, aut certè hy-
drelæo calente foueẽdi ſunt. In lauacrũ quoq;, niſi quid prohibeat, ducendi,
temperatoq; ſolio cum oleo ac frictione leniſſima utendũ. Nutriemus auti
ſic affectos, quæ ex chondro & alica fiunt ſorbitionibus, & uino tenui fa-
cilisq;

cilisq; digestionis diluto, nisi infestet febris, tũ enim ptisanæ cremore utendum, somnoq; uacandum. Sed quæ ex plenitudine aut phlegmone cõuulsiones oriuntur, plenitatis euacuatione eximiè curantur, phlegmonem peculiaribus suis præsidijs medendo. Fiunt præterea conuulsa nonnunquam cum uomentes lancinantur uehementius. Succurrit ipsis & acanthij radix, & acanthes albæ semen in potu sumptum. Aegyptiæ quoque acanthæ, & centaurij præterea tenuis succum nonnulli potui præbent, cum uidelicet ex plenitate contrahitur conuulsio. Neq; tamen ad bibendum modò porrigito, sed & foris quoq; cuti, castorium unà cum sicyonio illinito. Quod si his perpetratis non cessauerit interim conuulsio, cucurbitulas, cute scalpello circumcisa, imponito. Cruribus quidem contractis, coxendicibus & extremæ uertebræ: manibus uerò cõuulsis, dorso, & primæ ipsius uertebræ, partiq; humero superiacenti. Vno uerbo, si toto corpore ab affectione libero, labium aut palpebra, siue lingua subito contrahatur, dirum symptωma putandum est, magnos secum terrores apportans, licet exiles corporis partes affectæ uideantur, in his itaq; ab occipitio & primis cernicis uertebris fiat sanguinis detractio.

De rigore & differentijs eius. Cap. xx.

RIgor, quem τέτανον Græci nuncupant, cũ & ipse conuulsio quædam existat, euenit ceu gelu concretis, corporis, præsertim spinæ musculis, frigido humore foris & intus adstringente, unde in ea affectione cõstituti, neq; seipsos flectere possunt. Vbi igitur corporis membra anterius rigent & extenduntur, appellauerunt Græci ἐμπροσθότονον, nos rigorem in pectus. Quando retrorsus caput scapulis ueluti adnectitur, uocatur à Græcis ὀπισθότονος, Romanis fortasse non absurde rigor in scapulas. Quando autem ceruix cum reliquo corpore ueluti inflexibilis æquabiliter in utranq; partem rectà intenditur, τέτανος & ab illa, rigor simpliciter ab hac gente appellatur. Verùm Pelops affectiones has musculorum neruorumq; cernicis, extensionem contensionemq; nominat, quorũ beneficio in anteriorẽ, posteriorem partẽ, & quoquo uersum ceruix flectiuertiq; potest. Atqui si in posteriores musculos colli adstringatur ac rigeat. ὀπισθότονος ex accidente: si uerò in anteriores partes, ἐμπροσθότονος: sin rectà in utranq;, τέτανος nuncupatur. Causam huius mali asserit musculis repletis spiritu & aëre crasso ac nebuloso quodammodo. Affirmat etiam eundem supra modum frigidum & concretum esse, ac ideo difficulter mobilem: unde fit, ut sic affectis fomenta sicca magis conueniant quàm humida. Et hæ quidem tetani sunt differentiæ, sed omnes eadem ratione curantur. Præsentißimum uerò omnium est præsidium superueniens febris, mo-

Pelopis de rigore sententia.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

dæ porrò ſuperfuſionem, cum ſit (quemadmodum Hippocrates aſſerit) maximè temeraria, & ob hoc à recentioribus (ut arbitror) reprehẽſa, etiã noſipſi deuitamus. Vnguentũ probatur, quod accipit nardi pondo ſextariũ, ceræ uncias duas, fõlij, amomi, ſtyracis, maſtiches, caſtorij, adarcæ, euphorbij, piperis, ſpicæ nardi, cremoris balſami, ſingulorum † unciam. † denarium

Opiſthotonicis potio.

Panacis radicis, piperis albi, coſti, myrrhæ, ſucci papaueris paria cuiuslibet pondera, culcitram petentibus inſtar cicerculæ exhibebis. Conducit autem & orthopnoicis, hoc eſt, non niſi recta ceruice ſpirantibus. Eſto præterea in hac affectione cõſtitutis victus extenuans, expeditæ digeſtionis, & minime recrementoſus.

De tremoribus. Cap. XXI.

OMnis tremor generatim ex infirmitate neruorũ originẽ trahit, cuius locupletiſſimus teſtis ſenectus eſt. Priuatim uerò plures & diuerſæ cauſæ tremorẽ efficiũt, uidelicet frigidius naturæ temperamentũ, importunus frigidæ aquæ potus, præſertim in febribus, præterea gelidi et glutinoſi humoris abũdantia, atq; immodicus etiã uini uſus. Qui igitur ex delictis admiſſis apertè tremunt, à nociuis abſtineant. Perſeuerãtibus uerò diutiuſcule, factis in febrili affectione tremoribus, principio quidem uniuerſum corpus oleo Sabino, ſed in relaxationibus acceſſionum peruetuſto, aut Sicyonio, irrigato, extimas uerò corporis partes illitas mollib. lanis cooperito. Deinde cucurbitulæ à prima ſpinæ uertebra uſq; ad ſcapulas ſeu interſcapulũ, & lũbos defigendæ, mẽbris antea atq; præcordijs cataplaſmate ex hordacea pollenta illitis. Iam eadẽ hæc mẽbra lanis oleo uetuſto aut Sicyonio infectis cõtegãtur. Quod ſi febres in uetuſtatem incident, alternis diebus in oleũ, uel hydrelæũ deſcẽdendũ. Frictionibus ad hæc mollibus utendũ. Si uerò diutius procraſtinetur frigoris, quod ſubeſſe uidetur, diſpoſitio, propinandũ mulſum eſt et caſtoriũ. Calidis pariter locis geſtationẽ fieri cõuenit. Cibũ promptæ digeſtionis diductuq; facilẽ exhibebimus: primo quidẽ loco ſorbilẽ, deinde uerò alitũ, atq; piſciũ mollem carnẽ habentiũ. Finitis aũt febribus, lauandi ſunt, ſed abſtinendũ à gelido lauacro, et uini potione. Quod ſi multitudo craſſorũ & glutinoſorũ humorũ fuerit, incidentibus et extenuantib. utendũ: cuius generis eſt illud: Accipe ramuſculũ rutæ, ſpõdylij quantũ tribus digitis capi poteſt, caſtorij, nitri, uniuſcuiuſq; obolos duos, dato quotidie cochleariũ unũ cũ oxymelite, per uniuerſum triduũ ieiuno. Aut panacis et piperis grana quinq; propinato in mulſi cyatho uno. Sed et ſimplicia ante potata tremẽtib. ſuccurrũt: uerbi cauſa, caſtoriũ, leporis in cibo cerebrũ, altheæ radicis elixatio, damaſonij

Medicamentum craſſos & uiſcidos humores extenuans.

foliorum drach. quatuor in mulso, eupatorium cum aqua. Frigore autem modum excedente, & Zodymi unguento, ac ijs quæ contra paresim scripta sunt acopis & unguentis, & summæ cutis rubrificationibus, utantur, & exercitationibus perfricationibusq;. Cæterũ ob temulentiam tremuli, à uino, donec exacte malo liberentur, coercendi sunt.

Remedia quę oculis salubriter adhibentur, & primo de dolore, ex decretis GALENI decerpta. Cap. XXII.

QVando acerbissimi dolores oculos infestant, considerato, quon ex affectu corporis ijdem ipsis in inflammationibus prouenia. Aut enim propter rosionem uehementẽ ex dira in oculos pr manantium humorum acrimonia, uel ob tensionem tartarum tunicarum aut propter intensionem aliquam crassorum humorum, aut spirituum f tulentorum, grauissimi in ipsis cruciatus emergunt. Rosionibus itaq; p gantibus præsidijs quæ mordaces humores educũt, opitulabimur, & á albore oculis infuso. Vbi uerò maturitatem acquisierit inflãmatio, & a pus ipsum excrementis uacat, balneis nullum inueuias commodius aux lium. Sed ijs, quæ prima rudimenta ad plenitatem referunt, inflamm tionibus, euacuatione sanguinis, subductione uentris, & infernarum p tium frictionibus, mederi competit. Sed tunicarum intensionibus, euac to prius toto corpore, & humoribus qui sursum impetuose uergebant, a ima reuulsis: deinde remedijs topicis, quæ discutiendi uim habent, succu rendum est. Fotus igitur ipsis applicandi sunt, & fœnogræci infunden est decoctio. Vbi uerò crassi sanguinis materia oculorũ uenulas intend sine reliqui corporis succorum redundantia, potionem uini quod lenit calfaciendi, euacuandi, atq; aperiendi uim habeat non abdicamus.

De lucis oculorum perturbatione, & priuatim de Ophthalmia, id est, lippitudine.

Lucis perturbatio humiditas oculi est, simulq; cum rubore præter n turam calor, non ex internis ipsius corporis causis factus, sed foris aliq occasione adueniente: uerbi causa, sole, fumo, puluere, oleo: proinde cog ta ipsius causa, facillimè discutitur. In genere pturbationis huius ophth mia censetur: non modò forinsecus, uerùm citra euidentem quoq; caus ingruens, & ad tertium, quartum aut quintum diem plerũq; permanen Medetur ei citra negotium, præcautione omnium quæ foris luci iniuria inferre possunt, nutricatus parsimonia, aquæ potu, aut deambulatione, uiq; scita deiectione.

De phlegmone oculorum.

Cum oculi inflammatione tentantur, post totius corporis purgation illiniti

illinitionibus utendum, quæ epiphoram, hoc est, humoris pituitosi impetum possint discutere, et irritationẽ mitigare: uerbi causa, Nilei diarodon, aut Mediacum & Nardinum. Tunica uerò adnata siue coniunctiua, inflammatione correpta, utemur collyrijs, quæ ab effectus celeritate monemera dicuntur, cum oui albore infusis: postridie uerò nisi phlegmone intendatur, oleum nardinum illiniendum est. Fomentis autem elixationis meliloti, & fœnogræci, uti consilium est. Quod si ex crasso humore lippitudo proueniat, medicamenta quæ neq; obstruendi, neq; humoris incrassandi, sed quæ diffundendi, humactandi, & excernendi facultatem habẽt, utilia sunt, cuius generis est, chiacum. Quod si in capite obstruantur madores, cucurbitulam ceruici impone, uel scarificato, uel hirudines fronti iuxta affectum oculum admoue, aut cataplasma ex pane syncero aqua macerato, cum exiguo rosaceo, aut polentis coctis, aut papaueris decocto superaccommodato. Efficatiore etiam simili modo utendum est cataplasmate, è croco & meliloto, & palmularum carnibus, & tenerioribus coriani foljs, quis q; & tritico tosto, & micis in decoctum insperſis, & exiguo rosaceo, capitumq; papauerũ decocto solutis. Semen quoq; papauerũ quandoq; mitigandi doloris gratia miscetur. Quod si doloris uehemens fuerit necessitas, momentũ opij adijcitur: sin autẽ leuis dolor infestarit, deuitanda sunt narcotica. At si mediocris phlegmone fuerit, aloën sine appendice, aut aqua, aut oui albore imbutam illinito. Sed ut præsentius fiat auxiliũ, adijce croci drach. sex, aloës sedecim, comeos nouem, aqua cœlesti excipe, collyriaq; concinna: sed & διὰ κρόκα, nuncupata remedia, ab ophthalmiæ principio peraccommodata habentur. Quos uerò præmenti digito cedens, turgidiusculus & percandidus circa palpebras et adiacẽtes partes tumor, absq; tunicarum offensa infestat, his quamplurimum opis afferent liquida collyria, ὑγροκολλούεια Græcè appellata, è croco ac atramẽto sutorio, melleq; cõtexta. Illud uerò saluberrimũ cẽsetur inter omnia.

Vehementi dolori anodina adhibenda.

Liquidum collyrium indolorium.

Metallici atramenti sutorij, mellis Attici, cremoris fœnogræci, pares portiones elixabis ad mellis usque consistentiam, deinde nucleo specilli utrunque hircum attingito.

Ad Epiphoram, id est, tumorem oculorum ex defluxione cum phlegmone.

Aduersus humorum decursus in oculos (quas epiphoras Græci dicũt) in principio statim congruit inedia, aquæ potatio, & omnium multo maximè castitas. Ad hæc aluus subducatur, posca diluta madefiat facies, præcipuè si feruens fuerit defluctio: sin minus, atramẽto sutorio cũ melle front

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Catharticum & diarhodum collyrium, candidum & cineritiũ, quod ſpodiacum dicunt, cum lacte aut oui albore: quibus illiniendæ ſunt palpebræ, tempora, atq; frons. Fomentis præterea & cataplaſmatis, quæ leniendi facultatem obtinent, utendũ. Vbi uerò ſedatur phlegmone, acrioribus ſubungendum cenſeo: è quorum numero habetur diarhodum uiride.

De hypoſphagmatis, id eſt, uenarum ruptionibus, & oculorum tumoribus, quæ Græci ὑμφυσήματα appellant.

Hypoſphagma, ruptio quædam uenarũ coniunctiuæ tunicæ perhibetur, ex ictu plerunq; contingens. Sanguinem igitur ipſis palumbi aut columbæ, aut calidum lac muliebre infundito, momento thuris abſtergens. Vel muriam inſtillato, maximè uerò ſalis Cappadocij. Vtilis item fotus ex hyſſopi decocto adhibitus. Conducit uerò laxis tumoribus, qui oculis ex plaga proueninut, fotus è poſca cõtinuus. Spongia itidem poſca infecta & applicata. Spheclariũ præterea cõbuſtũ, & ſtercus columbinũ, pari pondere, uino aut aceto diluta inungito. Cataplaſmatis uerò inſtar caſeum recentem, aut radiculæ corticem, aut uuam paſſam abſq; acinis, ſingulatim in poſca aut mulſo applica. Hæc quoq; contra ciliorum incrementa, quæ Græcè ὑμφυσήματα dicuntur, faciunt.

Ad Emphyſemata pruriginoſa, & oculorũ ſcabredinem.

Emphyſema palpebræ excreſcẽtia & inflatio eſt, laxo tumori ſimilis. Pſorophthalmia uerò, pruriginoſa palpebrarũ ſcabies eſt, ex ſalſo, nitroſoq; humore ducens originem. Expedit ipſis cũ poſca, tũ lenticulæ decoctum, tũ roſarũ ſuffitus, tũ illud deniq; hygrocollyrium, æris drach. ſex, miſyos cõbuſti, myrrhæ, uniuſcuiuſq; drach. tres, croci unã & ſemiſſem, piperis drach. uini Chij, & paſſi Cretici, ſingulorũ ſeſquicyathũ, coquito ad mellis uſq; ſpiſſitudinẽ. Hæc eſt, quã omniũ utiliſſimã eſſe credidit Eraſiſtratus. Valet etiã ad anginã, oris hulcuſcula, ucrẽdorũ, et auriũ dolores. Illiniantur aũt & oleo genæ, ſubſomnũ. Vitẽtur uerò acida, ſalſa, et acria.

Pſorophthalmia.

De Sclerophthalmia & Xerophthalmia.

Morbus quidẽ oculi, quẽ σκληροφθαλμίαν Græcè nũcupãt, durities quædã & difficilis admodũ palpebrarũ eſt cõmotio, cũ dolore ac rubedine, abſque humore. Quocirca ſpõgijs aqua calida imbutis oculos idẽtidẽ fouere, et palpebris, ſomnũ inituro, ouũ cũ roſaceo, aut adipẽ anſerinã imponere, expedit, fugiẽtes frigida, quæq; duritiẽ cõciliãt. Caput uelari, et pinguedine obliniri, aluusq; ſubduci debet. Ξηροφθαλμία uerò, pruritui ſimilis oculorũ eſt, ſine fluctione diſpoſitio. Medẽdũ huic lauacris, et inũctionib. et boni ſucci nutricatu. Nõ mediocri uerò utriſq; iuxtà fuerint præſidio medicamẽta tã acria, ut lachrymas eliciãt p quæ durities de ſuo rigore remittetur,

Auicenna Geſſe uocat.

& ariditas humeſcet. Huiuſmodi exiſtit & Eraſiſtrati, ab exuberãti uſu ὠὰγχης, & quod appellatur dicenteton, & id quoque cui cognomentum eſt σταλωλικὸν.

De Ectropijs.

Inuerſio palpebrarum hæc eſt affectio, uel ad cicatricem, uel ad carnẽ ſubexcreſcentem referens originem. In quibus ergo, ſubexcreſcentia carnium in uetuſtatem incidit, raſilem æruginem torrefactam terito & admoueto, aut plumbo cremato cum ſulphure ignem non experto, & loto, aut ambobus æquis partibus, tum æris flore, tum plũbo, utitor: nam quod à cicatrice naſcitur Ectropion, ſiquidem curationem conſummatam moliri animus eſt, manuum operam deſiderat.

De Aegilope & Anchilope, oculorum abſceſſibus.

Aegilops abſceſſus eſt, qui inter maiorem oculi hircũ & nares fit, qui ruptus ſi negligatur, uſq; ad os fiſtulam aperit. Idem priuſquã diſruptus exulceretur, Anchilops appellatur. Magnificè igitur conducit glaucium, & crocus, unà cũ ſucco perdicij applicata: iugiter uerò permutari debẽt, & neq; pati dum mutentur ipſa. Halix Aliud: † Salix in aceto elixa, & ſatis friata: non modò incipientibus, ſed & in ſuppurationem iam cõuerſis, ſuccurrit, aperitq; & ad os uſq; deſcendit. Hoc ſi quis utatur, nõ Aegilopas ſolum, uerùm Anchilopas etiam medebitur. Aliud: Ruta ſatiua cum lixiuio trita, decocta, & impoſita, ægilopas præclare admodum inſtaurat, & uſq; ad os penetrat. Intra initia duntaxat mordet, ſed poſtea non ita. Atq; ſuſpiciendum interim, quod nullam poſt ſe turpem cicatricem relinquat. Aliud: Cochleas cum teſtis tritas imponito. Nonnunquam uerò & aloë quoq;, aut myrrha admixta. Id ſi ante ſuppurationem & poſt rupturam inducatur, ægilopa exiccat.

De Trachomate, id eſt, ſcabricitate.

Trachoma genarum interiorum ſcabrities eſt. Harum extenſio rigida, quæ eò peruadit, ut uelut in fiſſuras exaſperetur, Sycoſis uocatur: quod ſi inueterauerit & occaluerit, Tyloſis appellabitur. Collyrijs igitur utendum, tum illo quod è uino, tum eo quod è duobus lapidibus conſtituitur. Necnon & ipſo hæmatite lapillo aqua eloto, genis hiſce confricatis. Atq; Hermation cũ exiguo cygnario, aut diacrocu, non tam ad hæc, quàm ad pſorophthalmiam ſine exulceratione congruit, inuerſæ genæ illitum. At ſi callus durior, his non uincatur præſidijs, genã cõuerſam pumice, uel teſta ſepiæ, uel fõlijs ficulneis, aut inſtrumento deniq; quod à palpebrarum raſura Blepharoxyſton uocant, abradimus.

De

De Chalazijs, oculorum tuberculis.

Chalazium, palpebrarum candidum est ex humore ocioso tuberculũ: cui medendo ammoniacum aceto liquatum cum galbano illimito. Opitulatur uerò huic quoq; uitio, unà cum ceroto excepta terebinthina.

De Chrite, seu hordeolo.

Hordeolum, quod κριθὴν *Græci nominant, tuberculum est, quod in palpebra hordei longiusculi similitudine, supra genas extrinsecus nascitur. Oportet cera candida fouere, aut muscæ capite amputato, reliquo corpore perfricare, aut cum hordeorum diluto perfundere.*

De pediculatione palpebrarum.

Expurgatis ante omnia pedunculis, aqua marina tepida abluere palpebras expedit: mox medicamentum quod subscribam, cilio applicare: Accipe aluminis scissilis portiones duas, staphilidis syluestris, quam pediculariam uocant, portionem unam, quibus tritis utere.

De Madarosi, siue Milphosi palpebrarum defluuijs.

Madarosis oculorum morbus est, quo palpebrarum pili defluunt. Post uniuersi igitur corporis diligentem curationem, smegmatis quæ cognomento καλλιβλέφαρα *(hoc est, quæ uenustatis palpebrarum gratiam lenociniumq; inducunt) nuncupantur, ad profligandum illud oculorum uitium utamur. Terræ Ampelitidis, croci Celtici, ladani, æquales partes tritas, cum usus poscit, adhibe. Aliud: Stimmeos usti & eloti drachmam, plumbi cremati & abluti drach. quatuor, croci tantundem, nardi Indicæ drach. treis, unà contere atq; utere. Aliud: Palmularum ossium crematorum drach. treis, nardi Gallicæ duas, ubi triueris in farinam, utere. Hoc scabiosis quoq; oculis succurrit.*

Medela Neapolytæ, ad palpebrarum defluuia, & diuturnos ciliorum affectus.

Stimmeos, cadmiæ, chalcitidis, missyos, xenici æquas singulorum partes in crassa frusta incide, melleq; subacta torrefacito, leuigatisq; utitor.

De Ptilosi.

Ptilosis palpebrarum est in callum indurata crassities, rubens, quam magna ex parte capillorum defluuium comitatur. Præter memorata igitur extreme etiam proficit muscerda deusta, melle læuigata & illita.

Ad superciliorum Madarosim, uel glabreta.

Oleo, seu seuo anserino infectis digitis plumbũ cõtere, eoq; locum oblinito. Aliud: Hoc nonnihil nigroris quoq; inducit: Nuces ponticas crematas, cũ adipe caprino, ursino ue seuo tritas illinito. Aliud: Quod adimenti alopecias, plusculũ tulerit præsidij: Herbæ Apollinaris drch. duas,

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

poteſtatem habent, admouenda eſt, unà cum peculiari hulceris medela, cuiuſmodi collyria quidem ſunt Libanium, cygnus, et quæ pelaria appellantur, item aſter, & conſimilia: præterea quæcunq; ex malo & terra aſtere, ceruſſaq; conſtant. Certò aũt ſcimus omniũ præſtantiſſimũ anodynum eſſe Ilamonem, cæterũ in eius uſu perſeuerandũ non eſt, quoniã uehementiſſime ſi quicquã aliud ſtuporem inducit. Vtiliſſimũ porrò τὸ ὀλὸ ζημάτων. nihil planè ſtuporis obtinens. Quod ſi cũ fluxu fuerit exhulceratio, illorũ quodpiã collyriorũ admiſcebimus: quale eſt, quod ex hydra cõponitur, & Chiacũ, & fuluus cygnus, & breuiter quæ repultricis, ſine roſione facultatis ſunt. Aduerſus autem ſordida ocellorum hulcuſcula, mulſa modicè dilutа, atq; fœnogræci decocto utamur, atq; illis quidem tum ſeorſim per ſe, tum adiectis etiam quæ ad eam rem facta ſunt collyrijs: Acutiora quidem ſi fuerint hulcera alba, Seberiano, & quod ex fœnogræci ſucco contexitur. Vbi uerò acria non ſint, collyrijs quæ myrrhã habent, & nardino unguẽto, maximè utendũ. Cæterũ hulceribus ad unguem expurgatis, Cleon medicamentũ poteſt cicatricem inducere, & eidẽ ſimilem colorẽ induere.

De Proptoſi, uaſto tumore, qui oculum ſua ſede propellere uidetur.

Proptoſis caſus eſt uuæ tunicæ, ab exeſu ſiue diſruptione corneæ proueniens, quæ exigua adhuc, modis omnibus muſcæ caput referens, Myocephalon nuncupatur: aucta uerò amplius inſtar uuæ acini, Staphyloma dicitur. Vbi uerò adeò egreditur, ut palpebris ſuperemineat μύλωρ: cũ demiq; obcalluerit, Clauus, Græcè ἦλος appellatur. Quocirca ſi mediocriter tantum oculus, ueluti ad muſcæ capitis inſtar à ſuo iuſto modo procidit, medicamentis quæ diſcutiendi, aſtringendiq; potentiã obtiment, utendũ: uerbi cauſa, Chio, Phæo, Nardino, & Theodotio. Et eo quod è ſummo oleæ coliculo, & ex cornu conficitur. Spongia, poſca, aut uino adſtringente, aut roſarum decocto imbuta, oculis ſine dolore alligetur, aut ſplenium. Cæterum præcipuũ bonitatis honorem aduerſus procidẽtias & omnia hulcera habet Olympiacum, aut Olympus appellatum, cum cremore oleæ aut polygoni, aut polij. Eadem quoque ipſa & hulceri Clauo congruentia ſunt, & Stahpylomatis priuſquam albeſcant. Nam quæ maculas candidas contraxerunt, & calli inſtar obduruerũt, inſanabilia cenſentur.

Myocephalon.
Staphyloma.
Μύλωρ.
Clauus.

De oculi ſugillationibus, quæ Græcè ὑπώπια dicuntur.

Hypopyon in cornea oculi membrana quandoque naſcitur, nunc quidem in imo, nunc uerò in ſummo, ungui humano forma non diſſimilis ſuppuratio: quæ cauſa eſt, ut Vnguis oculi etiam hoc malum appelletur.

pelletur. Scopus itaque curationis huius est, ut pus quod in tunicula coi per ea quæ nõ uiolenter discutiunt, dissipetur: cuius farinæ sunt aquæ mu sa, & fœnogræci cremor, & quæ ex eodem contexuntur collyria, atq; l banium, & quicquid è thure, concinnatur. Aut confringatur uomica, e cum ualentioribus expurgetur: è quorum albo sunt collyria, quæ myrrh habent, & hygidium. At qui hypopyis absq; exulceratione medendis, et illo utendum est liquido collyrio, cõposito ex atramenti sutorij, croci, sin gulorum drach. octo, myrrhæ quatuor, mellis libra. Cæterum phlyctæn cum corneæ membranæ extuberantia sit, ex humore compagem ipsius c coriante, curationi subijcitur sugillatorum.

Medicamen humidum ad hypopya, Bassi.

Sumito croci, aloës, myrrhæ, uniuscuiusque unciam, uini uncias trei mellis optimi uncias sex, diluatur crocus cum uino exiguo, deinde aloë myrrha, & simulatq; crassitudinem præfert, injcito ipsum mel. Vnita se uitreo reponito: bis autem quolibet die terue, si necessitas urgeat, illin to. Vnà quippe opera oculum purgat, carnẽ reficit, & cicatricem induci

De cicatricibus & leucomatis.

Vlæ. Cicatrices quæ in summa superficie oculis innascuntur, à quibusdã g nerali nomine cicatrices, à nonnullis uerò nebulæ: quæ altius radices eg

Leucomata. runt, leucomata, id est, albugines dicuntur. Quibus sanè medicamenta

Nephelia. stergendi purgandiq; facultate prædita subueniunt. Leuiores uerò mac las nebulas inquam, anemones succus exterit, atq; minoris centaurij cr mor, cum melle. Eas autem quæ longiore temporis spacio perseueraueri cicatrices, cedriæ liquor extenuat. Aes item absq; additamento aqua in star collyrij tritũ: & detergentia collyria, cuius generis est, quod è corn ceruino fit, & rhinarion, hecatombeq;, & similia. Sed leucomata, nitru oleo perue tusto accuratè maceratum, scitè illitũ, discutit. Idem sepiæ tes cremata, cum melle liquefacta, pulcherrimè præstat. Inter collyria auten

Collyrium diamamira. hoc quidem haud insciter & clementer extergit. Mamiræ, guttæ ammoni cæ suffiminis, myrrhæ troglitidis, oletuli crocodylorum, æquis partibu redige in collyrium, atq; utere: aut compositis ex aqua dissoluto crocodi terrestris stercore collyrijs, maculas oblinito. Haud improbè feceris, si Cappadocicis salibus aqua dilutis collyria, natura contra albugines com parata, guttatim instillaueris.

Cicatricum tinctura.

Gallæ, acaciæ, singulorũ unciæ media, atramenti sutorij drach. bina Collyrium præterea illud proficit. Mali Punici floris, cytinorũ, atramen ti sutorij, acaciæ, gummi, uniuscuiusq; uncia dimidia, stimmeos, gallæ, si

gulorum drach. duæ, aqua ſoluuntur. Cum autem mali Punici flos ad manum non fuerit, tum quæ inſtar membranæ intra acinos ſunt, admiſceto.

De Pterygijs, hoc eſt, unguibus oculorum.

Vnguis, quod Pterygion uocant, neruoſa quædam adnatæ membranulæ excreſcentia eſt, oriens quidem ab angulo, ſed ad oculi coronam procedens, quæ ita nonnunquam augeſcit, ut pupillam operiat. Magna igitur et inueterata pterygia non niſi chirurgica manu excidũtur. Recentiores uerò & mediocris magnitudinis, abſtergentibus præſidijs expugnantur: cuius generis ſunt quæ Græcorum medici τραχωμαλικὰ καὶ λαγνωμαλικὰ dicunt, quod nimirum illa trachoma palpebrarum aſperitatem, hæc albugines, leucomata appellata, proprie conſumunt. Ex incompoſitis quidem. æs crematum, aut atramentum ſutorium, cum felle ſuillo optimè cõducit. Sed longe efficacius hoc, cum atramenti ſutorij partem, gummi partem ſemiſſem uino macerata inungimus, uel collyria conformamus. Nonnulli uerò fel caprinum melli confuſum illiniunt.

Ad Pterygia, Hypopyos, & Amblyopias Oribaſij.

Habet lapidis Magnetis, eruginis raſilis, ſinopidis, guttæ ammoniacæ thymiamatis, ſingulorum drach. quatuor, croci drach. duas, mellis Attici cochlearium. Hoc etiam confert in medendis albuginibus.

De Antrachoſi, & carcinomate.

Carcinoma, id eſt, Cãcer, in cornea oculi membranula abſceſſus eſt, magni doloris, tunicarũ ruborem & dilatationem præferens, cruciatus pungens uſq; ad tempora protenditur, potißimum ſi concutiantur: appetitu præterea carent, & ad acriora medicamenta exacerbantur: hoc malum remedijs non uincetur. Oblectamentis tum dolor leniendus eſt, potu præſertim lactis, frumentacearum & probi ſucci, epularũ porrectione abſq; ulla acrimonia. Collyria quoq; dolorem ſedantia infundantur: uerbi cauſa, Spodiacum, Seberianũ, atq; id genus quæcunq; alia. Conſulendũ præterea bono totius corporis temperamento. Atqui Carbunculus quoq; hulcus eſt maleficum, difficile, cruſtoſumq;, quod nũc quidem bolbo, nũc uerò palpebræ, quemadmodũ & alijs quibuſcunq; corporis partibus cõtingit. In eius uerò carbunculi, qui in bolbo oboritur, curatione, principatum tenet, ea quæ ſtatim quidem ab initio fieri debet cum clyſtere euacuatio: deinde lacte coctionem non experto moderata expurgatio, mox ſpongia ſoto, farinam eruineam aut triticeam in mulſo elixã, adglutinare expedit. Nõnunquam & iridi pollinem eius ſuperapplicare, lacteq; oculum eluere. Quod ſi edendo repant exulcerationes, lenticulam cũ melle, aut malis cydonijs decoctis àccommodare. Si latius depaſcendo diffunditur hulcus, ſo Anthracoſis.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

detractione, hirquorũ expurgatione, aut per clysterẽ inanitione: mox apo phlegmatiſmis pituitam detrahere, aut ſternutationes ciere præcipiemus. Potui uerò hyſſopũ, aut rutã ante cibũ offerre expedit. Quod ſi his pactis nõ ex animi ſententia ſuccedat, rurſus medicamentũ expurgãdi facultate præditũ, ex ſcãmonia et caſtoreo exhibeatur. Oculi melle deſpumato inungãtur, cõniuẽtibuſq; ipſis ac cõpreſſis humida intus cõtineãtur. Aluminis cõbuſti portiones duas, ſalis foſſilis partem unã, cõtere cũ melle, atq; ſublinito. Aliud: Iecur hircinũ aſſatur, atq; inter aſſandum aquoſus inde humor collectus inũgitur, ipſum uerò hepar edẽdũ exhibetur: decocti uerò iocinoris uaporẽ oculis aptis accipere cõtra nocturnã cæcitatẽ præcipitur.

Vehementiora medicamina.

De glaucomate & hypochymate, ex Rufo.

Glaucoma & hypochyma, unum idemq; mali genus eſſe antiqui putauere. Poſteriores uerò, glaucomata quidem cryſtallini humoris uitia, quæ ex humiditate in glaucum colorem tranſeunt, exiſtimauerunt. Hypochymata uerò, humorũ ſuffuſionem, qui in medio corneæ & cryſtallinæ coactiſpeciem impediunt. Sunt autem omnia glaucomata ex ijs uitijs, quæ nullo prorſus eliduntur remedio. Hypochymata uerò, ut non ſunt incurabilia, ita neque omnia ſanantur. Verùm illis qui eiuſmodi oculorum ſuffuſione tentantur, antequam morbus cõſiſtat, ſanguinis è cubito detractione, expurgatione, euacuationibuſq; acrioribus ſuccurritur: uerbi cauſa, ex centaurij decocto, aut cucumeris amaræ, & alui crebriore ſolutione, cucurbitulæ in occipite, circũciſa ſcalpello cute, adglutinatione. Per uniuerſam uictus rationem, aquam potus loco ſumere, ex re & uſu fuerit: alimentis item extenuantibus uti. Conferent autem temporis progreſſu, et apoplegmatiſmi per dies aliquot. Quicunq; uerò perperam quippiam intuentur, perinde atq; ante oculos imagunculis obuerſantibus, è prauo aliquo humore, aut bilioſioribus uaporibus ſurſum halantibus, his medicamentũ ex aloê amarum exhibebimus continuò, aut cõ illo quoq; purgabimus. Cæterum in oculis itidem medicamentis utendum, primum quidem ſimplicibus, quemadmodum melle & oleo cum fœniculi cremore: Secundo uerò compoſitis, cuiuſmodi fuerit illud: Sagapeni didrachmiũ, ſucci Cyrenẽſis, ueratri candidi, ſingulorum drach. ſex. Alij in mellis acetabulis octo excipiunt, nos autem, Oribaſius inquit, proximè ſequenti utimur: Caucalidis liquoris, chamædryos, ſanguinariæ uniuſcuiuſque æquales partes conteruntur. Faciũt uerò bene etiã collyria, & quod ex ſucco fœniculi conſit. Proteus præterea & Thalaſſerus, & è ſucco balſami confectum, & ex his contexta collyria naturæ aptitudine opitulari poſſunt. Marathri ad hæc decoctum in principijs ſuperfuſum oppitulatur, medicamentumque ex

Glaucomata.

Hypochymata.

ſuccis

ſuccis, & opobalſami, melle, & oleo ueteri, & id genus alijs.

De oculorum hebetudine, puta Amauroſi & Amblyopia.

Ἀμαύρωσις. Ἀμβλυωπία. Caligatio eſt totius plerunq; cernendi uſus abſq; manifeſto oculorũ uitio impedimẽtũ. Obtuſio uerò, quã ἀμβλυωπίαν Græci uocãt, hebetudo uidẽdi eſt, ex cæca quadã occaſione proueniens. Curatio aũt ei in uniuerſum eadẽ quadrat, quã antea in ſuffuſionib. oculorũ explicauimus: Spectatim uerò ex oculorum hirquis ſanguinis euacuatio, hirudinum circa tempora adiectio, & infernarum partiũ frictiones. Progreſſu uerò temporis, ſternutationem cientibus utendum, & ante cibum uomitionibus, illinitionibuſq; modicis. Primum quidem ex mellis & olei æquis partibus. Deinde ex his quæ ſequuntur concinnato medicamento. Sumuntur croci oboli bini, fellis hyenæ drach. una, piperis communis grana octogintaquinq;, cremoris fœniculi drach. ſedecim, guttæ ammoniacæ thymiamatis drach. una, diſſolutis aridis cum ſucco componuntur, mellis cochlearia quatuor adijciuntur, præparata & excepta ærea pyxide ad uſus ſeruantur. Ante illinitionem autem oculi in calidam aquam marinam immerſi, fouentur.

De Strabiſmo, hoc eſt, aſpectu obliquo.

Diſtortiones oculorum à generatione, corrigũtur in infantibus, ſi perſona ita faciei oppoſita circumponatur, ut in rectum uiſus deferatur. Strabiſmus enim conuulſiua muſculorum qui bolbum mouent, eſt affectio, & lucerna è regione poſita, non ex obliquo apparente, emendatur. Sed quando nares uerſum oculi detorquentur, floccos rubro colore ſuffuſos, oculorum hirquis circa tempora adglutinato, ut ad hos fixis luminibus directè intuentes, corrigant oculos.

De Ecpieſmo.

Ita quandoq; exprimuntur hominis oculi, ut exerti perſeuerent, quibus ex ſtrangulatu uitium oritur. Inciſio uenæ cubitus, præſidio eſt. Si ex alia quapiam occaſione uſuueniat, ueratro nigro, aut ſcammonio aluus ducenda eſt. Eliſiones uerò oculorum, quæ ex doloribus proueniunt, ſæpius enim ex niſu laborantium è dolore partus contingunt, purgationes naturales ſoluunt, unde opitulandum eſt etiam illis. Viris autem poſt ſanguinis detractionem, ſi non quieuerit malum, occipitio cucurbitulam adhibeto, lanamq; melle illitam imponito, aut floccos cum aqua, ſuperq; linteum duplicatum, ſuſpenſa manu adalligabis. Expedit præterea, aqua marina gelida uultui ſuperfuſa, Cichorij item cremor, & ſeminalis herbæ cum lachryma papaueris: & alia contrahendi & aſtringendi poteſtate prædita.

De oculi ſuffuſione, quam σύγχυσιν Græci uocant.

Confuſiones ex ictu, ſanguinis à cubitu detractio, ſanguen item potiſſi-

me

me nuper peremptiturturis curat: ſin minus, uniuerſum oculum ſanguine columbino opplentes, occurremus: deinde lanam mollem in ouo contuſo cum uino & roſaceo maceratã imponito & alligato: ſequenti uerò die idem faciendum: tertio foueudum, lac inſtillandum, et ex rebus idoneis cataplaſma adglutinandum: poſtremo collyrijs, quæ ad ueteres affectiones faciunt, perungantur: uerbi cauſa, Chiaco.

De Myopiaſi.

Luſcioſi quos μύωπας Græcè uocant, ij dicuntur, qui ſtatim ab ortu quidem ipſo, oculis propius admota cernunt, ſed longius diſſita ſpectare nequeunt. Inſanabilis ſanè iſtiuſmodi affectus eſt, ob ſpiritus uiſui unde naſcitur, debilitatem. His contraria omnino patiuntur decrepiti, nam quæ longius diſtant, exactius quàm quæ admota ſunt oculis conſpiciunt.

Auricularia, & ante omnia de aurium dolore.

Cap. XXIII.

QVi ex refrigeratione auriũ dolor ſuſcitatur, et ex anni tempore, anteactaq; uictus ratione, aut laborantis temperamento: ſiquidẽ ex prætorio euidentiq; cauſſarum genere proficiſcitur, quod in ima auriũ parte dolor ingens fixus, abſq; grauitate ſine ulla diſtẽtione ullóque ardore ſentiatur, calorificis curabitur præſidijs, auditili meatui, oleum rutaceum calidum, aut nardinũ, aut laurinum, aut amaracinũ, aut phulliatum, aut ſpicatum, aut commune, cum euphorbio, aut pipere, aut caſtorio, aut commagenum, quod uocant ungentum, aut ſuccum balſami inſtillando, Et oleum præterea in quo feruefactum ſit allium, aut cepa, auribus inſtillatũ, auxilio eſt. Ad dolores auriũ ex frigore.

Vbi uerò calidæ intemperaturæ dolor fertur acceptus, in quo feruorem quendam citra grauitatem aut diſtenſionẽ ſentiũt, contrarijs auxilijs occurrendum eſt, candidus oui liquor colliquatus auri infuſus perinde atq; in oculo, & lac muliebre, cum aliquo ex anodynis collyrijs, aut cremore perdicij, cũ exiguo roſaceo, & id ipſum quoq; ipſe, aut oxyrhodinũ, aut ſuccus ſolani, aut coriani, aut aſphodeli, aut oleũ in quo lumbrici, aut aſelli, qui in locis uliginoſis ſub ſitulá ue reperiũtur, decocti ſint: aut oleum amygdalinum per ſe: aut uiuentia buccinatria, in eo elixa, à natura faciunt. Ad langores ex calore.

Cæterum ex uiſcidis & craſſis conceptũ humoribus dolorem, è capitis, ipſarumq; aurium grauitate et anteacta uictus ratione cognoſces. Sola abſq; ulla grauitate diſtentio, ſpiritum aurium introcluſum colluctari in profundo teſtatur. Vtendum itaq; in utriſq; aperientibus & incidentibus medicamentis: cuius generis eſt, aphronitrum cum aceto & melle, atq; bilis ouina cum oleo communi, ſiue amygdalino: necnon & porri atq; cepæ ſuccus tepens cum melle, aut origanum deniq;

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ribus afflictis inſtillato, dolore quidem inſeſtate roſaceo diluta: ſi purulentia adſit, mulſo aut oxymelite: ſin difficultas auditus, aceto. Porrò hulcera recentia, glaucium in aceto ſubactum medetur, & quæ ex eo conficiuntur collyria. Faciunt idem diarhodon, diacrocu, & diaſmyrnes. Quemadmodum rurſus ſuppurantia citra dolorem, ſcoria ferri cum aceto diutule læuigata.

Auicenna memi che uocat.

Ad ſordes aurium induratas.

Nitrum aceto maceratum cum aqua auriculæ illinito, & abſterſis ſordibus, eadem liquefacta addito roſaceo inſtillabis. Aliud ad ſordes eximendas: Cardamomum & nitrum exiguum cum caricis abſq; interioribus granis excepta, in collyria digeruntur, auribus induntur, & per triduum geſtata, educunt ſordis plurimum, & haud mediocriter leuant. Cõducit autem inſuper excreſcentijs carnium, diutinis doloribus & exhulcerationibus, aloës, thuris, myrrhæ, ſingulorum drachmam, miſyos quatuor, quibus cum aceto in paſtillos coactis, ubi utendum fuerit, aceto & roſaceo ſoluta, infundito, & paſtillum Andronis, Heræ, & Muſæ.

Ad inueterata hulcera.

Cedrinum liquorem cum melle confuſum, illinito. Aliud: Myſi combuſtum, & in farinam tritum, hulcuſculis inſpiratur. Oricularioq; clyſtere aures lauantur poſca aut oxymelite, aut mulſo, aut iure alicuius expellendi uim habentis, ueluti, lentis aut roſarum.

Ad aures cruore pollutas.

Elue auriculam rotundi odorati iunci decocto, polygonij uerò cremorem cum quàmminimo aceto inſtillato, aut lycium, aut amurcam, aut acatiam, aut porri deniq; liquorem.

Ad carnium præter uaturam incrementa.

Nitrum ex aqua calida lauato, unà cum ſquamulæ æris, & ſandaraches, æquis partibus: cruſta uerò obducta, melle repurgatur.

Ad aures uerminoſas.

Si uermiculis aures infeſtantur, abſinthij aut centaurij, aut porri decocto colluendæ ſunt. Inſtillabis item capparis foliorum recentium, aut fructus eiuſdem cremorem, aut liquorem cedrium, aut humanum lotiũ peruetuſtum, aut ueratrum album cum melle, aut nepetæ ſuccum, aut ſcammoniam cum aceto, aut ſuccum abſinthij. Oleum quoq; meatui inſtillatum, ad ſummum ipſos euocat. Præſtat autem acetum oleo temperatum. Et aduerſus animalcula, quæ auribus incidunt, ijſdem utitor.

De calculis & cõſimilib. quæ auribus inciderũt, extrahẽdis.

Auricularium ſpecillum lana inuolutum, terebinthina, aut gummi,

aut alio quopiam glutinoso madefactum in aurem demitte, sic enim extra
hes. Quod si per id parum proseceris, oleum calidũ meatui assiduè instil.
lato. Si ne tum quidem eijciatur, aut cõprehendatur, alia aggrediunda est
uia, quemadmodum in uolumine de Chirurgia prosequemur.

De sonoribus ac sibilis, aliisq; incertis sonis.

Quod si aurium tinnitus in febribus, aut earundem decretorijs proue
niant. noli quid negotij facessere, propediem nanq;, cũ plurimum, sponte
hæc murmura cessant. At si post ægrotationem perdurauerint, absinthij
decocto auribus fotis, acetum atq; rosaceum infunde, aut radiculæ cremo-
Ad inueterata aurium murmura. *rem cum rosaceo, aut hellebori nigri cum aceto. Contra ueteres aurium so*
nos ex crassis & uiscidis humoribus obortos (deprehẽdes autem id, quod
non uniuersim, sed particulatim obueniunt, consistantq;) aceto & nitro,
& melle aures eluito. *Aliud:* Veratri candidi drach. *duas, castorij tan-*
tundem, croci tres, nitri sedecim, in aceto dilutas dirige in rotulas, & re
postulante utitor.

Ad diuturnos aurium tinnitus & sibilos.

Euphorbium cum oleo cyprino temperatum, calfactumq; murmuri
tibus auribus utiliter infunditur. Sed his, qui ad amplum consensum uapo
rum & spirituum caput tentantium, sonitus aurium referunt, casto-
rium, & semen cicutæ in aceto dilutum atq; contritum, instillato.

De grauitate auditus & surditate.

Surditates quæ è primo statim ortu, aut post partum quidem, sed diu-
turno iam tempore, & absolute hominem occupauerunt, curationem non
recipiunt. Quæ autem absolutæ non sunt, sed inueteratæ tamen & ipsa
insanabiles planè sunt, aut ægerrime profectò curantur. Quæ ex bilioso
humore sursum uergente constantur, non admodum difficulter euacuatio-
nibus, quæ medicamentis bilem deducentibus fiunt, discutiuntur. Nonnul
læ etiam nulla medela adhibita, ultro abolentur bile ad inferna descenden
te. Surditates uerò, uel audiendi grauitatem è crudis et crassis humoribus
prognatas, sectione uenæ, aut omnino purgatione cum hiera. curato: apo-
phlegmatismis interim et errhinis utens, naturalibusq;, aut etiã marinas
ctis lauacris. In auditorium porrò meatum instillare competet, quæ ad au
rium tinnitum perscripta sunt: peculiariter autem hæc, lotium & felca-
prinum, aut solummodo fel, aut rutæ cremor cum melle, aut castorium cũ
ex hyssopo *oleo anethino, aut † œsypum medicamentum cũ unguine nardino, aut fel*
caprillum cum galbano. Aut id quod habet castorij drach.
duas, nitri, ueratri candidi, singulorum
drachmam.

Ad

Ad fractus aures, quod malum θλᾶσιν Græcè nominant.

Hippocrates quidem nullam ipsis prorsus operam conducere admonuit. Quoniam autem sæpenumero à laborantibus ad auxiliandum impellimur, utendum fuerit utiq; his: Myrrhæ, aloës, thuris, acaciæ, æquas partes cum aceto, aut oui candido tritas, oblinito. Aut panis calidi molle cum melle in mortario contusum, cataplasmatis modo inducito. Vel quod recipit: Bituminis, thuris, aloës, cochlearum carnis, bulborum †uiridiũ pares singulorũ portiones aceto contritas, imponito. Si phlegmone accedat, sesamo soluta illinito, aut chondro cum aceto elixo. Atqui cataplasmata in hac affectione leuiora sunto, laxioraq; absq; fascijs omnino leuiter modò uincienda, lanamq; oleo infusam sinuoso auris specui imponito. † spumæ

De Parotidibus.

Parotis, affectio glandularum sub auribus est, quæ proiecta foras conuersaq; illuc materia, nunc ex capite humoribus inibi obstructis, nũc ex reliquo corpore in febribus decretoriũ ad salutẽ facientibus, exoritur. Quocirca si etiamdum in profundo delitescens, non in tumorem assurgit parotis, adiuuabimus naturam, hulcerũ subsidia offerentes, aut cucurbitulam apponentes, aut fomentationibus crebris utentes, ne si in imum remeat uirus, periculum afflicti non effugiant. Si contrà in uomicã & tumorem quodammodo fastigiatum cum inflammatione attollatur, tum cõtrarijs omnino cataplasmatis, leniendi & maturandi uiribus præditis, utemur: uerbi causa, cataplasmate ex farina hordeacea, aut triticea, aut è seminis lini farina cum mulsa, aut fœnogræci, aut altheæ, aut chamæmeli iure decocto: aut quod ex rumice & axungia sine sale constat. Si sanguis plus iusto naturæ modum excedere uidetur, euacuandus est ante omnia ipsius incisione uenarum, si id quidem per uirtutem laborantis integrũ sit. Sed si tumor ne tantillum quidem discutiatur, medicamentis quæ suppurationem inducũt utendum: cuius generis est farina triticea, cum caricarum decocto et oleo, atq; id quod è polline, item id quod è fermento componitur medicamentum. Cõmeante uerò iam ad suppurationem abscessu, uel dissectione purulentia excernteur, uel acri medicamine confringetur. Equorum albo censetur, nuncupatum smilium, & † diascordion. Parotides autem ignauiores, leuesq; suffitu è muria discutiuntur: item † diapyranu medicamento. Hoc quidem non pus modò iam maturatum dißipat, sed ad hoc etiam indolorium præ omnibus cæteris est efficacißimum. Ad inueteratas iam multo temporis spacio parotidas, buccinorum aut purpurarum crematarum cinerem cum melle aut axungia imponamus, aut ficum coctum marina, aut marubium cum sale. Iam obturatas parotidas emollit, tum Mnasæi confectio,

παρωτίς.

Si tumor parotidũ fastigiatus.

Si ex redundantia sanguinis.

Quod ex allijs constituitur.

Ex aperano.

Ad ueteres parotidas.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

mæ quatuor, aluminis rotundi duæ, thuris una, aceti ſextarius, hæc omnia in uaſe æreo feruefiant ad mellis conſiſtentiam, & cum opus eſt excarptis linamentis utitor. Aliud: Aeruginis item & æris ſquamæ paria pondera, in aridum medicamentum redacta, conferunt.

Ad narium graueolentias.

Myrrhæ, acatiæ, amomi, ſingulorum drachmam, melle deſpumato exceptam, ſummo narium interſepto, adglutinare mandato. Aliud: Amomi, myrrhæ, roſarum ſiccarum, æquali pondere, unguento nardino excipiens, illinito. Conducit etiam graueolentiæ narium, malagma Hedychroi cum uino uſurpatum.

Ad hulcera quæ naribus inſident.

Accipito ceruſſæ libram, ſpumæ argẽti uncias treis, ſcoriæ plumbi tantundem, uel plumbi cremati: cæterum ſingula probe lota, uino oleó que myrteo excipe.

Ad ea narium hulcera, quæ Glycea dicuntur.

Spumæ argenti, rutæ recentis ſingulorum drach. quatuor, aluminis ſciſſilis duæ, oleo myrteo atq; aceto contuſa cogantur.

Sternutationes prolicientia, Græcè πταρμικὰ appellata.

Sternutamentum prouocat helleborus albus, aut caſtoreũ, aut piper, aut ſtruthion, aut uno faſce omnia: neq; tamen inſpirare expedit, ſed pinna aut digitulo ad intimam naſi partem inſerere. Sternutamentum autem plus æquo citatum, medicamine compeſcendum eſt, nardinũ igitur aut roſaceum, aut glycelæum, ad ſedandum infunduntur. Odoramenta porrò ſiſtendi ſternutamenti munere funguntur, aniſum, ocimi ſtipulæ tuſæ. Sed inter hæc omnia caput ſmegmatis ex nitro & pumice factis exiccandum, aut eo quod Aſclepium cognomentum habet, & Conſtantini ſapone, & Cappadocico ſale, atq; alijs id genus, utendum.

De ſanguinis profluuio è naribus.

Super grandi ſanguinis ex naribus eruptione, quæ febricitantes infeſtat, libro ſecundo, qui de Febribus agit, recenſuimus. De quacunque uerò alia, uno uerbo, quæ ægre compeſci poſſit, in præſentia agemus. Chalcitidis pollinem ellychnio aqua delibuto, aut priapiſco excipe, & foraminibus naſi indito: aut oui calicis cinerem ipſi admiſceto, & gallæ dimidium: lycióue Indico attinge, aut ononidis crematæ cinerem inſpirato, aut ſuccum eius elicitum inſtillato, aut molaris (quem μυλίτην Græcè dicunt) lapidis extincti aceto, uaporem odorandum præbeto, aut obſtruenti hoc unguine utitor: Mannæ thuris partẽ, aloës ſemiſſem, oui candido excipe,

& utere, per linteolum intortum, forinsecus leporinis pilis unctulo adiectis, aut Lychnis appellata, in nares farcitur. Aut cucurbitulam leuem recto tramite hypochondrio naris unde sanguinis eruptio fit, bene magnam & constanter applicato: uel aures ualentius obturentur, frontem ad hæc spongijs gelida aqua imbutis foueto, uel syciam cum sanguinis detractione occipiti adglutinato. Quandoq; uenam secare, nisi quid interdicat, & extremas partes deligare expedit, præcipuè uerò brachia atq; crura, quēadmodum in uenæ sectione solitum est. Ad hæc agitari concutiq; easdē particulas imperato, manus quidē perfricando, pedes uerò obambulando: nā uenis indidem sanguine fartis, nariū uasa inaniuntur. Spongia porrò gelida posca madens, foris q; manantibus sanguine naribus stricti m applicata, quod desideratur, identidem absoluit. Satius aūt, si ante naribus cuneoli instar penicillus prælongus inseratur.

Aduersus faciei uitia, & antidotum quo faciei constitutio à rugis conseruetur. Cap. xxv.

PRo fligandis faciei uitijs sumantur thuris drach. quatuor, fuci tres, spumæ argenti, piperis, uniuscuiusq; octo, omnibus hisce dissolutis ichthyocollæ tunsæ decocto, rotulisq; conformatis utendū. Aliud: Ramenti eburnei drach. octo, thuris masculi, ichthyocollæ, paria pondera: utere quemadmodum memoratum est pridem.

Ad uultus nigrores.

Ireos aut ptisanæ, lomenti, singulorū sextarius unus & semis, salis ammoniaci, cornu ceruini cremati, ammoniaci thymiamatis, uniuscuiusq; unciæ duæ aqua dissoluta diriguntur in pastillos, rursusq; aqua diluta ante balneum illimuntur. Aliud: Ptisanæ, erui, thuris, illyridis, spumæ nitri, singulorum choenices quatuor, costi, amygdalarum amararum uniuscuiusq; drach. uiginti, ouorū candido, & lacte asinino excipito, atq; eo quo diximus modo utere. Ex re item atq; usu fuerit Peponatos pastillus.

Ad asperam & discolorem ceu à sole cutem, & lentigines.

Cretæ cimoliæ torrefactæ congius semis, spumæ nitri assati uncia, siliquæ eruaceæ uncia media, fellis taurini, scobis eburnei utrobiq; uncia, cōtritis facie defricato. Aliud: Accipe fecis, † erui, lomēti, singulorū drach. decem: ueratri candidi quinq;, spumæ nitri decem, halcyonij tantundem, læuigata infricantur.

cremata drach. decē, erui farinæ drach. quindecim.

Ad sugillata, quæ Græci ὑπώπια appellant.

Medendis sugillatis, oculi principio quidem, decocto fœnogræci, deinde uerò & meliloti fouentur. Niliq; collyrium diarhodon aqua maceratū circumlinito, post hæc diasmyrnum. Quod si nihil profeceris, compositū

ex

ex ſandyce crematum inunge, aut hyſſopum cum aqua impone, uel in panniculum uincto hyſſopo, & calida aqua madente, liuores foueto, aut muria acri conſimiliter. Præterea corticem radiculæ cum melle tritum applicato, & hoc inueteratos etiam faciei liuores exterit. Cæterum ad expungenda quæ uetuſtas occupauit faciei ſugillata, & uibices ipſius liuidas, tordyli partes duas, rubricæ Samiæ partem, cum melle imponito, cauens interim, ne exhulcerationẽ inducat. Aliud deterſoriũ: hyſſopi, thapſiæ, caſiæ, cæræ ſingulorũ drach. duas, terebinthinæ unam, adglutinato. Cura adhibita, ne locus exhulceretur, & ob id quidem identidem tollendum.

Ad Varos.

Sunt autem uari tumores exiles, duriq; in cute faciei, quibus oxymeli infricando circumlinito: aut ſpumam argenti cum terebinthina & puſillo olei albi tritam inunge, ſimiliter infricans: aut fiſsile alumen cum terebinthina, aut amygdala amara aceto eliquata infricantur. Sed in callum duratos uaros, ſaponis Gallici uncia dimidia, thuris, guttæ ammoniacæ, uniuſcuiuſq; drachma, aqua maceratis illinito, & hora tranſacta abluito.

Ad uaros, pilos & aſpredines uultus.

Ceræ drach. decẽ, terebinthinæ unã, uiſci duas, colliquefacito ſuperq; oleum infundito, atq; eo medicamine uultũ tergito, tollit enim radicitus.

Aliud: Papauer læuigatum, aut pulegium cum ſale atq; aceto, cataplaſmatis modo illinito.

Cerotum Thaidis, ad rubicundum uultum faciendum.

Croci erythrodani radicis, fuci, thuris, myrrhæ, ſingulorũ drach. duas adipe uitulino, & oleo maſtichino excipe, deinde illinito, interuallóq; tẽporis impoſito, ſpongia calida abſtergito. Cæterum faciei medicamenta uniuerſo quoq; corpori congruunt.

De affectionibus oris, & primo quæ circa dentes graſſantur. Cap. XXVI.

DEntium abſq; gingiuarum phlegmone cruciatus, interdum quidem in ſuo corpore, nonnunquã uerò in neruo, qui ad dentes pertinet, fieri conſueuit. Validiſsimis igitur opus habet remedijs, quocirca pleraque ipſorum aceto quamacerrimo componuntur. Cum uerò gingiuæ propter phlegmonem dolore infeſtantur, omnium præſtantiſsimum medicamentum eſt oleum † lentiſcinum, medij ad unguem temperamenti, ore retentum. Cæterum oleum illud recens eſto, quoniam uetus tantum bonitate recenti cedit, quantum uetuſtate ſuperat. Cõmunis autem & impræſentiarum obſeruetur medendi ratio, ut ante omnia qui toto corpore plus iuſto naturæ modum excedit, humor euacuetur.

† cucumerinum

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Ad parulidas.

Sumantur ſulphuris ignem nõ experti, piperis, aluminis fiſsilis, æquales partes. Cæterum Parulis inflammatio eſt, in aliqua gingiuarum parte orta, quæ niſi diſſoluatur, ſuppurat: cum uerò ſuppurauerit, ſcalpello diſſecta, linamentis inſertis ſcinditur. Epulis uerò, carnis quædam excreſcentia eſt, quæ ab inflammatione exurgens, ad intimũ molarem pertinet, cui febris interdum dolorq; iungitur. Opus itaq; cum habeat reprimentibus raſili ferrugine per ſe, aut cum eiuſdem ponderis galla, utendum. Aut Sori toſto, aut alumine quocunq; combuſto, aut galla priuatim, aut ſquamula æris cum aceto emollita complurimis diebus, & arefacta. Parulis. Epulis.

Dentium ſmegma.

Ariſtolochiæ radix cremata, cornu cerui toſtum cum pauxillo maſtiches, ſal album melle ſubactum & conſperſum, fõlijs ficulneis circunuolutum, combuſtumq; donec in carbones uertatur. Aliud: Buccina ſale reſperſa & deuſta, cochleæ item terreſtres, cum melle exuſtæ, lana ſuccida cum exiguo ſale exuſta: ſingulis autem horum fragrantiæ cauſa admiſceatur flos rotundi iunci odorati, aut ſpicæ nardi, aut folium malabathri, aut cypirus, aut iris deniq;.

Dentes dealbans, gingiuas reſtringens, & iucundũ oris odorem præſtans.

Pumicis, ſalis aſsi, iridis, ſingulorum drach. quatuor, cyperi quinque, ſpicæ nardi unam, piperis ſex, læuigatis utere.

Ad dentium ſtuporem, quam Hæmodiam dicunt.

Dentium torpori portulaca manducata ſuccurrit, aut oleum ex nondũ maturis oliuis expreſſum, infricatum. Idem facit amurca, oleo in æneo uaſe, uſq; ad mellis conſtitutionem decocta, ſi inueterata illiniatur.

Aduerſus dentes attritos.

Dentibus attritis baccæ lauri, alumen fiſsile, ariſtolochia ſarmentaria pari pondere ſubueniunt.

Contra gingiuas exeſas.

Florum roſarum drach. octo, gallarum quatuor, myrrhæ duæ, gingiuas exeſas, putridas, humentesq; collutas ſanant. Item lac aſininũ collutũ, oliuæ foliorũ decoctũ, acetũ ſcilliticũ. Arida uerò adhibita ualebunt ærugo ferri, cytinicq;. Cæterũ ad tumores et carnis excreſcẽtias, portulacæ ſuccus ſi ore cõtineatur, magnũ adfert momentũ. Muria quoq; conditarũ oliuarũ (quas Græci κολυμβάθρας dicũt) oleũ calidũ ex oliuis nõdũ maturis expreſſum, aut lentiſcinũ, aut melinum, aut amurca. Ex aridis uerò ærugo ferri,

aut æris, radix aristolochiæ, plantaginis semen, diphryges, atramentũ sutorium torrefactum, atq; cytini.

Ad labra lacerata.

Amurcam elixam, aut adipem anserinum cũ melle terebinthinaq; pari pondere, floris rosarum, hyssopi, rosacei singulorũ perexiguũ, illinito.

Aduersus tumorem linguæ, quem appellant Batrachũ.

Batrachus tumor est cum inflammatione sub lingua erumpens in pueris maximè. Locum itaq; cum misy, erugine rasili æquis portionibus siccis perfricato. Mento autem applicabis Antheram, aut sphærium, aut parygrum ex ouis concinnatũ. Venam postremo sub lingua secare expedit.

Aliud: Quod ad aphthas quoq; facit, habet ferruginis rasilis, gallæ, chalcitidis pares partes: cum passo uerò etiam os eluitur. Aliud: Eruina farina cum melle ulcus absterſum, galla item læuigata cũ melle circunlinito, aut rosarum flores similiter, uel iure foliorum oliuæ abluito.

Ad tonsillarum phlegmonen.

Si in febricula tonsillæ & columella inflammantur, gargarissationes cum furfurum, aut rosarum, aut palmularum, aut myxarum, aut lentium decocto, competunt. Sed remittente phlegmone, aut in summo eius uigore, mel quoq; dictis commiscendum est, quod ab initio facere nequaquam conueniebat, neq; etiam augmento, ne quem acumine fluxum cieat. At si ad suppurationem perducta disrumpatur, mulso gargarißandum est, aut cum lenticulæ, aut rosarum elixatione. Cui usq; ad exactã solutionem insistendum, aut stomaticam collutionem gargarissandam dare expedit. Vbi uerò pestiferæ exhulcerationes aëre corrupto tonsillas occuparint, utendum quidem præscriptis: priuatim uerò offerenda est ὀξὺ μόρῳ confectio, aqua calefacta: uel aqua mulsa complectens florem rosarũ, cũ traiectarũ aut costũ, aut rhun, uel arida, uel elixa, uel glauci foliorũ aridorum decoctum. Est illud peramarum quidem, sed optimè conducit, si succum, ut in collyrijs solemus, mulso soluas: ipsius uerò fruticuli aridi flatu impulsi commodißimus est usus, aut digito accommodati. Danda autem est opera, ne omnino manibus attingantur, aut permolliter admodum atq; suspensa, ut aiunt, manu demulceantur. Auxilio præterea sæpenumero fuit Andronius Pastillus. Atqui post istas irritationes gargarismata cum iure glycyrrhizæ facito, aut eo quod ex scybelite & croco, & chia, & myrrha constat: postremo uerò amylo, & tragachãta. Irroborata uerò depastione medicamento ex lacte, & Samia Creta gargarissandum. Aliud: Malum punicum dulce cum corticibus incidantur, succiq; expreßi partes sex, cum mellis unà confusæ, donec mellis spißi crassitudinem habeant, decoquantur,

Si noma tonsillas occuper, quid faciendum.

tur, & sic deniq; inungantur. Aliud: Constat ex gallæ immaturæ uncijs duabus, aluminis fissilis uncia, salis ammoniaci torrefacti uncia, his aridis leniter attinge. Aliud: Recipit illud gallæ drach. octo, misyos duas, salis asti quinq;, arido utere. Est aũt Antias tumor, tõ sillarũ durior. Ἀντίας.

De oris columella.

Cum oris columella, quam uuam nũcupant, inflammatur, gargarismatis quorum in tonsillarum inflammatione usus probatur, leuiterq; astringentibus utendũ: cuiusmodi est, succus mali Punici, cochleario aut instrumento, quod Staphylepartum nominant, subditus, tum priuatim, tum adiecto melle, quantum satis est decocto, aut dulcis radix mali Punici liquori permixta. Benefacit etiam dulcis radicis succus cum melle inditus. Reprimit præterea eius mali impetum Hæmatites lapis, necnon & Phrygius exustus, & ageratum, & confectio ex Phrygio lapide, pudendis dicata, & terra Samia, & eretria, & rubrica sinopis, & rubrica Lemnia, & omphacium, qui ex uuis acerbis expressus succus est, per se, & cum horum aliquo, & spinæ Aegyptiæ fructus, alumen scissile, rosæ cum semen, tum folia, mitiorem exerunt efficaciam. Adhuc etiam mansuetius operantur, gummi, tragacantha, sarcocolla, amylum, quibus utiq; potissimũ utendum, si uua magis torqueatur, oppressaq; fuerit, incitata ab astringentibus. Si æqualiter in orbem crassa fuerit, quod malum columellam appellant, gargarismatis fidendum, tũ ex myrrha, tũ croco, tum cypero. Cæterum cõtusiones solicitius obseruandæ sunt, & ob id quidem penna potius circumliniendæ: permixtum uerò medicamentum proficit rhus Syriaci drach. octo, croci quatuor, costi octo, seminis rosarũ quatuor. Adhæc gingiuis conducit linamentum è purpura marina, quo uipera strangulata sit, circundatum, seu aliâs applicatum. Mirum certè quantum hoc opis cum ad tonsillas, tum ad quæcũq; fauciũ uitia cõferat, astipulante GALENO.

Ad sanguinis eruptiones ex ore.

Porri folia contusa imponito, aut spongiam nouam pici crudæ immersam concremato, læuigatãq; in usum adhibe. Vtilissima uerò sunt oris collutiones, ex rosis aridis seu uiridibus; decoctio item frigida, aut capreolorum uitis, aut lentisci foliorum, aut rubi, aut malorum cotoniorum, aut rosarum, aut acinorum, aut lenticularum deniq; elixatio.

De angina, eiusq; differentijs, inibiq; de strangularis, aut aliâs quodammodo suffocatis agitur. Cap. XXVII.

INflammatis faucium interioribus musculis, ea oris affectio fit, quæ Græcis συνάγχη, Romanis angina dicitur: exterioribus autẽ phlegmone conflictatis, ea quæ παραγχή. Pari quoq; modo & in guttu- συνάγχη. παραγχή.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

inchoant. Breuiter modus ciborum languentis uiribus respondeat. Malo autem remittente, ægrum cum ad inambulationes, tum in lauacrum perducemus. Locũ porrò affectum cerato ex oleo rutaceo contegamus, & reliqua uiuendi regula, educationé que uirium focillatrice utamur. Nemini insuper strangulatorum, quibus spuma circa os fuerit, manus admouenda est, suadente Hippocrate. Alij uerò uitæ restituuntur aceti infusione, & piperis, aut urticæ seminis in aceto acerrimo contriti: sed quoniam ægre admodum suscipiunt, cogendi sunt. Vbi uerò colli impedimenta remittuntur, statim oculos attollunt, & ad se redeunt. Consimiliter autem & in naufragis, & uno uerbo, in omnibus qui præfocantur, Excitatur enim his recreatúr que caliditas.

De Coryza, id est, grauedine: & catarrho, quod est destillatione: & arteriacis, quod sonat raucis: ac tussi denique, Cap. XXVIII.

COmmunis est coryzæ, catarrho, raucedini, tussíq;, excrementitij humoris à capite in subiectas partes descensus: qui si in nares destillando ingruit ac defluit, malo Coryza Græcè, mucus & grauedo Latinè nomen est. Si uerò per palatum in fauces defertur, Catarrhus simpliciter, destillatio nobis appellatur. Sin autem idem excrementum in guttur & asperam arteriam deferatur, ita ut interiorem eius membranam salebrosam reddiderit, tum uox rauca comitatur, appellantq; Branchum siue arteriacum uitium. In quibus non è capite modò, sed ex uehementiore uociferationis conatu, & egelidi aëris inspiratu asperitas prouenit præ se ferens inflammationẽ. Perseueranteq; diutius malo, fluxuq; in pectus pulmonesq; descendente, maleficæ ac periculosiores generantur tusses. Quin & ex distẽperantia sæpius excitatur tussicula, quandoq; uidelicet calidiore, ceu in febribus, nonnunquam frigidiore, quemadmodum in tempestatibus Aquilonijs, quæ aridior plerunq; est. Iam uerò aliorum sæpenumero morborum symptoma tussis existit: uerbi causa, morbi lateralis, iocinorosorum, item & phthisicorum, morborumq; pulmonis. Proinde GALENVS in diuturnis tussibus recenset, lapillos ueluti grandines à thorace reijci: Alexãder uerò calculũ quendã ponderosum, ueluti in urinarijs meatibus frequenter nascitur, in uetere tussi redditũ perhibet, indé que cessasse tussim asserit. Nos autẽ inter sanguinis reiectionem, lapidũ excretionẽ uidimus, quemadmodũ ubi illuc peruentũ erit, presßius cõmemorabimus. Quicũq; igitur ex æstu, coryza, aut catarrho uexantur, circa particulas caloris

Coryza.

Catarrhus.

Branchus.

Tussis.

Grandis lapis tussi eiectus.

Signa Coryzæ ex æstu.

caloris nõnihil ſentiunt: fluxio quædam acrium humorum ac tenuium cũ per nares, tum per os defluit, rubor partes faciei nariumq; inficit. Quibus uerò ex frigore, his circa caput & frontem oritur diſtentio, meatuumq;, qui à percolãdi adminiculo iſthmoides uocãtur, obturatio, ita ut reſonare uox deorſum per nares nequeat, quibus longiore tempore protenditur, & tuſſes accidunt, pituitæq; excretio, nunc quidem crudæ, nunc uerò liquidæ, interdum autem uiridis. Nonnullis uerò febris oboritur, eos quidem qui ex æſtu, impetuntur, nihil adiuuans: ſed ijs qui ex algore infeſtantur, concoctionis quoq; functionem promouens.

Curatio catarrhi atq; coryzæ.

Cum igitur diſtemperamentum calidum naturæ modum exuperat, eadem conuenient præſidia, quæ ex tali occaſione caput dolentibus competunt. Lauacris præterea utendum, caput item permulta calida cõſpergendum. Alimenta ad hæc in hac affectione conſtitutis quadrant, quæ ſorberi cõmodiſſime queunt, oua ſorbilia, & amylum, placentæ quæ itria uocantur & ſeſama. Eiuſdem farinæ ſunt & amygdala, & coni fructus, et quæcunq; ex lacte concinnantur ſecundæ menſæ ſeu bellaria. Ex uinis uerò, dulcia, non antiqua, eq; papauerũ capitibus † linctus, & quæ ad hæc componuntur præſidia. Si gelida intemperies affligit, & morbus difficulter uincitur, permodico uti oportet nutricatu, & capitis è calidis & ſubtilium partium rebus, nardino, rutaceo q; conſtituta inunctione. Irinum uerò non illiniendum ſolum, ſed & naribus inſtillandum. Perungendæ quoq; ſunt intus eædem thure & myrrha adiecto oleo, maximè ſi ex frigida causa grauedo orta ſit. Nõnullis uerò et nidores ex reijcula combuſta, uel ex melanthio aut cymino crematis, detritoq; panniculo adalligatis, fuerunt auxilio, Cyphi Seliniacum, id eſt, lunare, naribus utiliter admouetur, & fronti undiq; ſalubriter circumlinitur, cui unum ſimul ex emplaſtris inflammationem profligantibus adglutinato: è quorũ numero eſt Iceſium, aut oxera, aut barbarus, aut Athena. Cæterũ aduerſus catarrhum frigidum, Cyphi quoq; in potu ſumere expedit. Secundum uerò pectus balſami ſuccus perlanam ſuccidam illiniendus eſt: fouendũ etiam ab omni parte ipſum cum ſtyrace, & irino, & anethino. Alimentis præcalidioribus, & concoctioni nihil renitentibus, utendum. Iam uerò materia catarrhi concocta, apophlegmatiſmus qui commanducatu pituitã cit, conueniet, & ſmegmata capitis: uerbi cauſa, ſapo Conſtantini, & eiuſdem farinæ cætera.

Selectum medicamentũ & nobile Gelidi catarrhi curatio.

Raucedinis, Arteriacorum' ue curatio.

Arteriacis Branchisq; appellatis, remedijs, quæ mox recenſuimus, occurrendum eſt: priuatim uerò, ſi inflammatio arteriam ac guttur occupa-

ueri

uerit inflammatio, ab initio ſtatim, quæ tectorij modo illiniũtur, remedijs utendum eſt, opplentibus. tãtiſper dum phlegmone moderatior reddatur: cuius generis omnino ſunt quæ ex paſſo Cretico, & tragacantha, & gummi, & amylo conſtituuntur. Pinguium item palmularum decoctũ, & dulcis radicis cum ſiræo, ad mellis craſſitudinem, confert. Probatur etiã uſus hypoglottidum, ſic, quod ſub lingua teneantur, appellatarum. Sed ante omnia à uini potu abſtinendum raucis eſt: dulce autem uinum, ſi inflammatio remiſſior euaſerit, potui detur. Et bellaria ex melle & lacte cum amylo, aut pane ſiligineo, ſorbitionesq; ex amygdalis, atq; butyrum, aſſumantur. Cum uerò humiditas aliqua artus occupat, ea quæ abſtergunt maximè medicamenta aggredi oportet, qualia ſunt, fabulum integrum, & cum ſua cute elixum, & ex melle confecta. Et braſſicæ, & porrum probè decoctum. Pharmaca porrò magis calorifica, & quæ ad tuſſim faciunt, accommodata ſunt. Ad hæc præterea quæ ex caricis, ſiræo, thure, iride, terebinthina, ſtyrace, galbano, pipere, cinamomo, caſſia, & his non diſſimilibus, confiunt remedia.

De Tuſſi.

Tuſſibus quoq; eadem methodo medendum eſt, illud duntaxat abſque perpenſione prætereundum non eſt, per conſenſum ne cæterorum membrorum quis tuſſiat: uerbi cauſa. gurgulione inſtillante, aut capite, & an is morbis ſuperueniat. Cæterum his quantum fieri poteſt, ſecundum quem iampridem diximus, & mox enumerabimus modum, proſpiciendum eſt. Compoſita uerò præſidia, deinceps ſerie quadam exponam.

Catapotia, medendo cacarrho ac tuſſi.

Styracis, myrrhæ, opij, galbani pares uniuſcuiuſq; portiones. dulci mero ex uuis paſſis exceptæ, aut ſingulatim in mortario contuſæ, ad erui inſtar digeruntur, noctuq; lectum petenti trina aut quaterna, quina ue propinantur, paſſumq; inſuper ſorbeatur. Hæc quippe ad acrem & ſubtilem faciunt deſtillationem. Aliud: Herbæ apollinaris ſeminis drach. duodecim, pinearum nucũ ſex, croci duæ, defruto aut paſſo ad uſum excipiãtur.

Eligma ſeu linctus.

Mellis uncia, butyri ſemuncia, ſimul coquantur & exhibeantur. Hyſſopi præterea & ficuũ, & nucleorũ pineorũ, et iridis decoctũ hauriatur.

Catapotia ad diuturniorem tuſſim.

Styracis drach. ſex, myrrhæ duas & ſemiſſem, terebinthinæ, galbani, opoponacis, ireos, ſingulorum drach. duas, piperis albi, nitri, ſeminis altercí, ſucci papaueris uniuſcuiuſq; drachmam, ſimul abſq; ullo liquore in pila contuſa, in catapotia digerito, atq; eo quo docuimus modo, utitor.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

De Orthopnœa, Asthmate, & Dyspnœa. Cap. XXIX.

EOs qui sine febre crebra respiratione, tãquã à citatiore cursu agitati, cõflictantur, ab eo quod comitatur accidente, ἀσθμαλικοὺς, hoc est, anhelosos nuncupant, eosdemq; quod strangulari formidantes, ad respirationem recto pectore toto nituntur, orthopnoicos dicunt. Oritur autem eadem affectio, crassis & glutinosis humoribus fistulosis pulmonum concauitatibus infarctis. Dyspnœa uerò, hoc est, spiritus & animæ difficultas, commune est accidens, cum hæc, tum alia plurima mala comitans. Porrò suspirioſorum medendi scopus est, uiscidos crassosq; humores, medicamentis attenuantibus & abstergentibus dissipare & cõsumere. Proinde acetum scilliticum hoc malo oppressis, accommodatissimum est: necnon & inde confectum oxymel in potu sumptum: atq; ipsa quoq; scilla tosta, cum melle trita, & ex antidotis hiera, & alia medicamenta ualidissima, quæ aluum continenter deiectionibus solicitant, & cum raphanis cita ti uomitus, aristolochia rotunda dũ bibitur, centaurij maioris radix, spondylij tum semen, tum radix, nepetæ fructus, hyssopum, iris, & melanthiũ deniq;: asellorum item, qui uiginosis & aquaticis degunt, sextarium uasi inijciens fictili, super carbonibus torrefacito: ubi uerò alborem quendã induere cœperint, conterito, atq; melle despumato excipiens, mystrum cũ ante, tum post alium cibũ porrigito. Quod si necessitas urgeat, ante hæc omnia uenam aperito, & secundum laborantis uires euacuato: aluus item clysteribus irritanda est, foris autem pectori ficus, & lolij farinã & hordeaceam cataplasmatis modo imponito, resina interim adiecta ceraq; & melle. Inspergatur etiam illi iris mannaq;. Non alienum quoq; fuerit farinam hordeaceam cum rhesina, cera, iride, mannaq; emplastri more adglutinare. Circumlinitionibus præterea utendum admodum calorificis, irino uidelicet oleo, anethino item, et rutaceo. Multo autem peculiarius illud est, quod accipit: Pumicis partem, sphecles (quæ est sexuini) crematæ partes quatuor, spumæ nitri partes duas, hæc omnia contusa & cribrata ungentis excipiuntur, & cum hoc partes ad pectus attimentes perfricantur. Postremo malagmatum quoque usus commendatur, quæ sanies & serosos sanguinis humores, extrahendi potestatem obtinent.

Pro suspirioſis potio.

Anhelatoribus polij, abrotoni, castorij, chamæpityos guttæ ammoniacæ thymiamatis singulorum partes æquales melle consperſas exhibeto.

Aliter: Sunt nonnulli qui spumæ nitri cochlearium tribus aquæ mulsæ cyathis mixtum propinant. Aliud: Spumæ nitri dodrans, piperis

drach. laſerpitij drach. ſemis, cochleariũ ex aqua potui datur. Aliud: Caſtorij, guttæ ammoniacæ thymiamatis, ſingulorũ drach. ſex, piperis grana quadraginta paſo excipiuntur, & fabæ magnitudo cum mulſo exhibetur. Aliud: Sinapis drachmam, ſpumæ nitri ternos obulos, elaterij dichalcum, quod eſt ſemiobolum, totum hoc in orbiculos octo conformato, per biduum binos deglutiendos exhibeto, purgant nanq; per ſuperna ſine dolore & moleſtia. Cæterum his qui ueluti obtorto collo tantum non ſuffocantur, dato ſpumæ nitri drach. treis, cum hydromelitis cyathis ternis, atq; cum cardamomo nonnunquam, confeſtim opitulatur. Verùm hoc plurimum quoq; coxendice laborantibus adiumenti confert.

De peripneumonia. Cap. xxx.

PVlmonaria, quam περιπνευμονίαν Græci appellant, pulmonis inflammatio eſt, quæ ex ualentiore à capite in eam partem deſtillatione, aut angina, aut ſuſpirio, aut dolore laterali, quem πλευρίτιδα Græcè indigitant, aut alijs ex morbis ortum habet. Nõnunquam uerò affectionis huius origo ſola eſt inflãmatio, comitaturq; eam ſpiritus ac animæ angustia: febris cum acuta, tum adurens: grauitas item, diſtentioq; pectoris, tumor, & ingens in uultu repletio, ad ſublimia materiæ impetu inſtar ignis uergente: Malæ ſub oculis rubentes ſunt: inflantur pariter oculi & turgeſcunt, feruntur ſupercilia deorſum, & corneæ oculi tunicæ, ſubpinguiuſculæ apparent. Cum hæc indicia feruentiorem præferunt æſtũ, ignita rubedo cum inflammatione pulmonis coniectanda eſt. In his igitur qui ex morbis alijs in hunc deciderunt, uenæ inciſio † petenda eſt: maximè uereò, ſi diutius duraueritmalum, aut ab initio ſanguinem † detrahere ſuperſederint. Aluus inſuper dura, & quæ nihil reddit, in morbi inclinatione clyſteribus abluenda eſt. Aut cucurbitulæ peringentes complures que, circumciſa ſcalpello cute, pectori, ſi nihil obſtet, adglutinandæ ſunt, & lateribus conſimiliter. Quod ſi peripneumoniæ confeſtim ab initio perſe inuaſerit affectio, concedentibus quidem id qui ad hoc deſiderantur calculis, uena omnino ſecanda eſt: ſin autem minus, cucurbitulæ ſunt imponendæ, quibus ſanguis pro uiribus demendus eſt. Ad hæc ſorbitiones quoque cremoris ptiſanæ, chondri, cum melle aſſumantur, aut ex amygdalis amaris cum ſimila, aut chondro, confuſis pariter potionibus aliquot dulcibus, hydromelo, aut apomelite, aut hydroroſato. Salubre etiam recens butyrũ, quantum capiunt cochlearia tria. Bibendum autem eſt ipſis ius ficuum cũ hyſſopo, prodeſt iris mulſo percocta, uel eiuſdem farinæ menſura duũm cochleariorum, melicrato inſperſa: hoc ſanè & per inferna expurgat. Cæterum quantum ad uiriũm tutelam attinet, crebrius illis melicrati potio ſi-

fugienda detraxerint

ne

re additamento repetenda est, uel cũ fructibus pinus, & cucurbitulas uniuerso thoraci, lateribusq; adglutinare cõsilium est, cerotaq; cyprina, quæ irim admixtam habeat: aut cerota ex oleo rutaceo & iride arida cõfecta, aut ea quæ è cera & resina, & medulla, & butyro, & hyssopo, & iride, in farinam trita, & unguine nardino instituitur, imponenda est.

De sanguinis sputatione. Cap. XXXI.

QVod si sanguinis per sputum reiectio, ex ruptis uiolenter uenarum uasculis, originem trahit, coaceruata, & largior sanguinis effusio comitatur, & disrumpũtur quidem ex euidenti inter-, dum aliqua occasione, nempe lapsu ex alto, ingenti clamore, & id genus alijs. Nonnunquam uerò ex cæca & abdita causa, puta plenitate, aut frigiditate nimium iustum naturæ modum transgrediunte: frigus nanq; intensius uenas, teste Hippocrate, frangit. Si uerò cruenta reiectio ad uenarũ erosionem referatur, sanguen nõ ubertim, sed per modica interualla sigillatim excreatur: acria quædam & praua edulia præcesserunt: aut cibi abstinentia, aut destillatio à capite in pectus, acrimoniam præferens. Si ex uasorum pulmoni incumbentium apertione, sputum cruentũ eijcitur, nihil quidem eorum, quæ enumerauimus, excepta interdum plenitudine, præcesit, sed uictus ratio humidior atq; calidior, lauacrorumq; immoderatorum usus: & nimium calidis locis situm domicilium, his mali causam inducere uidebitur. Et neq; in inflammationibus, neq; in febribus, neq; in doloribus euenit, quemadmodum in ijs, qui corroso uenarum corpore in hunc affectum incidunt. Contrà uerò tolerabilius habebunt, ut ueri simile est, euacuati. Cum porrò hæmorrhoides, purgationes ue muliebres retentæ substiterint, etiam periculis rumpente sanguine liberabuntur. Eadem accidit ualetudinis commoditas ijs, qui ob redundantiam per ruptuam sanguinem emittunt, nisi propter hulcus, aut immodicam mantionẽ. ledantur. Iam uerò quæ ad uasorum erosionem refertur sanguinis euacuatio, nunquã prosperè cedit. Atqui si per uomitionem sursum fertur ac editur, confessum est, quod ex partibus quæ ad stomachum aut uentrem attinent, effertur, in quibus & per secessum proritatus aliquando euacuatur: sin autẽ cũ tussi, à spiritus officinis. At si spumosum fuerit sputum, & elanguescens incandidum, & ex interuallo absq; ullo dolore angustiaq; extrahitur, è pulmone id latum arguit. In quibus temporis progressu & febris continua sequetur, præcipueq; exesis quibusdam partibus, aliquid substantiæ pulmonis, aut guttur, aut uena reddetur. Nouimus uerò quempiam sanguinem è pulmone sputo eijcientem, procedente tempore maxima cum tussi & sanguine copioso lapides expuisse quaternos aut quinos asperos,

Sanguinis sputi ex diabrosi notæ.

Notæ ex anastomosi.

Lapides e pulmone eiecti.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ctro constituitur, pastillo. Iam uerò respirationis & animæ instrumentis, disruptis aut oris uasculorum apertis, sanguinem reijcientibus, uenam sine mora secato, nisi magna sanguinis uis erumpat. Omnes uerò decumbant facito, in locis aëri expositis, lecto, qui neque sursum, neque deorsum, nec etiam ultro citroq; moueatur, figura sublimi, cauentes ne uehementer uel respirent, uel eloquantur. Conspergendæ autem afflictæ partes sunt, spongij posca tepida imbutis. Post septimanam uerò, lanis succidis cum roſaceo, aut myrteo, aut lentiſcino, nonnunquam quidem cum aceto: interdum uerò cum uino adstringente. Plurima autem si fuerit eius quod ejcitur copia, pollinem & mannam adiecto etiam aceto imponamus, aut alumen & acaciam, aut malicoria, aut gallam cum aceto, aut palmulas cum polentis, aut malis cotonijs in uino austero decoctis. Post hæc uerò & ex salicibus confectum, imponendum emplastrum est, præcipuè si mediocris fuerit sanguinis eruptio. Per os autem hæc sumpta conferunt: Portulaca commanducata, bene facit: efficacior uerò multo succus ipsius epotus, balaustium, rubi cum fructus, tum flos, quercus fibrosum, & quod est sub putamine glandis, potißimè uerò ipsis elixis utantur: phagi item primũque fruticis maior efficacia est. Samius aster, ad omnem sanguinis rejectionem facit: Lemnium item sigillum, lapis hæmatites læuigatißimus cum succo mali Punici, aut herbæ sanguinalis. Lapidis uerò quantitas erit scrupuli unius. Composita præsidia sunt, orbiculus ex electro, & qui è corallio, & qui ex Aegyptia spina. Aridum item, quod Xerium dicitur, compositum, eq; terra Samia, Lemnio sigillo, corallio, symphyto, amylo, singulis æquilibrio. Sed qui hoc malum erosioni acceptum referunt, his maximè si catharrus præcesserit, opij partem semissem admiscemus. Et quod accipit samiæ terræ, agerati lapidis, Lemnij sigilli, æquale pondus: utile est tantum in potu sumere, quantum capiunt cochlearia duo, in binis cremoris arnoglossæ cyathis. Aliud: Accipe Lemnij sigilli drachmas sedecim, Samij terræ drachmas duodeuiginti, amyli drachmas octo, sarcocollæ quatuor, gummi duas, xerij cochlearium cum decocti palmularum cyathis duobus. Sorbeatur præterea posca gelida, aut palmularum, aut malorum, aut pirorũ, aut capreolorũ uitis, uel eiusmodi elixatio. Si robur exigit, alantur circa horam secundam aut tertiam: sin minus, circa quartam. Esto autem panis lotus aqua gelida, aut halica, aut chondrus cum succo quodam frigorifico: uerbi causa, mali Punici, aut myrtorum, aut omphacomellis: aut oua sorbilia, aut bellariorum quiddam, quod è lacte conficitur, cũ aliquo uim astringendi possidente. Ex oleribus autem, intybũ, cichoriũ, plãtago, cũ oleo ex immaturis oliuis expresso, atq; aceto decocta.

Cibus eorum qui sanguinem expuunt.

Ex

Ex pomis fugacibus autẽ, mala, pira, meſpila, mala Punica, corni fructus.

Potus cibariticum

Potio autem his qui non febriunt, uinum dilutum perexiguũ eſto: febricitantium autem, aliquid memoratorũ poculentorum, aut † cibyraticũ hydromalum. Sed ei qui ſanguinem uomitu reijciunt, ijſdem nutriendi ſunt: cauendum modò ne crebrius cibi porrigantur, ex facili nanq; hoc uitio oppreſſis ſuccurritur, quatenus etiam præſidia quæ potantur è regione particularum quæ ſanguinem fundunt, accommodentur. Vbi autem ſanguis in uentriculo conglobulatim concreuerit, coagulum bibendum eſt, maximè uerò leporinum, aut ficulneum lixiuium cum aqua, aut thymũ, aut thrymba cũ aceto. Aut certè lacte fiſtili eos aut aloë euacuare oportet. In his præterea, qui à palato per ſcreationem ſanguinem deſpuunt, gargariſmis inſpiſſandi uim habentibus utendũ, & fronti, & capiti adhibenda ſunt quæ admoueri ſolent ijs, qui ſanguinem è naribus reddunt. Hæc hæmoptoicorum eſt curatio, quam ſtudioſè exequi expedit, eo quod ſummum laborantibus ex immoderata euacuatione diſcrimen immineat. Multitudo nanque euacuati ſanguinis, quemadmodum in iugulatis, lethum præſentaneũ infert. Affectionis huius diuturnior perſeuerantia, in tabem mutationem minatur. Omnibus igitur ſecundum rationem perpetratis, & ceſſante iam ſanguinis eiectione, uires inſtaurandæ ſunt, & ipſi in priſtinum ſtatũ referendi, piſcem præbendo, & iuuenum porcellorum petiolos, & cerebella. Corpus uſq; perfricare, balneiq; frequentem uſum, potationem uini, excandeſcentiam, & rem Veneream cauere præcipiendo.

Caute euacuandum.

De pectoris ſuppuratione & tabe, quam Græcè φθίσιν nuncupant. Cap. XXXII.

EMpyema, quod uomicam & purulentam excreationem Romani appellant, in cauo ſpecu thoracis, ſiue intra ſuccingentẽ coſtas mẽbranam colligitur, quandoq; ex ſanguinis reiectionibus, hulcere ad cicatricem non perducto: hinc confeſtim ſequi phthiſis conſueuit, ſi ex pulmone fiat excreatio. Nonnunquam uerò ex inflammatione cum abſceſſerit, & diſrupta fuerit, ut in laterali dolore aliquando accidit, aut ex confluxu denique à capite proueniente. Signa itaq; collecti iam empyematis ſunt, grauitas thoracis, tuſſis uehemens & arida cum doloribus mixta. Interdum uerò humiditas quædam accedit, quare leuari nonnihil uidentur, febriculaq; intra initia ſtatim ignaua, errans abſq; ordine ſtato, & difficilis decretorij affligit. Cũ uerò matureſcẽte pure uomica abſceſſus appetit, acrius cũ horrore aliquo febriunt, inq; ſermonis proprietate ſpiritu turbati præcipitantur. Rupto uerò abſceſſu, pus reijcitur, quandoq; ſanè purum, nonnunquam uerò feculentum: atq; interdũ quidem per ſuperna eliditur prorumpitq;

Suppurationis in pectore collectæ indicia.

rumpitq; abscessus, unde certè nocentius metuendum est periculũ, interdum uerè per inferna: atq; id quidem quod descendit partim in uentrem & intestinum transumitur: partim uerò in uesicam, facta per uascula quædam transumptione delabitur. Febriunt autem numeris omnibus febre hectica usq; ad totius materiæ repurgationem perpetuò: quæ nisi accuratissimè procuretur, breui æger sanios us, purulẽta execrans, in tabem rapitur, pulmone exhulcerationem sustinente, in qua constitutione, phthisi inquã conclamata, genæ pallescunt, frons atq; ceruix sudoribus exitialiter rorescunt, carnes squalore contabescunt, ungues incuruantur, qui crassiores, candidioresq; aut pallescentes apparent. Malo autem magis inualescente, uenter conturbatur, hypochondrium sursum conuellitur, dira siti & ciborum auersione, cruciantur, quodq; excreatur deniq; grauissimi odoris fluxum emittit.

Curatio.

In empyematis itaq; curatione, ante omnia quidem machinanda puris in pectore collecti maturatio est, idq; tum spongiarum fotu, tum cataplasmatis ex farinis hordeaceis cũ caricis discoctis, & resina exigua, & stercore columbarum, nitroq; & ebisco. Salutare autem existit ruptiræ auxilium, in latus incolume decubitus. Sorbeatur præterea ex temporis interuallo mulsum, & succus ptisanæ admixto melle: sed quibus plus roboris inest, ius hyssopi & thymi melle adiecto bibant. Suppetias item plurimas ruptioni adfert salsamentorum esus, & catapotia hieræ ex colocynthide consarcinatæ, in cubilis ingressu sumpta. Cæterum cum pus primum expectorari cœperit, tum denuo hyssopi et iridis atq; glycyrrhizæ decoctorum in mulsa dilutum repete. Vel glycyrrhizam cum sesamo tritam, exhibe: aut pollinem in mulsa & oleo percoctum, cataplasmatis modo illinito. Cum autem hulceratio expurgationi renitens ægerrime expugnatur, ad compositorum usum deueniendum est: uerbi causa, medicamentum quod ex marrubio constat, tum simplex, tum cõpositum. Et quod ex eruis, & quod ab ingredientium numero Græcè dicitur Δωδεκάθεον: Et eam quæ ab autore Philoxeni nomenclaturam sortita est confectionem. Porrò qui in tabem decidunt, his porra capitata liquefacta cũ sorbillationibus chondri ac ptisanæ dato. Iam uerò & hæc per se bis decocta exhibenda ducito. Potus aqua pluuialis esto, & ex eo melicratum. Circa initia uerò relaxationum, imponantur cataplasmata ex semine lini & polline confecta: elixatione item fœnogræci, aut maluæ, oleoq; & melle, foliisq; altheæ. Temporis uerò progressu ad cerata transeundum, quæ ex butyro, oleo cyprino, laurino, & iride constituuntur. Mnasæi item emplastri usus probatur. Mnasæi.

cataplasmata ex sebesten antipsy.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

uiribus imbecillis, neutrum faciendũ, clysterijs acrioribus utendũ. Quod si dolor mediocris affuerit, post clysteres aqua mulsa propinanda est, ptisanæq; aut chondri cremor. In decremento autem morbi, cremoribus porrum adijciendũ, aut nepeta, aut pulegij & urticæ semen, cũ melle pro ecligmate sumetur. Si dolores uehementer affligũt post euacuationem, demulcendi sunt lanæ calfactæ, uel sulphuratæ applicatione, aut fomentis ex milio, et furfuribus in sacculo adhibitis, aut calida aqua, seu oleo uesicula excepto. Lanam præterea succidam cum oleo, uinoq; marina aqua diluto: siue salia inijcienda, aut ex seminibus cataplasma imponendum, cum decocto chamæmelorũ, altheæ, aut carycarũ, ireos, absinthij, mellisq; momento cum oleo nardino. Circa uerò quartum diem sorbitionibus nutrito, adiecto melle perexiguo. Septem autem diebus lapsis, linctus ex amygdalis, seminęq; urticæ melle cõtritis, offeretur: aut ecligma ex butyro melleq; decoctum. Et hypoglottide (quod medicamenti genus linguæ subditũ, paulatim tabescit) ex melle despumato utendum. Epithematis porrò, tum uidelicet quod quia fœdissimi odoris est ἀυσώλης appellatur, tum eo quod ex sampsycho constat: & peganera emplastrum, affectis applicabimus locis. Bulbi præterea cum axungia appositi, sæpenumero satis præsidij tulerunt. Inijciendum insuper eo morbo oppressis per inferna medicamentum ex butyro & terebinthina. Cæterum omnium efficacissimũ eclegma est, quod ex fructu piceæ: item ex amygdali amari, seminis lini, nuclei pinei, & amyli æquilibrio cum melle conficitur. Quos autem uigiliæ torquent, eos medicamentum ẽ papauerũ capitibus delingere competit. Ex antidotisq; athanasia, & alijs ad hanc prouinciam cõpositis utamur. Post decimum uerò & quartum diem, si malum non cesserit, cucurbitulæ ipsis imponendæ, ægri in extenuatoria uictus ratione seruãdi. Deinde ubi morbus remittitur, in lauacrum ducendi, frigidum uitandũ: educatio solidior adhibenda. Quod si aũt inflammatio costas succingentis tunicæ, non discussa in pus conuertatur, iam antea memoratis utendum est remedijs.

Ad lateris sine febre dolores.

Lateritijs doloribus sine febri bdelliũ succurrit, & costus, brassicæ cauliũ deustorũ cineri & adipi admixta, id quippe medicamẽti mirè discutit.

De affectionibus cordis. Cap. XXXIIII.

Cor si fuerit primaria affectione læsum, longius facessente medicorum præsidio, uitam cum morte præcipitanter commutare assolet, dum inflãmationes uidelicet ac ignitas rubedines, quæ eryspelata dicuntur, uehementesq; intemperantias in acutissimis febribus, sanguinis

item eruptionem uulnerato potißimum leuo cordis domicilio, ipſum experitur. Si autem per conſenſum afficiatur, ex cerebri, iocinoris, oris uentriculi affectu, ſiq; ex mœſtitia & terrore, alijſq; cõpluribus cauſis, animi defectus, quæ omnium repente uirium quædam eſt calamitas, oritur: quæ reſolutionibus & animi diliquijs, exiguo arteriarum percuſſu, extremarumq; partium perfrictionibus, & undiq; promanantibus ſudoribus ſignificatur. Hoc ſi ualidius exiſtat deliquium, ex earum ægritudinũ fuerit albo, quibus nullæ remediorum ſuppetiæ ſuccurrere poſſunt. Adhucuerò uirtute uel tantillum conſtante, nonnunquam ſubuenire datur. Validæ ad hæc cordis palpitationes ſubinde ex multitudine aut feruore ſanguinis, in eo concepti oboriuntur. Cor uerò idem ſuper excalfactũ, magnã & frequentem inducit reſpirationem. Refrigeratum autem exiguam atq; rarã. Secundo igitur libro inter febrium caſus, omnem cardiacarum ſyncoparum emendationem recenſuimus: tantum hic loci adijciendum, quemadmodum uincente iam ſymptωmate, poſt extimarum partium tum perfrictiones, tum circumlinitiones, purgamenta item pauimenti, & aliam quãcunq; refrigerationem, ſolamenq; inducenda ſint, ſudore diffiatis corporis partibus, myrtus læuigata, aut creta cimolia, aut electrum, aut malicoria cum mamma, aut terra Samia, adiecta parte commeos. Artus item extremi uſq; ad pubem & alas perfrigerati, obducendi ſunt ſinapi, aut pyrethro, aut adarce. Alimentũ eſto panis ex aqua ſeu uino frigido permixto, pedunculi ſuilli, articuli, roſtra, alæ, omnia frigida. Cæterũ caput & frontem oleo ex uuis immaturis, aut aliquo ſtyptico cum gummi aut decoctione roſarum perungito. Cataplaſma autem præcordijs ſtamachoq;, expalmulis, roſis, œnanthe, acacia, hypocyſtide, & alumine imponito.

Cordis nimium calfacti refrigeratiue ſigna.

De palpitatione cordis.

Noui quendam, inquit GALENVS, quotannis uerno tempore palpitationis cordis acceßione diuexatum: qui cum per triennium ſe à ſanguinis detractione adiutum intelligeret, anno quarto priuſquam accidens illud denuo ipſum inuaderet, ſanguinis miſßionem repetiuit, nec amplius eidem malo obnoxius fuit: ſicq; pluribus deinceps annis factitauit, et conſentanea, poſt hæc victus ratione uſus eſt. Sed nihilominus is etiam ante ſenium morte præuentus eſt, quemadmodum & reliquorum plerique omnes, nonnulli quidem in acutis febribus repentine animo deſtituti, parimodo interierunt. Quidam ipſorum citra animi deliquium tanquam ſyderati, ſubitò uitam in mortem commutarũt. Magna ita affectorũ pars ætatem agebat quinquaginta quidem annis inferiorem, ſed quæ annos quadraginta excederet.

De his quæ mammas infestant uitijs. Cap. XXXV.

LAc à partu caseimore sæpenumero in mammis concretum, inflammationes suscitat. Hisce itaq; rebus à principio utendum, spongia mollis, posca tepida madidata atq; expressa imponitur, & appositè alligatur. Aut palmulæ cum pane in posca læuigatæ, aut ouo etiam toto utendum, admixto rosaceo cum cerato perexiguo, aut alumine, & pulicaria herba unà cum coriandro, aut portulaca super accommodatur, aut Pyritem lapidem tritum cũ cerato impositum fascijs alligato. Cæterum distentione oborta, aut lacte in exigua frusta globulosq; minimos coacto, panẽ ex hydrelæo, aut œnomelite cataplasmatis instar applicato: aut panem cũ perdicio uiridi atq; cerato, bis in die: aut fabaceam farinam cum aqua mulsa aut elixatione. Quod si grauitatem non ferant, irrigatione olei dulcis calidi cum lanis delicatioribus utendum. Fouendæ autem mammæ sunt, ua pore aquæ feruidæ, aut fœnogræci decocto, aut althææ, aut seminis aṗij. Cataplasma præterea imponendum è polline & semine lini, aut fœnogræco cum hydromelite, aut sesamo cum melle butyró ue contrito. Exuctionem porrò mammarum arcere expedit, eo quod lactatio maiorem colluuiem illuc proritabit. Cum autem inflammatio mammarũ remittit, istiusmodi ceratis utendum: Betã oleo, usq; dũ subacta intabuerit, elixabis. Ipsa autem proiecta, oleo ceræ symmetrum adijcito atq; utere. Aliud: Ouorum crudorum lutea decem cerato commisceto, quæ constet ceræ uncijs duabus & semisse, rosaceiq; uncijs quatuor; & spatha ubi permoueris, muriæ quantum suscipere potest inijce, denuoq; cum rude uersando subegeris, utitor. Cæterum ad mammarum durities confert medicamentũ è melle, & omnia quæ molliendi uirtutem obtinent medicamina. Vbi tumor in abscessum transit, tum illis quorum capite de parotidibus facta est mentio: Item ijs quæ in sermone de apostematis recensebimus, utendũ est.

Archigenis subsidiũ aduersus erosiones mammillarum cum malignitate.

Vini Hadriani boni sextarij uiginti, rhus coriariorum libra, galbulorum cupressi libra, gallæ immaturæ atræ unciæ sex, cassiæ tantũdem: quæ simul contusa, in uino diebus decem macerato, deinde coquantur, commota assiduò rude cupressina, tantisper dum dimidium fermè absumetur: tum herbas quidem porrice, succus uerò elixetur ad mellis usq; spissitudinem, deinde in uase uitreo reponatur. Vtere in his quæ depascendo erodũt, mero. At si crassius fuerit medicamentum uino adiecto liquidius reddatur, mammarum nomas, aures quæ cum purulentia fluunt, gingiuas humiditate labefactas, & dysenterias sanat. Mitigat idem dolores lacte temperatũ.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

moris parem modum, ad hæc tertiã partem hypocyſtidis, floris labruſcæ, & cremoris rhus adijcito. Addere deinde oportet cerati quãtitatem quæ numero aliorum medicaminum proportione reſpondeat. Quod ſi in ueteſtatem incidit inflammatio ac indureſcit, medicamenta diuerſi magis generis ſunt adhibenda, quæ aromatum nonnihil, emolliendiq; & diſijcendi poteſtatem habeant. Cuius farinæ eſt, quod ex meliloto confectum eſt, & Philagrianum, atq; quod à fragrantia Græci ὠδὰξ, nominant, uiridis iaſpidis catenula collo appenſa, ita ut os uentris attingat, pro amuleto eſt. Verùm in calidis ſtomachi intemperiebus & ardentibus, cum reſolutione, uel animi defectu, aut aliqua cibi fuga, nulla omnino occaſione exceptа quàm febri, aquam gelidam potui dato, cremore uuæ immaturæ adiecto, aut malorum cotoneorum elixationem, aut clauiculæ uitis, aut ſeminis cucumeris, uel farinam cum frigida. Stomacho præterea ueſicam gelida aqua fartam, aut cucurbitæ ramenta imponito. Catapotia uem, quæ extinguendi ſitim potentiam habent, ceu iam pridem de ſiti memoratum eſt, exhibenda ſunt. Stomachus porrò, qui cum humore languidus flacceſcit, refrigeratur & roboratur iſto medicamento: foliorum roſarum uiridium drach. ſex, glycyrrhizæ cremoris quatuor, uino dulci excipito, & teſſallatim formulam, quæ linguæ ſubdi commode poßit, digerito. Sed in quibus propter craßitudinem pituitæ caloriſicis, & incidẽtibus opus eſt, hoc fuerit præſidiũ: Accipe corticis radicis fœniculi uncias duas, aceti ſeſquiſextarium, aloës uncias tres, mellis libras quatuor, radices cum aceto elixæ exprimuntur, porriciunturq;: mel uerò iniectum uſq; ad craßitudinẽ decoquitur, & tum deniq; aloẽ læuigata inditur, exhibe cochliaria tria cũ aqua. Nonnulli uerò idem abſq; aloẽ conficiunt. Et quod è nepeta conſtitutum σὺν καλαμίνθῃ appellatur, his idoneum eſt. Cæterum in quibus cibus aceſcit, ſeminis coriãni drachmam polentæ inſtar ſubactam, formatamq;, aqua propinato: ſiue maſtiches cochliarium, ſiue lactucæ candidæ ſeminis cochliaria duo. Compoſitum autem illud probatur, quod habet piperis drach. ſeminis anethi drach. treis, cymini quatuor, læuigata exhibebis ſomnũ inituro cochliari uno in uino temperato. In quibus porrò atra bile infectus eſt ſtomachus, & inflatione tentatur in exacerbationibus, ſpongias acerrimo aceto intinctas imponito. Quod ſi his nihil ceſſerit malum, alumen cum ære læuigato melle exceptum ſuperaccommodato. Potui autem dabis intybi ſuccum, aut potioni mentam infere. Quibus uerò ſtomachus flatulentus atque diſtentus eſt, nepetæ decocto ſymmetrum mellis & piperis mixtum præbeto. Aduerſus ſtomachi ſubuerſiones, ſucci acinorum mali Punici acidi partes treis, cremoris mentæ partem unam

Si ſtomachus cum humore flaccidus

unam usq; ad unitatis concretionem ubi decoxeris, ante cibum myſtrum unum exhibeto.

Ad ſaliuam ſtomachi.

Saliuoſus ſtomachus aceto ſcillino, aut oliuarum ſalſarum & iure conditarum, aut thalliæ (hoc eſt ſummitatis nouæ germinationis oleæ) decocto per inferna abluatur, aut eius quamminimũ deglutiantur. Nihil uerò perinde atq; aloë aqua irrigata confert. Ad curationem uerò eorum, qui cibum continere non poſſunt, quos ueteres proprie ſtomachicos nuncupãt, fœnogræci farinam melli mixtam, & maluæ ſemen in farinam contritũ, aridum, cataplaſmatis modo ori uentris imponito. Cerotum uerò è cera & olei irini recremento, & caſtoreo.

Stomachici.

De appetitus à cibis auerſione.

Anorexia, eſt à cibis, ſtomacho omnia reſpuente, auerſio: uel à ſtomachi intemperatura, uel ab exuperanti humorum copia proueniens. Deprehendes autem diſtemperamentum eius uiſceris æſtuoſum, ſiti, nidoroſis & fœtulentis ructibus, ſi quid cibi præter uoluntatem ingeſtũ ſit, promptiore item frigidarum rerum & elaboratu difficillimum coctura. Gelidã è diuerſo intemperiem contrarijs agnoſces: neq; enim hac detenti ſitiunt, & frigida non tolerant, & acida interdum eructant. Qui ad humores ciborum auerſionem referunt, partim propter ſubtiles atq; mordaces ſucos hoc mali patientes, mordentur ſtomacho, nauſea afficiuntur, uehementioreq; ſiti premuntur. Quibus uerò humores computruerint, ei interdũ etiam febriunt. Qui autem craſſis glutinoſiſq; humoribus laborant, morſu quidem ſitiq; omnino uacant, ſed commune omnibus accidens eſt nauſea. Si uerò ſinus uentriculi, humores occuparint, ab ijſdem etiam uomitus concitatur. Sin autem in tunicis ipſius impacti combibitiq; hæſerint, ſurſumq; regurgitantes, nauſeant modò, neque quicquam euomunt, præterquam cibos, ſi quos ſumpſerint. Quocirca qui ob calidam diſtemperantiã cibos horrent, frigidam uictus rationem præſcribere, & præcipuè ea quæ cõdiuntur aceto, panem proinde poſca maceratum eſui, ipſamq; poſcam, lac item acetoſum, & eam quam uulgo Romani melcam nominant, potui dare, expedit. Probatur præterea obſonium quoddam è lacte intybaq; & lactuca, & nonnunquam aqua gelida, omniaq; mediocriter, ſecundũ eius quæ iuſtum naturæ modum excedit temperaturæ contrarietatem: quoniam immodicus horum uſus non modò nõ conducit, ſed medicamentis omnibus inexpugnabilem reddit affectionẽ. Qui præ algore eſcas reſpuũt contrarijs omnino medendi ſunt, uinumq; perantiquum, conditum item & hydrogarũ, aniſi præterea acrutæ, petroſeliniq; decoctum, propinandum

Signa calidæ diſtemperantiæ ſtomachi.

Signa frigidæ.

Si cibi tedium ex calida intemperie

Cibario horroris epularum propter frigus.

dum est. Piper quoq; è communi aqua calida, atq; ipsum quoq; quod à tribus piperum generibus nomen habet ὅλῳ τριδυωπέρῳ, aut quod ὅλῳ μελαγχίνοις appellatur. Dabis ad hæc et uiperarum theriacam, quæ utiq; etiam his qui ad humorum copiam cibi tedium referunt, aliena non est. Alia quoq; in hac affectione constitutis, cum nutrimenti, tum medicamenti nomine, accommodatissima sunt. Cum autem ex humorum multitudine desiderium edendi proiectum sit, tenues quidem atq; mordaces humores per uomitionem, uel aluum inferiorem euacuabis. Vomitu quidem facilè, si temperatam aquam, aut mulsam admodum dilutã, antea laborans hauriat. Præstantius uerò, si ante hæc, humectantem exhibeas alimoniam, cuius farinæ habetur, ptisanæ cremor, aut ouorũ lutea. Qua autem ratione facilem quis uomitum conciliet, uolumine huius operis primo cõprehensum est. At si ægerrimè laborans euomat, præstat medicus materiam in aluum inferiorem dirigat, humectans antea languentes copiosiore & temperato cibo. Sed purgans medicamentum esto, uel ex aloë amarũ, uel ex malis cotoneis confectum, quod & scammoniam admixtam habeat, uel è rhodomelite. Quod si absq; scammonia fieri poßit, aloës maiore potius copia ipsos euacuare satius est, quoniam scammoniæ usus stomacho officit. Qui uerò propter crassos & tenaces humores appetitus perditione torquentur, his attenuando & incidendo succurremus, cumq; oxymelite, & ex hoc, muriaq; cõpositis, uelut cappari, oliuis, sinapi, & cõsimilibus. Neq; uerò inidonia his sunt ea quoq;, quorum in illis qui simili malo præ gelida intemperie conflictantur, meminimus: præcipuè uerò post euacuationem, euacuabis autem eo quod ad Iulianum refertur, oxymelite. Foris quæ tum calfaciendi, tum roborandi stomachum potentiam continent, adhibenda sunt: ungentaq; & malagmata, cuiusmodi sunt potißimè id quod ex uua acerba & immatura cõtexitur: & quod marciatũ appellatur, & quæ solenniter applicãtur unguina. Epithemata insuper Baiũ & Euodes, eiusq; classis cætera. Exercitationes item atq; frictiones cum primis adhibeantur. Porrò autem eorum curationi qui difficulter concoquunt, pariterq; appetitus propter frigidum simul & humidum succum, aut eiusdem qualitatis intemperiem conflictantur, medicamenta quæ è malis cotoneis consistunt, apprimè conueniunt: dico autem id cui Meloplacuntium cognomentum est, atq; id quod è succo malorum constat, & quod ex eorundem carnibus præparatur, cytrioq; malo confectum. Malagmata uerò proficiunt Marciatum, & quod ex acerbæ & nondum maturæ uuæ cremore constitutum, omphacinum uocatur: Baion item & Polyarchium, & eiusdem generis cætera. Quod si hulcus uel stomachũ, uel uentrem occupet,

De anorexia ex humorum copia.

Scammonia nocet stomacho.

MARCIATON

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

loco his, quæ relaxando mitigant, uteris: anethum uidelicet coquens, cui adipem gallinæ & anseris admisceto. Perquam utilis præterea flatuosis spiritib. obnoxijs, polij fasciculus percoctus habetur, siue decoctum nepetæ admixto mellis exiguo, aut piperis drachma: hæc quidem dolore acrio re infestante, adhibenda sunt: in mediocri sufficit fotus ex milio. Cucurbitu lauerò ampliſsima umbilicum undiq; complectens, sæpenumero actutum toto liberat symptωmate. Remedio quoq; castorium est, cum posca epotũ, & foris cum oleo sicyonio impositum. Et si cum tormine circa umbilicũ, flatuum collectiones incidant, medetur. Suillus porrò talus crematus, & in potu sumptus, tormina flatusq; discutit, aristolochia item rotunda. Doloribus porrò spirituosis, quibus uenter propter obstructiones torquetur, aut ex crassitudine obortis, aut ob frigiditatem, uinum meracius post cibũ epotum, præsidio est: Somnus, si superuenerit, malum ex toto profligit.

De Cholera seu bilis effusione. Cap. xxxix.

CHolera immoderata uentris perturbatio est, cum alui deiectione, tum uomitu ex continuata ciborum cruditate erũpens. Quæ interdum propter multam cibariorum prauitatem, nonnunquã uerò ob corruptos humores nimium aggestos oritur. Quocirca siquidem nauseabundus fuerit, & uellicetur ægrotans, manentibus etiamdum crudis in uentre dapibus, uomitus ciendi gratia aquam tepidam haurire iubebimus, ac digitos insuper aut pinnas in fauces inserere. Opitulandum ad hæc & alui deiectione. Superuacaneis humoribus eductis, cum tranquillitate tum fotu præcordiorum, ex dulci oleo, cum uino non multo, aut mastichino, aut nardino, hyemis tempore utendum. Somnus inducendus. Lauacris ad unguem facta coctione, danda est opera, & boni succi alimentis uescendum. Atqui cum excessu facta euacuatione, ab initio quidem ea quæ suprà libro secũdo de Turbatione uentris memorauimus, abundè sunt. Perseuerante uerò corruptione fluxú ue, aluoq; collapso si pulsus tenuior densiorq; euadit, cataplasma ex palmulis cum œnanthe, acacia, hypocistidis liquore, & malicorio imponito. Aquæ porrò mediocriter frigidæ cyathum ad sorbendum exhibeto: Ius uerò rosarum, aut œnanthes, aut rhußis, aut capreolorum uitis, efficatius est, aut liquor qui ex malo Punico acidæ dulcedinis expressus est, propinandus, pusillo mentæ superiniecto. Vbi uerò quæ excernuntur acriora extiterint, febrili feruore sitiq; immodica superueniente, cucumeris semen cum aquæ cyathis tribus offerendum: intybá que & lactucas in posca elixas, cibi loco manducent. Fluxu autem nondum suppresso, uinum aliquod austerum propinandum est. Si nulla

quidem febris infestat, palmatianũ, aut aminæũ, aut spathites, aut omphacomelites exhibeto. Febricitãtibus uerò, uinũ Punicũ, id est, ex malis granatis, aut myrteum, aut cibyraticum, hydromelumq; poculentum, cũ mica panis, aut halica, aut chondro. Quod si esculenta frumẽtacea fastidiãt, fructuum aliquid fugaciũ præmanducantes, mespila nempe, aut pira, aut cotonea, aut mala granata, carnosum & durum expuent. Si porrò cibum ne sic quidẽ contineant, cucurbitula quãmaxima leuis stomacho est adglutinanda. Qua iam adglutinata, aliquo ex prædictis nutriendi sunt. Cæterum ad conuulsificas contractiones calida limimenta oleo imbuta musculis circumponito, cerotaq; liquida castorij quippiam & sicyonij complectentia. Sed priusquam hæc aggrediantur, membra sunt aqua calida fouenda. Si peruigiles reddantur somnũ accersire, ijs quæ uigilijs cõducere docuimus, conuenit. Si uirtus non prohibet, & ὀλὰ λουτρὸν confectio miscenda est. Decremento autem morbi facto, in lauacrum ducendi sunt, & recreandi alitibus, pullis gallinarum & columbarũ, aut pedunculis suũ, aut consimilibus ferculis. Profusus uerò alui fluor, qui cibariorum corruptela existit, magna quidem parte sua sponte cessat, nihil alimenti sentientibus ægris usq; ad consummatam decoctionem, & absolutam corruptorum inanitionem. Si remanent, ijsdem præsidijs, quæ in cholera comprehensa sunt, occurrendum.

Post uigorem quid agendum.

De intestinorum leuore lienteria'ue, & affectione cœliaca. Cap. XL.

DVplex leuoris intestinorum (quã Græci λειεντερίαν nominãt) genus est. Alterum quidem, quod exulceratis supernè intestinis oritur. Nonnullis uerò ex cicatricibus ab intestinorũ torminibus magna parte excitatis, aut ex alijs cõtrahitur fluxionibus. Alterũ uerò, quod ex infirmitate lãguoreq; uiriũ, quæ alimẽta in stomacho permutãt distinent, prouenit. Hanc alteram leuitatis differentiam cũ cœliaca dispositione confundi & misceri arbitror. In qua utiq; languẽte & imbecilla stomachi uirtute, cibi neq; coquuntur, neq; in corpus distrahuntur, sed crudi, perliquadi, imperfectiq; euadunt, continuo fluxu tentata aluo. Sed in leuore intestinorum celerius quàm in cœliacis, quæ assumpta sunt alimẽta, deijciuntur, tamq; intensa cruditate, ut assumpti quoq; nutrimenti genus liquidò inde cognoscatur. Et his quidem unicè à cœliacis discernũtur. Semen igitur lini cum palmulis hac affectione obnoxijs, cataplasmatis instar inducendum est. Summè autem prodest lentiscus & rubus, unà cum oxymelite decocti. Si uenter unà ex spiritu inflatur, cyminum quoq; & anethum & ruta commiscenda sunt. Cũ autem magis magisq; increscit fluctio, ma-

Ventralis affectio.

la cydonia, alumen liquidum, acaciam, hypocystida, gallam, authorũ nonnulla, aut pariter omnia, inseremus. Cerota insuper ex oleo myrtino cum uino quopiam astringente. Epithemata calorifica quidem magis, è baccis lauri & quod ex seminibus constat. Vehementius uerò adstringunt, aluumq; coërcent diacœnanthes, id est, per labruscã, diagigarton, hoc est, ex malorum granatorũ acinis concinnatũ: & cuius pater Antylus est, et Erythrij admiratione dignum est. Longo uerò iam tempore inueterata ægritudine, dropace unguento uenter illiniatur, & ex sinapi cerato, necnon & ipso per se sinapi. Potiones porrò conducunt, simplices quidem, semen plantaginis, aut semen rumicis, aut mali Punici cortices, sorba arida, aut omphax aridus ex Aminea uua trioboli quantitate, non febrientibus cum uini adstringentis cyathis sex. Febricitantibus uerò cum aqua pluuia. Minus uerò stomachum succendit gallinaceus uenter siccus potui insparsus, & quæ cient lotia: uerbi causa, apium, adiantum, & id genus alia in potu sumpta, materiam inde auertere moliuntur. Ex mixturis uerò probantur Polyidæ sigillum, pastillus ex electro, item ex Aegyptia spina, & qui clidion appellatur: & ex seminibus, diaspermatum nuncupatus. Cæterũ hoc primam habet bonitatis æstimationem: Lapathi syluestris seminis uncia una & semis, plantaginis seminis unciam, hypocystidos succi drach. sex, gummi seu acaciæ denarij terni, malorum cotoneorum ad tertias decocto rum iure diluuntur. Aliud: Cymini, piperis, rhus Syriacis, floris syluestris Punici, singulorum unciam unam et semissem, malicorij unciam, laserpitij unciã dimidiam, aut aridi drachmã, potioni inserito, aut oxymelite macerata, cũ mane, tum uespere misceto. Aliud: Myrtorum nigrorum cochliarium unum & dimidiũ, anisi, rosarum siccarum, cœnarthes, nuiuscuiusq; cochliarij semissem, phœnicobalanos uiginti, in pastillos digerito, atq; drachmam cum aqua potui dato, aut cum uino plus satis diluto. Palma hic bonitatis obtinet ea, quæ è uiperis cõcinnatur theriaca. Porrò quod ad alimenta attinet, ubi quæ egeruntur excrementa tetri odoris acrisue, ac biliosa fuerint, è chondro, oriza, alica, & consimilibus erunt, in quibus quædam adstringendi facultate prædita incocta sint, nempe pira, mala cotonea, mespila, & id genus alia. Lac quoq; excoctum his salutare est. Potus autem esto uinum dilutum & tenue, aut aliqua dulcis potio. At si materia pituitosior excernitur, contrarijs omnino edulijs laborans enutriendus est, semina quædam stomacho grata, admiscentes: uerbi causa, anisum, aut cyminum, aut apij semen. Lenticula quoq; denuo recocta sæpenumero sic oppressis subuenit, cum aceti momento mansa, aut oxymelite. Brassicæ etiam ipsæ bis coctæ auxilio sunt. Præstat autem alteram eo

Victus lientericorum.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

premorata quapiam perturbatione oritur, nunc uerò per se originem habet. Excrementa primum quidem bilioſa & uaria profluunt, mox iuxta proportionem cruenta, poſtremo tabida ſeu purulenta, cuiuſmodi ex cadaueribus profluere conſueuerunt. Sed quæ ad atram bilem ortum refert dyſenteria, exitialis eſt, cum exhulceratione cancrũ inſinuans. Si igitur cum ſtercore mixta exhulcerationis ſigna cum labore & circa umbili cum tormine excernantur, in gracilibus inteſtinis exhulcerationẽ eſſe cognoſcito. Tum quidem remedia per os cumprimis expediunt. Sin uerò oletum ſyncerum egeratur, craſſorum inteſtinorũ hulceris nota eſt, quod clyſteribus magis obtemperabit. Vbi autem plurimus cruor ſolitariè deijcitur, affectionem, cruentam uocitant dyſenteriam. Excernitur quippe aliquando obſcurior, quàm ſecundum naturam, ſanguis, et rutilus. Iocinore uerò digeſtum alimentum praue conficiente, imbecillá que contentrice ipſius etiam uel alteratrice facultate iacente, ſæpenumero per uentrem loturæ recentis carnis haud abſimile egeritur. Iecorariam autem hanc dyſenteriam indigitant, qua de in ſermone ſuper iocinore narrabit. Communi itaq; curatione, iiſdem præſidijs, quibus cœliacis, ac alijs præter naturam excretionibus ſuccurritur. Propria uerò curatione, Lemnia ſigillata pota, & per aluum infuſa, abſterſo prius aqua mulſa inteſtino, depaſcenti etiam dyſenteriæ medetur. Deinde muria & portulacæ ſuccus potus, dyſentericis peraccommodus eſt, atq; ipſa etiam per ſe portulaca in poſca elixa & comeſta. Plantago quoq; rubiq; cum fructus, tum folia: necnon & altheæ radicis elixatio conueniunt. Hippuris præterea ex aqua uel uino pota, eiusq; cremor. Mori item immaturus fructus ubi aruerit, adhuc etiã uehementius rubi mora conſimiliter arefacta, proſunt. Quin & oua quæ que ex aceto toſta manſá que alui fluores exiccant. Satius fuerit, ſi ex his alia quæ ad tormina ſpectant cõmixta, in ſartagine torrefacias, atq; eſui exhibeas. Præſtantiſſimum uerò omnium eſt omphacium, rhus ruber, & cremor eiuſdem, malicoria, galla, acini uinacei, meſpila, myrta, cornea, cochlearum integre toſtarum cinis. Compoſitum uerò illud probatur: Cochlearũ cineris partes quatuor, gallæ partes duas, piperis partem unã in puluerẽ cõtuſa, obſonijs inſpargito: aut ex aqua uinó ue cãdido diluto potandũ exhibe. unicè iuuat dyſentericos, quibus nondũ hulcus cõtabuit. Et canũ oſſa uorantiũ, ſtercus aridum cũ lacte in quo calculi fluuiatiles extincti ſint, in caſeum iam denſeſcẽte, hauſtũ. Cõpoſita uerò præcipuè proſunt ex Aegyptia ſpina, paſtillus, atq; Philippi: itẽ qui è cornu ceruino, necnon ex ſeminibus cõficiuntur orbiculi, et Trygonos, catapotiaq; ex macere cõfarcinata, admirandæ uirtutis ſunt. Præſtantiſſimus inter paſtillos eſt, qui

Dyſenteria atrebilaria.

continet:

continet: Opij, croci, lycij Indici, acaciæ, rhus, thuris, gallæ, hypocyſtidis, corticum malorum Punicorum, myrrhæ, aloês, æquis partibus, ex aqua præbe triobolum. Aliud: Rhus denarij octo, gallæ, malicorij, ſingulorũ denarij quatuor, cochleare unũ ex uino propinatur. Aliud: Rhus drach. octo, gallæ, acaciæ, gummi, uniuſcuiuſque drach. duæ, opij drachma in uino temperato exhibetur. Cæterum ecligma hoc dyſentericis cõuenit: Myrtorum nigrorum ſextarium, rhus Syriaci tantundem, palmularum Thebaicarum libras duas, carnium malorum cotoneorũ libram, † mala punica acida cum corticibus decem, uini aſtringentis naturæ ſextarios duodecim, ad tertias uſque decoquito: Percolatis, mellis libras ſex inijcito: coctumq; ad craſſitudinem lingendum exhibe. Liquidò uerò conſtat, quod cataplaſmata quoq; ex aſtringentibus, quorum ſyluam ad manum habes, congeſta, uſui ſunt. Enemata porrò dyſentericis propter affligentes teneſmos competunt, cremor oryzæ, aut chondri, ſiue id genus alicuius, cum adipe caprino, ſiue hircino, & quæcunq; in capite de teneſmo memorata tenentur. Quod ſi ſanguis excernatur, polygoni ſuccus per inferna injiciendus eſt, aut plantaginis cum acacia, uel hypocyſtidis, uel alius eiuſmodi. Sin urgeat fluxio, cohibens aliquod obſtaculũ immittito: uerbi gratia, lanæ ſuccidæ cinerẽ, uel ſpõgiæ † inanis pice liquida, ſeu ſanguine bouillo irrigatæ, aut cũ alumine liquido crematæ, aut onidis cremore. Andronius etiam paſtillus præſtans medicamentum eſt, item Muſæ, & his non abſimiles. Necnon & ea quæ deinceps ſequuntur collyria multò in id efficaciſſima habentur, præſertim in quibus cum laboribus alui excrementa ejiciuntur. Sed bulcus ubi depaſcendo ſerpens inteſtina occupauerit, id quod ex graueolentia, & putredine retrimentorum, quodq; non ab initio ſtatim, ſed interpoſito tandem tempore, ortum ſit, deprehendimus: clyſteribus cruſtam inducentibus utamur, cuius claſſis ſunt paſtilli, qui Fauſtiani cognomentum obtinent, & ex charta, paſtillusque nomine Bithynus & Thronius: item ſuberibus confectus, cum lentis elixatione, aut aſtringentium quopiam, immiſſi. Cæterum & hoc ſæpius à me expertũ eſt enema, omphacidis, id eſt, Roborei calycis crematæ. Eſt autem hoc cõcauum, unde glans quernea enata eſt, quo utiq; coriarij utuntur. Auripigmenti, ſoliduginis, rhus Syriaci, æquas horum concuſſorum partes, quantum uidelicet duo capiunt cochliaria, oryzæ ſucco excipito, & cremore anchuſæ ſpinoſum grandeq; & nigrum folium habentis, quam chœroſpelethon nuncupant. Quorum item albuginis ſimiliter ad uncias duas, aut treis immittito. Epithematum porrò facta eſt in uentratis mentio. Ventris inſuperi limitiones è materia quæ aſtringendi arefaciendiq; poteſtatẽ habent conflatæ

mali Punici acidi

recentis

Omphacis.

flatæ, cum aliquo glutinatorio, gummi, thure, glutino taurino, polline, in id genus cataplasmatis locum habeant. Alimentum sic habentibus principio, ouа ex lacte, mox inde è frumentaceis sorbillationes, cum per se, tum unà cum lacte elixæ, esto: sed & lac quoq; modicè decoctum, præstantissimum est. Holerum usus neutiquam necessarius: possunt tamen gustari cichorium elixum, intybum, plantago, brassica bis cocta, & poma astringentia, carnibus ipsorum porrectis, aut quæ aliâs exasperare possunt intestina. Quod si calor in multam uenerit intemperiem, intybum crudum exhibendum erit: aqua gelida potui exhibẽda: potũ alioqui præstet aqua pluuialis: stomacho autem affecto, etiam uinum. Volucres deniq; aridiores, & quæ cõcoctioni nihil renituntur, à dysentericis manducentur. Lauacris utantur ex aquis dulcibus. At si fluxu inde tententur, prægrãdem spongiam, uel micas panis siliginei uino Ascalonitæ, aut aliquo calido adstringentis naturæ, irrigata, uniuerso abdomini superaccommodabis, fasciáq; ubi deligaueris, ita tandem lauari præcipito.

Dysentericis quæ uictus ratio conueniat.

De ægritudine Colica. Cap. XLIII.

COlon crassioris intestini pars, à dextra iliorum parte oriens, in modũ zonæ ad sinisteriorem excurrit. Cruciatus in eo pluribus de causis suscitantur immensi, aut enim propter crassum pituitosumq; humorem, qui intra ipsius tuniculas insidet, aut propter spiritum etiam crassiorem ac turgidum incluſum, aut propter inflammationem intestini, aut propter acres, uiq; mordaci uellicantes succos affligentes. Quibus itaq; crassus pituitosusq; humor cruciatum infert, his dolor per uniuersum funditus epigastrium diffunditur, præcipuè uerò ubi statum coli sitũ terebra perforari autumant. Strophi hos, hoc est, torsiones circa umbilicum excruciant: ructus item & nauseæ, uomitionesq; uariæ, sed in primis pituitosæ: aluus adeò nihil excernit, ut ne flatus quidẽ per eam prætabi queat. Excretum autem quandoq; oletulum, ueluti uaccinum cernitur leue, & spiritu refertum. Hæc uerò præcedunt maximè, gelidorũ, crassiq; humoris esculentorum frequens usurpatio, satietas, coctricis facultatis debilitas, ocium, & id genus alia. Qui uerò dolorem flatulento spiritui acceptum referunt, extensionis potius sensu torquentur. Qui autẽ ob inflammationem tormenta sentiunt, loci feruore deprehenduntur, quem febris haud ignaua comitatur, unaq; cum stercore lotium retinetur, & pulsus uentrem perturbat, sitis, æstus, ac nauseæ infestant, uomitionesq; bilioſæ potissimum, quæ nihil malum subleuant. Ea quidem, ut uno uerbo eloquar, omnium infestissima est colicarum affectio, quæ in gracilioris intestini morbum, quem εἰλεὸν Græci nuncupant, transitum minitatur. His

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

in uehementioribus tormentis mediocriter mitigantibus præſidijs utendum eſt, cuiuſmodi cenſetur è caſtorio confectus paſtillus eliquatus, cum per ſuperna, tũ per inferna infuſus, et alia eiuſdẽ generis medicamẽta. Nã quæ uehementer torporẽ afferũt, cauẽda ſunt. Quoniã ad præſens quidẽ tormenta pauliſper leniunt, ſed diuturniorem affectionẽ reddũt, materiã incraſſãdo, meatuſq; inteſtini cõſtipando. Pituita uerò iã attenuata, hiera amarulẽta, uel globulis huiuſmodi purgare expedit: Aloës, euphorbij, coccognidij puri, ſcãmoniæ, æquis cuiuſq; partib. modus eſt ad ſcrup. duos. Victus coli-corum. Victus adhæc ratio calidior & aridior cõuenit. A primordio quidẽ morbi, genius defraudãdus eſt, inediaq; pferẽda: mox inde acriora mãducãda: porra itaq; toſta eiuſmodi afflictioni detentis, eſui dẽtur cũ cõdito. Apiũ quoq; et paluſtris aſparagus, allia cruda, præcipuè his qui talib. minimè offendũtur. Verũ cõditũ ipſum quoq; potẽt, panẽq; admixtũ unà cũ ipſo ſumant. Eſcas deniq; etiã reliquas inculpati ſucci, et cõcoctioni nihil renitẽtes, utiliter exhibebimus: ita qdẽ ut cautius à ſaturitate et cruditate tueantur. Vbi uerò flatulentus ſpiritus dolorẽ ſuſcitauerit, poſt enemata qbus flatus diſſipãtur, potionesq;, cucurbitulæ etiã perquã ingẽtes ſuccẽſæ, & inanes uniuerſo uẽtri impactæ, nõnunq; ad placãdũ morbũ ſatis adminiculi præſtiterũt. Quod ſi id inteſtinũ torquet inflãmatio, è cubito ſanguis detrahendus eſt. Si uerò mictionis difficultas exercet, uena à malleolo ſecãda eſt, et iãpridẽ enumeratis utendũ adminiculis, exceptis acrimonia præditis, & uehemẽtius expurgãtib. Sed leniẽtes potius clyſteres infundi, cataplaſmata admoueri, imbreq; cõgruo foueri debẽt. In oleũ quoq; deſcẽſus cõmẽdatur. Cucurbitulas ĩterim utiliter adglutinabimus. Cerotariũq; ungẽtũ epigaſtrio applicabimus, quod ceræ qdẽ habeat quincũcẽ, chamæmeli ſextãtẽ, roſacei tãtũdẽ, fabaceæ farinæ ſemunciã, lutea ouorũ quina: Hæc lentitia ſeminis lini cogũtur. Tenuis itẽ et febricitãtiũ peculiaris uictus ratio, uſq; ad inflãmationis ſolutionẽ ſic habẽtib. præſcribẽda eſt. Quod ſi acres et mordicantes ſucci cruciatus pepererint, oleũ p aluũ infundetur, in quo elixa ſit fœnogræcũ, aut althea, cũ molli adipe recẽti anſeris, ſiue gallinæ, uel cremore quoq; ptiſanæ cũ roſaceo, aut lini ſeminis etiã liquore. Potionãdi uerò ſunt antidoto ex aloë amara. Lauacris porrò ex aqs dulcib. dãda eſt opa. Cibis utendũ ſorbilib. ex chõdro ſeu ptiſana, piſcibuſq; ſaxatilib. Vno uerbo, oĩs uictus ratio hũidior frigidiorq; eſto. Cauẽdũ à cũctis acrib. cũ dapib. tũ medicamẽtis: ex ſuperfuſionib. et cataplaſmatis fotu, uiniq; potu, ĩ primis aũt uetuli. Quod ſi dolor admodũ uiolẽtus tyrãnidẽ inlaborãtẽ exerceat, ijs etiãq; ſtuporẽ inducũt, utendũ. Multò qppe minus alijs ledũt id genus affectus, quæ tenues mordacisq; naturæ humores incraſſant, et mediocriter refrigerãt. Mea nãq; ſentẽtia colica ægritudo, quæ noſtra ætate incrudeſcit,

ex talibus humoribus naſcitur: Cum ab Italiæ quidem finibus inceperit, per pleraque alia Romani imperij loca, inſtar peſtiferi contagionis graſſetur: unde non paucis quidem in morbum comitialem, alijs uerò in membrorum reſolutionem, ſuperſtite tamen & incolumi ſenſu: nonnullis autem in utraq; delapſis, magna pars eorum qui in comitialem morbum ceciderant, uitam in mortem commutarunt. Quorum uerò morbus in paralyſim tranſierat, pleriq; euaſerunt, perinde atq; in decretoriũ tranſeunte morbi materia. Hoc itaq; modo affectis, medicus quidam per Italiam curam adhibuit: ſuſpectam ſanè atq; infidelem quãdam frigorificam ſcilicet multumq; temerariam uictus rationem de induſtria cõmentus. Lactucas nanq; crudas & refrigeratas, intybáq; conſimiliter, uel ultra ſaturitatem deuorandum ipſis elargitus eſt. Præterea uuas, mala, durioris q; carnis piſces, & quæcũq; cruſtacea, quæ Græci ὀστρακόδερμα uocant, bubulos pedes, bulbos, & id genus quæq; alia, non facultate modò, ſed tactu etiã perfrigida. Vinum ſanè rarenter admodum admittebat: nec niſi aqua gelida dilutum, ſed aquam potius frigidam, uel poſcam etiam frigidam propinabat. Ab alimento præterea omni calido, mediæq; materiæ, uehementer abſtinebat. Atq; ita ſanè ex inſperato cõplures aliquot à morbo uindicauit, priſtinæq; ſalubritati reſtituit: quoſpiam ex illis etiam qui iam in Herculeum morbum, reſolutionemq; neruorum prolabi cœperant, præter omnium opinionem, ſeruauit.

Paradoxa curatio ægritudinis colicæ.

De Voluulo, quem ileum dicunt. Cap. XLIIII.

ACutiſſimum malum, & acerbiſſimi cruciatus ileos eſt, caſum periculo grauiorem ſecum afferens: miſerabili ſiquidem morte tandem eo morbo detenti, alui retrimenta per os reddentes intereunt. Oboritur ex cruditatibus, & obſeſſa excrementorũ ſemita, retentis quæ iam corrupta ſunt: uenenatorum item medicamentorum potu, atq; in ſcortum deſcendentibus inteſtinis, & inflammationem expertis, grauiore coli cruciatu intercedente. Pueris igitur hoc malo oppreſſis, aſperginibus, cataplaſmatis, clyſteribus, collyrijs atq; fotibus, quemadmodum in colicis memoratum eſt, ſuccurrenaum. Adoleſcentiæ autem floridæq; iuuentuti ſanguinis detractione abſq; mora ſuccurritur: ſin minus, cucurbitulæ uniuerſo uentri multæ atq; inanes ſunt adglutinandæ, & in regione doloris cum ſcarificatu. Membra porrò perfricanda, arctiusq; faſcijs coërcenda, tum clyſteribus & enematis utendũ: inſeſſu inſuper olei calidi, antidotis, expurgationibus. In ſumma, omnibus quorum uſus, in colica ægritudine probatur, exemptis his, qui ad acutos & uellicantes humores coli dolorem referunt. Mirificè præterea conducit ipſis ſi euomerint, anethum elixũ & epotum.

epotum. Confestim uerò à potu pane in calidam demerso, bucceam eius ca lentem manducandam porrigito: Sed cibum non continentibus, rhun & cyminum in eadem læuigatum in oxymelitis cyathis sex potui præbeto. At eos qui ex uenenata potione in ileum inciderunt, aquæ calidæ potu uo mere compellito. Cæterum omnium letalium medicamentorum indicia ha bes uolumine huius operis quinto explicita. Deinde bibendũ quoq; oleũ calidum, aut ius pingue, quo denuo ciatur uomitio. Post aliquot dies theria ca propinatur. Perseuerante autem oppilatione, lacte scisso, cum exigua scãmonia, uel aloë, aut purgante aliqua materia, aluus euacuãda est. Quod si ex intestini in scrotũ prolapsu uoluulosa oriatur affectio, figuratis ipsis quamprimum, ut in caput sublimes pendeant, delapsum intestinum intra inguen reprimendum, ligamentoq; coërcendum.

De renum ac uesicæ malis, & primitus de calculo. Cap. XLV.

MOrborum germanitas atq; cognationos seriem doctrinæ trãsgredi compellit. Commune quippe colica ægritudine, renumq; calculo laborantibus, intra primordia statim uentrem cohiberi, summoq; cruciatu opprimi, cibum fastidire cum cruditate, & intestinorũ torminibus torqueri. Peculiare uerò colicis, hæc omnia magis intensa ac diuturniora offendi. Nephriticis autem minus, & colicus quidem cruciatus cũ plurimum in dextris ilibus uexans, ad stomachum usq;, iecur item & lienem pertinet: oleti omnino nihil, imò ne flatus quidem per inferna transmittitur. Et cum reddere aluus compellitur, quod excernitur flatulentum est, & bouino neutiquam absimile. Nonnunquã etiam pituita uitrea deijcitur, lotium copiosius pituitosumq; editur. Nephriticis autem grauis in renibus dolor quasi fixus hæret, instar paxilli adacti referens, & ex aduerso testiculus dolore afficitur, fœmur cum coxendice torpescit, aluus quidem minus astricta, sed sua sponte tamen rariuscule respondet. Clysteribus uerò iniectis, biliosius certè recrementum cum strepitu deijcitur. Lotium autem exiguum ac sabulosum magis redditur, meatusq; urinarij constringuntur. Hæc indicia calculos in renibus esse testantur, quæ uiris maximè adultis eueniunt. Pueris uerò in uesica potius calculi cõcrescere consueuerunt. His autem arguuntur notis, urinæ cruditas, & in albedinem langueſcens, cũ sabuloso sedimine pruriunt, uerenda subinde contrectant & arrigunt, identidemq; in lotium urgentur, & destillat urina. Materiata quidem gignendis calculis occasio, crassus & terrestris humor habetur: effectrix uerò, flagrans renum aut uesicæ ardor. Cæterum in renibus quæ calculos comminuant, atterant, incidantq;, utendũ medicamen

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

aquam hauriant, & in medio prandij gelidam, niſi quid obſtet, ſuperſorbeant. Quod ſi prauorum humorum copiam olfecerint, ſenſuq; perceperint, ſanguinis detractione, ſeu alui deiectione euacuentur. Verùm ad tutelam ne gignantur calculi, omnium primũ bonitatis honorem meruit, pòſt balneum, antè uinum nutrimentumq; aliud, aquæ tepidæ potus. Sed ueſicæ puerorum calculos, efficatioribus adminiculis emoliere, delectu quidẽ è prædictis habito. Quod ſi calculus ſupra modum increuerit, & ceruici ueſicæ impegerit, quaſſatu tubuli, uel lithotomia, perinde atq; in uolumine de chirurgia dicetur, uti conſilium eſt.

De renum inflammatione,

Quod ſi renes aut ueſica inflammationem experiuntur, id quod regionis affectæ ardor cum grauitate cruciatus, febricula, aliena animo peregrinante ſermocinatio, bilioſus uomitus ſyncerus, mediendi impotẽtia, præſertim ueſica phlegmone oppreſſa, arguit, ſanguinis detractione quãprimũ occurrendum eſt, mitigatoriaq; facultate præditis aſperginibus, & cataplaſmatis utendũ ex ruta, anetho, fœnogræco, altheæq; radice. Clyſterijs item mollibus, & enamatis quæ ex oleo & papauere, & adipe anſerina conſtituuntur. Verùm in ueſica ſi fuerit inflammatio, opij quoq; obolus ſemis cum myrrha crocoq; ac oleo ſedi immittendus: Mulſa propinanda, abſtinendum à ualde lotium cientibus, multaq; potione: niſi acris ac bilioſus humor naturæ modum nimium excedens abundauerit, tum quippe, copioſiori potui indulgendum, & confertim ſemel eorum quippiam, quæ urinam abſq; uellicatione morſuq; propellunt, hauriendum. Potent præterea ſeminis lini portiunculas binas, amyli partem unam, ligulæ menſura ex aqua. Sumatur item cucumeris atq; peponis ſemen. Cum uerò igneum feruorem renes ſentiunt, linteola uino roſaceo, aut aqua roſacea melinó ue imbuta, injcienda ſunt: uel ceratũ è cera, roſaceoq; & chamæmelino oleo ſiue melino, & ouorum luteis, cum aceto perexiguo, aut polygoni cremore, contextum. Poſtea autem medicamento ex ſuccis cum chamæmelino utendum. Cauenda ſunt nimium calida, quoniam ſuppurationem creant. Itidem & impendio frigorifica, renes nanq; promptiſſimè ab his obdurescunt. Abſtinendum præterea à lauacris eſt, cum imminet inflammatio. Victus deniq; ratio, quæ febricitantibus expedit, & ab arcenda inflammatione nomen habet, ſalubris eſt.

De urinariarum partium abſceſſu & exhulceratione.

Abſceſſum in renibus portendũt, dolores iliorum, diuerſi horrores, & febres inordinatæ. Abſceſſum uerò ueſicæ, præter ea quæ memorauimus, dolor

Abſceſſus ueſicæ indicia.

Notæ renis affecti.

dolor etiam partis insinuat. Renum porrò affectũ deprehendes, si homo in sanum decumbens latus, in opposito doloris ueluti suspẽsi renis sensum percipiat. In quorum curatione insessibus ex hydrelæo utendum est, cataplasmatisq; ex polline, oleo, ac resina confectis, aut farina erui cum melle aut cardamomo, aut stercore columbino cum caricis. Pus uerò per lotium confarctim excretum, ruptum abscessum, atq; in particula hulcus esse declarat. Cum uerò etiam absq; abscessu, rupto uase, uel exeso acriore materia, aut calculo lacerante urinarij meatus exhulcerantur, distinguenda est renum exhulceratio, ab ea quæ uesicam aut urinaria uasa exercet, ad hũc modum: Renibus exhulcerationem sentientibus, dolor cum quadam grauitate lumbos uexat, & citra offensionem emingunt, lotioq; pus mixtum reperitur carnosis particulis innatantibus. Vesica uerò hulcusculis intentata, uehemens cruciatus pectinem imumq; uentrem impetit: urina magna cum anxietate redditur, & post mictionem pus in fundo matulæ subsidet, squamulæq; in ipsa tetri odoris, aut lamineæ circunferuntur. Furfureæ uerò hypostases uesicam scabie laborare significant. Quando autẽ meatus, qui è renibus urinam ferunt, exhulceratione conflictantur, puris mixtura medio quodam modo, & capillamentis persimilia urinis innatant, tormentumq; mediam inter renes & uesicam regionem excruciat. Si uerò pus, aut sanguis solus absq; lotio excernatur, nullius ex particulis quas hactenus recensuimus, sed pudendorum exhulcerationem denũtiat. Cum itaq; instrumenta per quæ urina fertur, exhulcerationem experiuntur, aqua mulsa, uel fœnogræci decoctũ, unà cum melle, aut cucumeris semen cum passo propinetur. Purulentum cum lotio excernentibus, rubrica Armeniaca exhibenda est, uel ferularum crematarum cinis, quantum tribus digitis capitur cum passo. Sed & lac in potu magnificè sic affectis opitulatur. Mixturæ autem hæ, seminis lini, seminis cucumeris, tragacãthæ, singulorũ gemini denarij, in pastillos conformantur. Aliud: Nucleos pineæ nucis uiginti, seminis cucumeris satiui † cochliaria quadraginta, amygdali drachmã heminis duabus iuris in quo nardi, seminis apij, uniuscuiusq; denarij quini elixi sint, excipito. Verùm Archigenes in epistola ad Atticũ, dysuria, inquit, urgente: sume papaueris albi torrefacti seminis cõtriti drachmam, iunci odorati rotundi, uel calami, aut glycyrrhizæ decocto, inspersam. Hulceris naturam resipiscentes cruciatus illud adimit: Seminis cucumeris repurgati numero triginta, nuclei pineæ nucis duodecim, amygdalæ amaræ cortice dempto triginta quinq;, croci quantum ad inficiendum opus est, ieiunus quotidie cum lacte seu protropo ingerat. Mitius sanè fuerit, si loco pinearũ tantundem seminis maluæ accipias. Sanare præ-

Inter exhulcerationem renum & uesicæ discrimen.

Signa hulceris quod οὐρητῆρδς occupat.

grana

terea

terea idem affirmat exhulcerationes ueſicæ confectionem Cyphi, & hanc emulantes antidotos. Nos uerò in uetuſtioribus hoc uſi nunquam alio exquiſitiore indiguimus: Chamædryos, chamæpityos, ſingulorum drach. uigintiquatuor, aſari, piperis albi, uniuſcuiuſque drach. ſeptem, cinnamomi drachmam: quàm fieri poteſt læuigatiſſimi, cochliaria duo exhibemus, cũ paſſo Cretenſi, at ſi febricitent, cum aquæ cyathis ternis. Si mordax hulceratio, amyli heminis duabus, & ſeminum cucumeris quindecim adiectis, uoti cõpotes euaſimus. Hactenus quidem ex decretis Archigenis. Ex ueſicaria item medicamenta, & quæ ex ſylueſtris maluæ ſemine conſtituitur antidotus, quæq; ex bellarijs conſit, utilia ſunt. Pubi imoq; uentri cerotaria accõmodentur ex † œſypoloto, butyro, adipe anſerina atq; ſtyrace. In ueſicam uerò clyſteridio inſtrumento mulſum dilutiſſimum infundere, ſeu lac cum momento mellis, aut cucumeris ſemine, aut alborem oui cum pompholige, aut prædictorum medicaminũ aliquo conuenit. Atqui hulcere paſcendo ſerpente, paſtillus è charta immittendus eſt, aut Bythinius. Cataplaſma etiam è palmulæ dactylis, & uuis paſſis cum galla, acacia, hypocyſtyde, & alumine ſuperimponitur. † hyſſopo

De eruptione ſanguinis renum.

Renes haud raro ex imbecillitate nequeunt lotia continere, ſed latiores redditi, è uena ſanguinis aliquid excernũt, aliasq; craſſitudines ædũt. Sæpenumero copioſum ſanguinis fluxum renes patiuntur, idq; per circuitum, perinde atq; hæmorrhoides cõſueuerunt: euacuati uerò ſubleuantur. In quibus nihil protinus moliri conuenit, ſanguinis fluxu repreſſo. Quod ſi eius curſus permaneat, ſanguis ex uena cubiti detrahendus eſt. Sed in renum atque ueſicæ profuſa ſanguinis effuſione, iiſdem medicamentis, quorum ſolennis uſus ad ſanguinis ſcreatum, & alias ipſius eruptiones probatur, utendum eſt. Vincit ſymphyti radix, ac tragacantha uino macerata, ita affectis exhibita, ſeminalis inſuper & plantaginis ſucus, cum poſca, aut amygdala amara cum paſſo. Siue hoc: Aluminis fiſſilis drachma, tragacanthæ drach. duæ, gummi oboli quinq; cum paſſo. Cataplaſmatisq; more hordeacea polenta ex poſca & roſaceo: aut cataplaſma ex palmulis, & ſiligineo pane cum acacia, aut hypocyſtide in uino aſtringente, aut poſca elixis inducitur. Veſica autem ſanguinem fundente, cucurbitulæ quoq; ilibus & coxendicibus ſunt adglutinandæ. Cæterũ quæ nam particula ſanguinẽ fundat, loci dolore deprehendes, & quod cruor lotio permiſcetur, uel ſecus, quemadmodum de pure memoratum eſt ſuprà. Sanguinis in ueſica in grumos concreti indiciũ eſt, quod reddito ſanguine urina ſubinde ſupprimitur, quodq; concreti cruoris, ut conſentaneum eſt, uel

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

cõtrahitur. Proinde his quæ hanc immutant, temperantq;, uti cõuenit, pti sanæ cremore, piscibus, balneis, uictusq; ratione simili. Ab acribus uinoq; abstinendum, exercitijs, ira, & fame importuna. Si uerò lotij tenuitas cũ albore coniuncta, cæteræq; notæ gelidam demonstrant intemperiem, merum calidum conuenit & condita, & quæ urinam proritant medicamenta, & eiusdem facultatis esculenta, insessusq; calidi. At si in lotio præter candorem crassities appareat, phlegmaticum humorem uesicæ ceruicem obstruxisse colligito, huic uitio oxymelite occurrimus, & poculis ex hyssopo, pulegio, aut origano, aut thymo, uel silphio, in aqua mulsa decoctis, & irrigationibus calidioribus. At si humor crassus, siue calculus, siue grumus, siue id genus quippiam oppilans impediat urinæ exitum, cathetere uti conuenit, nisi inflammatio particulam occupet. In febribus autem difficultati urinæ adspergimbus rutacei uel anethini, uel ueteris olei uedendum. Cum aluus fuerit astricta, fœnogræci aut maluæ decoctum per inferna inijciatur. Confert dicta affectione oppressis hydrelæo insidere, uel alicui prædictarum specierum decocto cum oleo. Vincit præclare cerotarium huiusmodi: Syluestris maluæ radices in sicyonio oleo cum exigua aqua elixantes donec frigant: ipsæ quidem abijciantur, oleo uerò cremor rutæ quarta parte, & ceræ, & castorij quantũ opus est, admisceatur. Notæ ex lotio.

De exoluta uesica per paralysim.

Nonnunquam urinæ difficultas, interdum ipsius inuoluntaria mictio resolutionem uesicæ comitatur, quemadmodum iampridem capite de paralysi compræhensum est.

De his qui urinam non continent.

Relaxatio musculi collum uesicæ ambientis, huius mali parẽs est, quapropter pueris ferè accidere consueuit: proinde communiter ijs quæ robur inferunt, potissimè utendum, puta œnelæo calido, atq; consimilibus, cauentes quæ ualide refrigerant: fouentes potius ægros, quantum fieri potest, calidis. Refrigeratio enim uelut i resolutionis uim obtinet. Naturaliter autem hæc faciunt: Gallinaceum guttur crematum aqua tepida ieiunis potui exhibetur, aut leucanthemi flores, modò non absimili, aut leporis testiculus in uino bene fragranti friatum, bibendum porrigitur: nepeta item atq; myrrha ante cœnam, aut rutæ syluestris semen tostum per triduum propinatur. Pudenda denique eorum, qui se in somno permingunt, creta cimolia cum succo perdicij circumliniri ex usu est.

De iocinoris affectibus. Cap. XLVI.

IEcur uarijs tentatur morbis: nam imbecillitate, inflãmationibus, erysipelatibus, scirrhis, abscessib. hulcerib. & oppilationibus corripitur.

Hepatici. *Super debilitate itaq; ipſius uerba ante omnia ſunt facienda, qua laborantes iocinoroſos propriè nuncupare aſſolent. Si igitur in chylum conuerſa aluus excrementa, ſed liquidiora deijciat, tranſmißione in hepar debilius uel neutiquam omnino peracta, uentre in totum ægritudine uacante, iocinoris attractricem potentiam infirmam eſſe ducito. At ſi ablutioni recentis carnis comparia uideantur retrimenta, cum alteratricem, tum ſanguinis effectricem debilem exiſtima. Vbi autem ad calidam intemperiem referenda eſt infirmitas, abundè colorata, progreßu temporis excrementũ feculentius apparet, teterrimiq; odoris: bilis copioſa craſſaq; deſcendit. Iam uerò iecoris ſubſtantia, uniuerſumq; ipſius corpus contabeſcit, & febriunt afflicti, & cibi appetentia carent, bilemq; euomunt. Sin gelidum diſtemperamentum fatigat, neq; continuæ, neq; plures excretiones fiunt: perſeuerabit malum diutius, diebusq; aliquot cumulatius uenter deijciet, minus uerò olida, fecis inſtar colore ſanguinis craßi, atræ bili finitimum.*

deiectiones *Multi præterea ac uarij † colores, frigidã indicant intemperiem, febrisq; obſcura comparet, & uultus conſtans caſibus uacat, & cibum magis appetunt. Harum autem diſtemperantiarum qualiſcunq; fuerit, ſi alterutri ariditas complicetur, feceſſus apparebunt aridiores, & languentes maiore ſiti prementur. Si humiditas accedat, liquidiora & copioſiora eruntre-*

Inflammatio iecur infeſtat. *crementa, ægriq; minus ſitient. Si inflammatione iecur cõflictetur, omnes quidem ex æquo dolor in dextris præcordijs affligit, qui ſurſum ad iugulum uſq;: deorſum uerò ad nothas uſque coſtas pertingit. Febris præterea infeſtat acuta, tußisq; ſicca, ac ſitis, horror item cibi, & anhelatio irruptuḿ ue ſuſpirium: lingua principio rubicunda, mox uerò nigra conſpicitur, bilem euomunt, aluus aſtringitur. Quoniam autem hæc indicia ijs quodammodo, qui coſtali morbo laborant, ſimilia exiſtunt: quãto interſe diſcrimine dirimantur, capite de pleuritide explicauimus. Cum uerò eryſipelas iecur affligit, igneæ inflammationes (quas phlogoſes dicunt) intenduntur, & æſtuant membra, tabe conſumuntur. Propriè uerò ſi cauam iocinoris partem exercet inflammatio, nauſea, uomitiones, à cibis appetitus auerſiones, ardoresq; flammei gliſcunt, animæ item deliquia, & refrigerantur enormiter ſæpißimè, ita ut hinc aqua intercutem auſpicetur. Sed*

Notæ diuerſarum affectionum hepatis. *cum in gibbis huius uiſceris partibus inflammatio oritur, præter ea quæ memorauimus, tumor etiam euidens ſecundum liniamenta turget ſpectatu tactuq; facilis: hæc quidem grauem ac ingentem inflammationem produnt. At ſi obſcurior quædam extiterit, iubebimus languentem ſummo conatu magnum reſpirare. Et ſi dextra præcordia dolore affici perhibeat, iecoris mediocrem ſubeſſe inflammationem colligendum eſt: ſin qua ſubiecti*

muſculi

musculi porriguntur, grandis oblongiorq; phlegmones tumor appareat: neq; quicquam interim memoratorum præstò sit, illos ipsos inflammari cognoscemus. Quod si ponderosa grauitas cũ distentione & dolore in dextro hypochondrio absq; tumore ac febre sentiatur, uenarum obstructionem præfert, qua parte quæ portas & simas iocinoris partes perreptant uenæ, his quæ in gibbis existunt, cõmittuntur. Cũ autem in abscessum uertitur inflãmatio, dolor ipsis cũ distentione increscit, & præter rationem rigores superueniunt, in læuumq; latus decumbere magis iocinore laborantes nequeunt. Disrupto autem abscessu, uel per lotiũ, uel per uentrem, cumulata puris colluuies excernitur. Quod si in durã iecoris dispositionẽ scirrho similẽ tumor deciderit, dolores quidem cõminuũtur, tumor uerò euidens cũ duritia existit, circũiacentesq; loci attenuantur. Progressu aũt temporis id cognitu fuerit difficilè, quod aqua intercutem properè committetur, uniuersumq; hypochondrium humiditate abscondatur. Quò calidæitaq; iocinoris intemperiei succurratur, frigorificis, & uiscus mediocriter roborantibus utendum: è quorum albo habentur, seris & cichoriũ mansum, interdum crudum, interdum uerò cum coriano elixum: eius item decoctũ, succusq; epotus: quinetiã aridũ aquæ mulsæ insparsum cum calidæ, tum frigidæ iecoris intemperiei præsidio est. Intybũ quoq; esculentũ, & sonchus, quam scariolam quidã uocant, paria præstant. Prodest præterea cremoris citri cyathus in mulsa sumptus, & filicis succus pari modo haustus. Si autem cum obstructione modica fatigant intemperies, ea ex uino quopiam tenui, & cum ijs quæ lotium proritant, exhibeantur. Catapotiũ uerò, quod sumit cichorij drach. quatuor, chamæpityos radicis drachmas totidem, in melle decocto, nucis ponticæ quantitatem exhibe: & aqua superborbeatur calida: iam ex opij, seminisq; Apollinaris herbæ confectura propinandum, & ipsa Philonis antidotus. In quibus calor intenditur, etiam rosaceum, ut quampræsentaneum ipsis, aut melinum potui ministratur. Cibus autem erit succus ptisanæ, uel chondri, cum hydroroſato, & panis consimiliter ex aqua, cũ aliqua id genus dulci potione: & ut summatim dicam, edulia quæ mediocriter citra oppilationem infrigidant, assumantur. A uino prorsus abstinendum, nisi alia desideret causa, puta stomachi imbecillitas, tum quidem tenue, & nullarum fermè uirium, aqua multa infractum aliquod conceditur. Erysipelati iocinoris pari propémodum ratione medendum. Sed gelido distemperamento infestante, cõtrarijs occurrendum est. Panis igitur ipsis cum uino exhibendus, & bis terue coctabraßica, castaneæ, uuasq;, ex gallinaceis item pullis quantum satis uidebitur, gustare expedit. Vinum minimè circuncidetur, propinandum ta-

Iecoris erysipelatis curatio.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

bendum est, simpliciáq; præsidia, puta: Asarum, nardus Gallica & Indica, iuncus odoratus rotundus, petroselinum. Aluum adhæc ciere expedit cũ urtica, herbá ue mercuriali, elixis & manducatis. Declinationis uerò tempore, epithymus & polypodiũ in mulsa propinantur. Clystere etiã aluus euacuanda est, ab initio quidem ex mulsa, cũ sale seu nitro. Facta autem remissione uigoris, admiscetur hyssopum, uel origanum, uel cnicum, uel centaurium, uel colocynthis. Et in summa, caua hepatis per aluum, gibba uerò per lotia purgentur. Post hæc cibi loco dãdus est cremor ptisanæ in quo elixum sit apium. Quod si erysipelatis naturam resipiscit inflammatio, curatio superius compræhensa est. Quin si abscessus obortus fuerit, uomicæ succurrendum cataplasmate trispermo cum resina, manna, pice, alibeæ radicibus, stercore columbino, caprilloq;, potando prius polij decoctum, fumariæq; herbæ, & ius ad tertias decocti thlapsis, aut cichorij, & chamædryos radicis. Rupturaq; facta, & pure erumpente aquam mulsam, et quæ de renibus exhulceratis memorata sunt, adhibe. Extrinsecus autẽ cõpositio Mnasæi imponitur, & reliqua emolliendi uim habentia, adhæc medicamentũ icesion, aut quod ex salicibus confectum est. Quod si tumor durus, quẽ Græci scirrhõ uocãt cõstiterit in iocinore, exigua curationis spes est, affectu in aquã intercutẽ decidente: æque tamẽ emollientib. admiscẽda gutta ammoniaca, bdelliũ, medullæ, adipes, quæq; eãdẽ uim obtinẽt. Potãda itẽ sunt, quæ oppilationẽ uisceris discutiũt & abstergũt. Quod genus sunt quæ lotiũ proritãt, et calculos atterũt, cũ his quæ paulo antè ad huius uisceris obturationẽ cõferre diximus, & alimẽto nimirũ in loco adaptato.

De Cachexia, quod est prauo corporis habitu. Cap. XLVII.

CVm corporis habitus primũ inaquosiatẽ diffundi cœperit, Cachexiã appellare cõsueuerũt, succurrẽdũ est huic affectioni: sanguinis si nihil prohibeat, detractione, q pedetẽtim et partitis uitib. p triduũ exhauriendus est. Euacuãdi aũt maximè sunt, qui per hæmorrhoidarũ aut menstrualis expurgationis retẽtionẽ in hãc affectionẽ inciderũt. Quẽadmodũ ijs, q ob humorũ plenitudinẽ hoc malo cõflictãtur, ab euacuatione sanguinis per uenã abstinendũ: omnino uerò hiera ex colocynthide apparata purgandũ. Victus ratio in hoc malo implicitis tenuis & siccifica ex usu est. Naturaliũ aquarũ usus cõceditur maximè, q̃ aluminis et nitri mixtura cõstãt: deinde quæ sulphuris naturã habẽt, aliud uerò lauacrũ nõ nisi ex diuturniore tẽporis interuallo admittatur. Varijs exercitationũ generib. credãtur lãguẽtes: sed in primis ijs, quæ iatralipta uocãtur. Postea aũt uerò atro perpurgẽtur. Mirificè aũt ipsos iuuit delibatio iuris absinthij, & cottabismi, et dropaces. Quod si affectus in aquã intercutẽ deciderit, tum hydropicorũ curatione, eo quẽ mox perscribemus modo, subueniendum est.

Dieta Cachecticorum.

De intercute, hoc est, morbo hydropico. Cap. XLVIII.

CVm iecur, nunc quidem per se impensius perfrixerit, uel abscessu duro obcaluerit, uel phlegmone, uel alio quodam affectu oppressum fuerit, nunc uerò ex aliarum partium consortio, calamitatem sanguificationis munia experiuntur, & Aqua intercus appellata inde contrahitur. In qua interdum multitudo † spiritus cum exiguo humore, inter pelliculam peritonæum & intestina congregatur, ut uenter inferior percussus, sonum instar tympani edat: cuius ergo & tympanias hydrops appellatur, qui ex stomachi, alui, & coli inflationibus, diuturnisq; febribus conflatur. Interdum ex peritonæi, aut in mulieribus uuluæ duritia, siue scirrho: nonnunquam rursus ingens humoris colluuies cum momento spiritus in eisdem locis coaceruatur, perinde atq; in utre quopiam cõseruata: hinc ægritudo hyderus ascites, hoc est, uentricularia nomẽ obtinet, ipsus quoque è causis iampridem enumeratis conciliatus. A duritia uerò ac scirrho lienis atq; iocinoris, fluxibusq; intestinorum diuturnis, maxima ex parte prouenit, in quibus uenter turgere, reliquum corpus alimentum nõ sentiens, eliquari consueuit. Quandoq; etiam in uniuersa corporis mole frigidius ac pituitosius sanguen continetur, cuiusmodi quidẽ partim à iocinore defluit: partim uerò ab uniuersa corporis carne, tanquam in liquorem resoluta manat, ut corpus pallidum atq; pituitosum, cadaueri compar appareat, Leucophlegmatiasq;, hyposarcidos hydrops, aut anasarca nuncupatur, qui ex longis febribus, & stomachi prauo habitu, retentis diutiusculè hæmorrhoidibus, fluxu muliebri suppresso, respirationis angustia, uigilijsq; immoderatis citra rationem obortis, atq; id genus alijs de causis cõtrahitur. Quibus dum curationis manum admouemus, cõmuniter abeuacuatione auspicamur. Sed in Ascite, atque Tympanite medicamentis, quæ aqueum humorem proliciunt, educuntq;, opus est. In Anasarca uincit sanguinis detractio, maximè si mali causa fuerit hæmorrhoidum retentio, uel quod menses fœminarũ nõ respondeãt, nisi in praua habitudine præcesserit sanguinis diminutio. Hic itaque ueluti in ijs, qui malo habitu prædit sunt, oportet per uices euacuationem moliri: postea excrementum boui armentarij arefactum, accuratè contritum, in posca, aut oxymelite elixatum, & sulphuris quarta parte adiecta, emplastri modo toti uentris capacitati applicare. Aut spyrathum caprillum in pueri lotio, uel strigmentitia capræ crassitudinẽ cataplasmatis more uentri imponito, per aluũ id acriter ipsos expurgat. Cæterũ ex fermento quoq; ficisq; aridis, calce, nitro, iride, cardamomo, sulphure ignem non experto, gutta ammoniaca, baccis Lauri, syluestri staphide, & agrestium columbarum stercore, uel uno se-

sanguinis

Tympanites unde.

Leucophlegmatias & anasarca.

ſce omnibus, uel ex his quibuſdam cum aceto mulſo utendum, cataplaſmatis. Deinde ex fimo caprino, ſpongium appellatum epithema, miro quodã modo humorem per abditos meatus, uentremq; educit. Siccifica poſt hæc imponenda ſunt emplaſtra, ex ſalicibus Iceſium, uel Cureo adſcriptũ, uel ex baccis lauri contextum, uel polyarchium, uel diaſpermaton epithema. Sed & illud mirificè humores funditus exhaurit, quod habet lapidis pyritis, ſulphuris uiui, guttæ ammoniacæ, thymiamatis, cuiuſq; denarios duodecim, cymini ſedecim, nitri duodecim, quæ omnia ceræ momento, & terebinthina reſina excipito, & corio inducta uniuerſo uentri ſuperaccõmodato. Propinandum eſt ius radicis acteæ ſeu ebuli in uino decoctæ, aut cumeris ſylueſtris in uino adſtringente per triduum macerati, dato cyathum unum, ſingulis diebus adiecto cyatho uſq; ad ternos. Ex uarijs conſtat quæ ſubijcitur mixtura: Balſami, nardi, caſiæ, cymini, glycyrrhizæ, hyperici, rotundi iunci odorati, aſari, dauci, amomi, myrrhæ, petroſelini, calami odorati, piperis, ſeſelis, ſpondylij, æquæ portiones ſumantur. Conducunt hæc ſingula ſine additamento, pariter & quæcunque lotium proritant. Sed abſq; grauitate mictionem ſcilla toſta cum melle eliquata, linctus modo exhibita promouet. Verùm in ea quæ bibitur aqua decoquetur. Quin et illud impendiò cõducibile: Viſceris interni ſcillæ libras duas, in uini auſteri ſextarijs tribus uſque ad tertias elixatas propinato ex uino quotidie, auſpicatus à myſtrio ad unciam uſq; unam. Diureticum etiam illud maximè præſentaneum eſt: Aluminis liquidi quantitatem fabæ aqua dilutam, & linteo colatam potui per triduum, alternis'ue diebus porrigito. Expedit porrò ea affectione poſſeſſis picra ex oxymelite, & Theodoretus, atq; ex amaris amygdalis paſtillus. Cæterum quæ aqueũ humorem proliciunt atq; educunt, propémodum innumera ſunt, ſed hæc experientia magis comprobata: Cocci cnidij quadraginta aut quinquaginta, uel lathyrides uiginti aut triginta, uel euphorbij ſiliquæ quinq; aut ſeptem, uel ſquamæ æris denarij duo, ſeu tres cum refrigerantibus frigidiuſculis exceptæ, & in globulos redactæ. Aut ſambuci radicis corticis ſuccus cum condito potus: uel oleaginis foliorum & æris cremati ſiliquas quinque, aniſi tantundem in aqua adminiſtrato, intra primordia quidem drach. unam, interpoſito uerò temporis ſpacio duas & plures. Et quæ ſubiunguntur admiratione digna ſunt catapotia: Aloês, euphorbij, grani gnidij, ſingulorum unciam, rhei dimidiam, braſſicæ cremore excipito, & redige in pilulas, ceratia ſeptem ſiue nouem exhibe. Ipſa quoq; ex caryophyllo antidotus miro quodam modo aquam proritat. Iam uini etiam aquagij faciendũ eſt periculum. Primas autem tenuerit quod ſequitur: Scillæ unciæ tres, ſe

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

trahendi potentiæ infirmitas: ſin atræ bilis uomitio citra febrim uel aliam malignitatem ingruat, retentricem lienis poteſtatem ægrotare portendit. Expultricis contra huius uiſceris imbecillitas à cibis appetitus auerſionem inducet, neq; enim de more melancholici humoris retrimentũ à liene ad os uentriculi defertur, ut appetitũ ſuſcitet. Conſtipato autem in liene atræ bilis humore, primum quidem inflammatio oboritur, quã feruor, dolor, & diſtenſio innuunt. Poſterius autem in ſcirrhum, duritiem nõ ſenſilem tranſit, feruore unà cũ afflictione placato, tumore autem duritiaq; perſiſtente. Sic affectis os graue olet, gingiuæq; putreſcunt ſeu exeduntur, in cruribus hulcera non perſanantur, ob quæ iocinore pariter affecto, intercus (ueluti prædictum eſt) naſcitur. Huius igitur uiſceris intemperiei perinde atq; iocinoris medemur. Phlegmone autem infeſtante, è uena læui cubiti ſanguinem detrahe, ſiue ab extrema manu, quò ex prolixiore intercapedine fiat reuulſio, uel propter quandam naturæ germanitatem. Deinde cataplaſmatis modo applicanda ſunt, quæ extenuãdi uim abſq; euidenti ardore poſſident, adiectis quibuſdam etiã nunc aſtringentibus. Hoc præſtat ſuapte natura, qui ſalis flos nũcupatur. Id etiam cataplaſma admirande uirtutis eſt: Accipito fœnogræci uncias quatuor, farinæ hordeaceæ, cardami, uniuſcuiuſq; unciam, ficuum pinguium libram, uerbenacæ herbe aridæ unciam: ſed ficus macerandæ ſunt aceto quamacerrimo, cumq; cæteris iam pridem contritis, elixandæ. Inde rurſum decoquantur. Vel ſtercus caprinum cum polenta hordeacea coquitur in poſca, factóque inde cataplaſmate imponitur. Adijcies autem, ſi uidetur, ſalis quoq; florem, fouens prius hæc cyprino cum exiguo aceto malagmatis utitor. Primitus quidem ſimplicioribus, cuius farinæ cenſetur illud: Sumito ceræ libram & ſemiſſem, ſeui taurini libram, nitri quadrantem, reſinæ terebinthinæ ſeminisq; uiticis, & capparis radicis corticis, ſingulorum quincuncem, decoctis liquidis arida miſceantur. Sed Nilei malagma bonitatis principatum tenet. Cæterum ſi inflammatio in duritiem aridam ſenſuq; non perceptibilem incidat, uehementioribus opitulamentis utendum, quo cutis ſuperficies lanietur: è quorum albo, quod ex caprarum oleto conſtituitur, & citrinum habetur. Inter hæc ſunt emplaſtrum Machærionis, Curei, tum quod è baccis lauri, tum quod è ſalicibus conſtat. Hoc uerò & à me experientia comprobatum eſt: Auri pigmenti, ſandaraches, ſingulorum ſextantem, fauorum terebinthinæ libram, corticis radicis capparis, myrabolani, ſingulorũ trientem, guttæ ammoniacæ thymiamatis drachmas duas, olei nardini aut cyprini ſcrupulos quatuor. Verùm gutta ammoniaca cum aceto illita lieni, ſæpenumero præſentaneum fuit auxilium.

Quæ emolliendo exhulcerant.

Atqui potum etiam trium aut quatuor diobolorum pondere, cum uno caſtorij, ſi ſub ingreſſum balnei, ficum aridam mandiderint, & manſam expuerint: aut guttæ ammoniacæ & caſtorij æquis portionibus mixtis, dato denarium: hæc duritie etiam tumida oppreſsis ſubueniũt, ueluti & capparis cortex aceto læuigatus, et in cataplaſma redactus: qui ſanè etiam ex aceto hauſtus, ſeu oxymelite, craſsos ac uiſcidos humores exhaurit, quandoq; uerò etiam ſanguinẽ euacuat. Salicis item cortex ſimiliter illinitur, cinisq; fabrorum cum farina hordeacea ex oxymelite illitus. Item centaurij cremor extrinſecus impoſitus atq; epotus, & lupinorum amarorum tus cum ruta ac pipere ſumptum, farinaq; ipſorum cataplaſmatis modo impacta. Aqua præterea in qua ſubinde candens ferrum extinctum ſit, febricitantibus quidem cyathis tribus ſola exhibita, nõ febrientibus uerò cũ uini & aceti cyatho uno: aut rumicis erratici radicis cum ſcilla triobolus, aut trixaginis ſiue ſerpilli acetabulũ totũ, uel oxymelitis, anagallidis cœrulei coloris florem habentis ſucci diobolum, potui præbeto cũ poſca: uel acetũ ſcillites, aut oxymel. Compoſita uerò hæc ſunt: Panacis radicis, guttæ ammoniacæ thymiamatis, corticis radicis capparis, ſtruthij, ſcillæ toſtæ interanei, æquis portionibus drach. unam propinato. Confert etiam ſuſpirioſis, & hydropicis. Aliud: Myricæ fructus denarij quatuor, piperis tantundem, ſpicæ nardi drachmæ duæ, ammoniaci thymiamatis totidem, aceto ſcillitico eliquantur: drachma una in oxymelite adminiſtratur.

Ad lienis durities.

Cyclamini drach. uiginti, bryoniæ tres, dictamni duæ, ſcillæ toſtæ octo, ſtruthij ſex, capparis radicis tantundem, dabis paſtillum triobolarem in oxymelite. Et qui ex eruca conficitur, peraccommodus eſt. Vincunt epulæ extenuantes acris potentiæ & arefacientes cum potu pauciſsimo, exercitationes item frictionesq; & ſinapiſmi. Eſt etiam quando & cucurbitulæ cum ſcarificatione probantur.

De morbo Regio. Cap. L.

Arquatus (quem ἴκτερον Græcè appellant) bilis eſt per uniuerſum corpus ſuffuſio, interdum quidem atræ, qua ſuper in lienoſis uerba ſeruimus, nonnunquam uerò flauæ. Harum utiq; compluria habentur diſcrimina, quarũ cauſæ notæq; ſunt eædem. Nam ſi in febrili langore confeſtim ſuperueniens aurugo, febrim pacauerit, decretorium innuit, materia ex alto ad extrema prorumpente, conflatum: neq; ullo alio medicamento indiget, ſed lauacris duntaxat mediocriq; fricatione repente diſcutitur. Quod ſi cum febre fellis oriatur ſuffuſio, & cum deiectionibus bilioſis, & in præcordijs dextris grauitas ſentiatur, inflammatio ferueus

uens iocinoris ostenditur, cuius uiolentia sanguis in bilem conuersus, per uniuersum corpus diffunditur. Si uerò absq; grauitate feruor in ipso exciterit, ex sola calida iocinoris intemperie nascitur affectio. Sin citra febrim deiectiones albescant, folliculi fellei uitio malum adscribitur siue meatuũ ipsius, si grauitate lateris dextri præcordia occupante obsepti fuerint: citra uerò hanc uiribus ipsorũ imbecillis uel attractrice ex iocinore humorem atrũ proliciente, uel expellendi facultate ad intestina bilẽ protrudente. Sanguis nanq; bilios⁹ nõ purgatus, per uniuersum corpus spargitur, quemadmodũ in atra aurugine fieri prædiximus: mox uerò his lotia etiã perquam lutea affatim demittuntur. Nascitur etiam morbus regius è feruido solidorum corporũ distemperamento, quo in bilem quicquid eius alimenti ratione offertur degenerat, ueluti in phlegmaticum humorem in hydrope anasarca, nutrimentũ transmutatur. Deprehenditur autem huiusmodi arquatus, quod non uno impetu, sed pedetentim gignitur, nullo planè quæ memorauimus præsente, iam ex letalis etiam medicamenti potu, ictuq; uirulento, foris ab aliquo pestifero animali illato, idem morbus euenit. De calidæ itaque temperaturæ hepatis, & ipsius inflammationis, uiriumq; imbecillitatis curatione, haud multo prius, in sermone huic rei consecrato, peregimus, quæ huc nullo discrimine euariante transferenda est, ne eadem subinde repetendo battologisemus. Quod si meatus uesiculæ in qua fel excipitur, uterq;, aut alter ex his obstruantur, sanguis de cubito dextro detrahendus est. Nonnulli autem ex his & illis qui ob inflammationem hepatis regio morbo conflictantur, iuxta paruum dextræ manus digitum uenam diuidunt. Cataplasmata quæ arcent inflammationem imponunt. Cum hiera aluum deijciunt, clysteres quoq; idonei sunt. Potiones autem sunt felle suffusi, apij, seu adianti, seu rumicis, seu serpilli, ad tertias usq; iure decocto, uel absinthium potui insere. Summopere autem conducunt radiculæ cremoris gemini cyathi, cum uno uini cyatho poti. Sucti item cichorij cyathi bini aut terni priuatim, aut cum uino sumpti. Ob iocinoris porrò inflammationem ictericos œnomelite, uel decocto tenuis aristolochiæ, aut hyperici, aut adianti, aut struthij, aut rubiæ satiuæ similiter, aut ramenti cornus ceruini drach. cum uino, aut ure pastinacæ erraticæ in uino ad tertias usq; elixæ potionabis. Vel sulphuris ignem non experti drach. in ouis absorbeatur. Hæc et in obturatione iocinoris magnificè opitulantur. Seminis adhæc atriplicis dioboli octo cum chrysattico, aut alio quopiam dulci in balnei ingressu poti, abundè felleum humorem euacuãt. Magna item cum utilitate picra porrigitur cum arida, tum ex oxymelite & Theodoretus quiq; ex amygdalis amaris constat pastillus. Cinnamo-

Arquati indicia.

Aurugínis ex hepatis phlegmone cura.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ſolotoq;. *Sed oportet pridie aquam bibere.*

Pſilothrum demoliens pilos.

Multipedum aſſellorum, qui per domos rotundi oberrãt didrachmũ, ſandaraches uncia media, calcis uiuæ uncia, aceti ueteris cyathus, lixiuij è ficu cyathus, in aululа decoqui, in balneo uſurpari debent. Aliud: Cineris calcis uiuæ partes duæ, auripigmenti tantundem, cretæ cimoliæ pars una in aqua ferueant, & ceu proditum eſt utere. Aliud: Simplex & minimè graueolens, lixiuij calcis uiuæ ſextarius, ſandarachæ uncia elixetur, quemadmodum explicatum eſt, ac uſui, cum res exiget, adhibeatur. Cæterum quæ abolendis pilis dicata ſint interocularia memorata ſunt.

De bubonocele, & enterocele, & hydrocele.

Cap. LIII.

CVm præciſſo peritonæo inteſtina delabũtur, longè operoſior eſt curatio, quam ſi ex eius raritate contigerit. Pueris frequentius ut pote humidioris naturæ uitium hoc accidit, & plerunq; abſq; manus opera impoſitu ſaltem medicamentorum & ligaturis competentibus curatur. Auxilijs uerò quæ mox ſubnectuntur, utendum. Hoc duntaxat à nobis adiecto, quod hæc uitia ſola locorum differentia diuerſam ſortiuntur appellationem: nam ſi inteſtinum ſupra tantũ in ingubus ſubſederit, βωβωνοκήλη, *hoc eſt, inguinalis ramex: ſi autem in ſcrotum iam deſcenderit,* ἐντεροκήλη, *id eſt, inteſtinalis ramex appellabitur. Mali igitur Punici corticis drach. decem, gallæ immaturæ quinq;, in uini auſteri cyathis ternis coctas, læuigatasq; imponito, perfricandum prius inteſtinum eſt, & frigida conſpergendum, decimo die ſoluuntur, quieſcendumq; in lectulo laboranti eſt diebus triginta, bibatq; cupreſſi decoctum cum uino, aut galbulorũ eius triobolum ex uino plus ſatis diluto. Hoc medicamentum pueris efficax eſt.*

Aliud agglutinans: Conſtat *ex ſymphyti radicis, marrubij cremoris, amygdalarum amararum, gummi, æquis portionibus. Aliud:* Reſinæ *terebinthinæ uncia, & ſemiſſis, ceræ, thuris, myrrhæ, glutini piſcium, cochlearum cum teſtis, ſingulorum uncia: cæterum ichthyocollam in aceto per triduum macerato. Aliud:* Pilularum *arboris cupreſſi unciam, gallarum tantundem, corticum mali Punici ſemunciam, glutini taurini quadrantem, mannæ, thuris ſemunciã, ſymphyti tantundem, cochlearũ cũ teſtis unciam. Galbulos et mali Granati cortices uino adſtringente coquito quãplurimũ, et reliquis melius in polinẽ tritis, exceptisq;, utere. Aliud:* Aloës, *malicorij, thuris, hypocyſtidis ſucci, glutini fabrilis, picis, bituminis, ſingulorũ ſeſcuncia, uini dulcis quantũ ſatis eſt. Alterũ uarium magis*

uix

uiris etiam ex recenti dolentibus conferens, habet chrysocollæ, taurocollæ, sarcocollæ, ichthyocollæ, lapidis gagatis, lapidis hæmatitis, rhus Syriaci quo coriarij utuntur, acaciæ, singulorũ unciam unã & dimidiam, lapidis pyritis incocti, magnetis, aluminis sciſsi, mannæ, thuris uniuscuiusque unciam, picis Brytiæ quincuncem, cochlearum cum testis unciam, scoriæ argenti trientem, gallarum unciam, squamulæ stomomatis unciam, æris tantundem, bituminis uncias sex, myrsinati quantum satis est, uino adstringente aridis exceptis sic ut digitos non inquinet, utere. Quod si iacere non sustineant, triangulari eos fascia craſsiore & potente cõstringere, & ad interiora intestina cohercere tutò deligabis. Arceantur quæ flatum inducũt cibaria, uini copia, perpetua balnea, & motus intensus: uerbi causa, cursus, saltatio, clamor, atq; id genus alia.

De Ramice aquoso, & quomodo euacuandus sit humor.

Herniæ aquosæ medendæ: Piperis grana centum, baccarum lauri octoginta, nitri drach. uiginti, ceræ quadraginta, olei heminæ dimidio in usum accommodantur. Alia compositio præstantiſsima: Floris Asij lapidis drach. sex, uuarum passarum ab acinis mundatarum † libras duas, cymini Aethiopici drach. octo, nitri rubei tantundem, trita & læuigata impone, fouens sero ac mane. Non desunt, qui sulphuris quoq; drach. octo adijciant. Alia: Calcem aqua non restinctam strigmento balneorum excipito, atq; cum cerato imponito, & nitri momentum calci uiuæ misceto.

† denarios duos

Alia: Radicum braſsicæ deustarum cinerem adipe suillo uetere eliquato exceptum inducito, tertio quoq; die soluito. Cæterum ne admodum magna fiat humoris colluuies, utere malagmate isto: Ceræ libræ duæ cum semisse, picis unciæ quatuor, guttæ ammoniacæ thymiamatis unciæ totidẽ, aluminis liquidi sescuncia. Conducit etiam medicamentum ex populo, & cætera quæ ex alto in superiorem partem euellendi & extrahendi potestatem obtinent.

De testium & scroti inflammatione, deq; cæteris eorundem uitijs. Cap. LIIII.

SCroti inflammationem deprehẽdes, si imposita manu dirus statim dolor percipitur, cũ partis feruore, intensaq; duritie. Teste uerò inflammato, ad suspensæ manus palpitationem minimè dolitant, sed impactis immanius digitis, rubor ac duritia ipsius per cutem minor uidetur, ualidiore autem compressu durities quædam ex alto obuiat, & febris nonnunquam oritur. Proinde peculiariter quidem testium inflammationibus conuenit sanguinis, secundum malleolos, detractio. Communiter uerò omnibus cataplasmata & cerota expediunt. Cataplasmatis itaq; modo in-

ducitur

ducitur farina fabacea cum uuis pinguibus ab acinis purgatis, in uino plus satis diluto decocta, cymini aut asphodeli radices coctæ et eliquatæ miscentur cum farinæ pollinis parimodo, & emplastri instar adglutinãtur: aut semen lini ex cramate, aut fœnogræcum aqua mulsa, aut lilij radicem in mulsa, aut fece recentis uini cum tenuissimo polentæ flosculo, aut senecionem herbam, & corianum uiride cũ uuis passis, sine acinis. Si ingens cruciat ardor, folia alterci cũ farina tritici, aut cicerum imponuntur, siue calami odorati folia, aut cucurbita cruda. Quod si malum in uetustatem inciderit cum duritie quadam, cucumeris syluestris radicem in mulso elixato, cõtritãq; cũ lolleacea farina more cataplasmtais adplicato. Verùm in hoc nihil minus est subsidij, quod accipit uuarũ demptis acinis quincuncem, cicerum sufferuefactorum sesquiunciam, cymini unciam, sulphuris dodrantem, nitri unciam, resinæ uncias treis cum semisse, quibus singulis contritis cummelle cataplasmatis more utitor. Cerota uerò huc faciunt hæc, Olei cyathus, colophoniæ unciæ sex, plumbaginis, cumini, uuarum passarum, lomenti, singulorũ unciæ quatuor, ceræ unciæ duæ: Plumbaginem cum oleo usq; ad aliquantulam crassitudinem decoquito, deinde ceram ac resinam adijce, sublatum ab igne tepidum, uuis passis læuigatis, farinæq; infundito. Aliud: Olei anethini & rosacei, ceræ, resinæ piceæ, singulorum quincuncem, cymini uncias duas cum semisse, stercoris asinini unciã & dimidiam, contere cum stercore asinino cyminum, & cerotum refrigeratum misce unaq; diluito, deinde inditum linteolo applicabis, desuperq; lanam imponito oleo omphacino imbutã, uel butyro, & resinæ æquis portionibus utitor. At si ex sudoribus hulcera in scroto nascantur, gallam tritam aut alumen insere, cumq; axungia & hircino felle illinito. Cæterum ad incensos testes cretam cimoliam cum aqua prius illitam, sinito arescere, calidaq; aqua abluito, myrtum aridam, smirnijq; perexiguum tritum emplastri ritu imponito. Iam uerò super excrescentes testium carnes cimis uitis centurionalis, nitro & aqua consperſus et applicatus, tollit. Scroti pruritũ nitrũ curat, et staphidagria, alumenq; liquidum aceto eliquatũ, et rosaceo in balneo illinitũ. A lotione partẽ oui albore cũ melle perũgito.

Si longa ægritudo cum duritia.

Ecfarcosis didymorum cura.

Prurigo scroti.

De incõtinentia prolifici seminis & libidinosis insomnijs, quorum alterum γονορροίαν, alterum ὀνειρογμὸν Græcè nũcupant. Cap. LV.

GOnorrhœa inuoluntarium genituræ profluuium est, quod continuò citra penis tentiginem, ex imbecillitate retentricis potentiæ prouenit. In cuius uitij curatione lumbos cõquiescere, & pubem uino adstringente, & melino, uel œnanthino fouere conuenit: deinde opus est ca-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ſpicuum ſanè eſt omnibus, quod in eo uitio particulæ calfaciendæ nõ ſunt, ſed clementer refrigerandæ, roſaceo cum aqua contuſo, & chamælino coli & lumbis ſuperaccommodato. Victus & medicamenta extenuatoriæ uirtutis, abſq; calore manifeſto porriguntur: magna item utilitate adhibentur, quæ naturaliter operantur, experientia uſuq; comprobata. Potare nympheam expedit: Semen uiticis, rutæq; uiridis obſonijs admiſcendũ. Hoc tamen neutiquam intra mali ſtatim primordia exhibendum eſt, quoniam calfacit nimium, ſed poſt uſum aliorum attenuandi poteſtatem habentium. Euacuatione uerò utendum, eaq; uomitione machinanda: nam per inferiorem uentrem ſtillãt ſæpenumero uicinæ partes. Exercitationes frictionesq; ſpiritibus diſſipandis utiliter adhibentur. Venus nemini proximè memoratis ægritudinibus obnoxio cõgruit, niſi quibus propter coitus abſtinentiam genituram redundare conijcimus.

De impotentibus ignauisq; particulis uirilib. Cap. LVIII.

QVi hoc morbo oppreſſi tenentur, nequaquam in Venerem proruunt, animumq; ob id deuouent. Horum autem ratio eſt partiũ reſolutio, aut ſeminis genitalis inopia. Cũ igitur de his quæ genituram procreant, tum quæ ſimplici uirtute Venerem excitãt, primo uolumine, ubi de tuenda ſanitate agitur, perpenſum ſit: Valentiora in præſentiarum adijcienda ſunt. Cõmuni itaq; curatione ijſdem hic remedijs, quæ ἀνοσπα dicuntur, aduerſus reſolutionem factis, utendum eſt. Priuata uerò curatione ſtellionem crematum læuigato, deinde oleo adiecto, magnũ dextri pedis digitum oblinito, atq; in Venerem congreditor, ſi ceſſare animus eſt, pollicem lotione purgato. Iam medicamentũ è ſtellionibus ex pluribus contextum efficax habetur. Propinentur autem quæ Venerem excitant, quorum hoc primum fuerit: Piperis, nucleorum pini, petroſelini, ramenti pudendi ceruini, terebinthinæ, æquæ portiones melle excipiũtur.

Aliud: Ciceru crudorũ, nucum pinearum utrobiq; ſextans, ſeminis erucæ, piperis uniuſcuiuſq; uncia, melle excipiuntur, bini denarij cum mero exhibentur. Satyriaca item appellata multipharia compoſita huic malo ſubuenit, & id genus alia. Conſiderandæ præterea ſunt aliæ languoris cauſæ, quibus ſingulis peculiares curationes accommodentur.

Quæ genitalium ſedisq; hulcera ſanant. Cap. LIX.

GEnitaliũ, ſedisq; hulcera citra inflammationem oborta, arefacientibus medicamentis indigent: cuius generis ſunt, ex charta cõbuſta, anethum crematum aridum, & cucurbita deuſta. At ſi hulcera ſicca, recentiáque extiterint, aloë arida in pollinem trita & impacta, præſenti eſt remedio. Omnium uerò præcipuum indolorium, nullóque ineffica-

cius pompholyx est. Si humidiora cõtigerint hulcera, piceæ cortex per se & lapis hæmatites. Sin cum præfatis altiora etiã euenerint hulcera, man na admiscenda est. Si deuorãdo sanas partes aggreditur, quod hulceris ge nus nomam dicunt, lenticula cum corticibus mali Punici illinetur: Corac præterea ex oxymelite cognominato utendũ, necnõ bithyno, atq; eo quo

Rhagadum curatio.

è charta conficitur. Rimis uerendorũ, sedisq; quas ῥαγάδα uocant, m debitur resina fricta cum rosaceo in modum glutinis contrita, admixto ou uitello, & opio: uel hederæ foliorum aridorum cinis cum rosaceo, in plum beo mortario subactus adhibeatur. Ad hæc ex œnolæo constitutus pastil lus, necnon lithophrygium, modis omnibus peraccommoda sunt remedi ad rhagadas quibus cutis dehiscit, & sordida putridaq; ani hulcera, præ sertim cum discuti nequeunt.

Aliud simplex, & acrimonias retundens.

Cadmiæ, & piperis singulorum sextans, rosarum abiectis foliorũ un guibus unciæ sex, aridum loco insere, apio prius abluto. Cæterum ad con dylomata cõducit, chalcitidis, œsopi ceroti medullæ ceruinæ, rubi folior par modus cum cerato, & ex œnelæo orbiculus consimiliter. Quod si in cole intra aurendorum foramen hulcus delituerit, pus aut sanguen sine ur na destillans, testatur. Primum mulsa dilutiore colluitur, mox lacte, dein de collyriũ asteris lacti commiscetur, seu albus pastillus, uel ὀλὲ λωταρίῳ

pila tritus

in plumbea † pyxide reconditus demittitur, uel penna iam intincta imun gitur: deinde tenue linamentum tortile illitum imponitur. Optimum est quod constat ex gallæ, & pompholygis, amyliq;, ac aloês æquis portioni bus, rosacea & plantaginis succo dilutis.

Ad pudendorum dolores.

Genitalium cruciatus placantur, butyri ac resinæ æquis portionibu scitè subactis, emplastri more illitis, aut seminis lini marcore, myrrhæ & resinæ fictæ æqui ponderis læuigati impositu. Tumores uerò natura lium discutiunt, mollium foliorum uitis drachma, cerussæ drachmæ quin que contritæ, cataplasmatis modo impositæ. Vtere præterea fotu ex ma na gelida, & reficietur, religabiturq; penis. Carnes uerò genitalium supe excrescentes, quas Thymos Græci nominant, sanat, nec recrescere finit nis sarmentitius, cum aceto impositus, corticis item salicis deusti cinis. U uniuersum autẽ thymus, formica, & uerruca pensilis pariter medicame tis ualidè exhulcerantibus euellentur, erodentibus uerò enecabuntur. Pri uatim autem elaterium cum salibus impositum id mali compescit: gros cum aceto & nitro atq; farina, succusq; fici illitus: Smaridis item caput sa sum & combustum: rubigo cum sulphure ignem nondum experto crema

ta, tithymalli cremor illitus, ocimi folia cũ atramento sutorio, aut heliotro pij maioris fructus cum uino cataplasmatis more adglutinatus.

Ad inflammationem ani.

Cerussæ triens, pompholygis uncia aut cadmiæ teneræ, thuris uncia, succi sereos hemina soluũtur, succus paulatim affunditur donec cõsumma-tur, deinde factũ ex ceræ uncijs duabus & rosacei libra cerotũ, ubi raseris cõmisceto, & ualentur subigito. Immitte autem per pyulcũ, & super deli gato. Confert autem insuper rimis in corona ani cum inflammatione enatis: necnõ hulceribus quæ cum ignito feruore, aut morsu in sede exurgunt.

Ad ignitos ani rubores, quæ erysipelata dicuntur.

Sumito confectionis ex herbarum succis libram, rosacei quantum satis est, panis puri librã, croci unciam, opij tantũdem, cæterũ crocus et opium passo macerentur, panis uerò aqua: deinde ipsis probè dilutis id quod ex succis herbarũ cõstat medicamentum & rosaceum immittitur, subigiturq; dum euadit liquidius. Facit autem ad calidiss. etiam podagras. Aliud quod conducit etiam ad inflammationem ani: Cerussa uino & rosaceo in pila plumbea, & cocleari eiusdẽ materiæ contrita et illinita: Aut cerussa, & oui albore cũ rosaceo in eadem pila, quoad glutinis lentorem induant concussis sedem perungito.

Hedricum ad ingentes ani dolores.

Mollium foliorum alterci, foliorum tenerorum portulacæ, micarũ panis in uino maceratarum, luteorum ouorum assatorum, æquas portiones rosacei quantum satis est, postquam locum affectum rosarum & meliloti decocto foueris, cataplasmate inducito.

Hedricum utilissimum ad ani inflammationes, & carnes eius superexcrescentes.

Accipe cerussæ, spumæ argenti, guttæ ammoniacæ thymiamatis, bdellij, singulorũ diobolos sex, terebinthinæ unciam, ceræ unciam dimidiam arida contundito succoq; solani, herbæ apollinaris, aut portulacæ liquefacta, illis permixta excipito: ubiq; liquidius effeceris rosaceo, usui adhibeto. Phicotyche porrò medicamentum, & ex metallica plumbagine comparatum, ani inflammationibus prodest: item quod Græci quoq; ἀλφιτώδη τερίωυ nuncupant, ad hæc ex halicaccabo, rosisq; pastilli admirandã laudem inter illa, quæ tum sedi, tum naturalibus adhibentur, meruerunt.

Medendis excrescentijs ani, orbisq; eius

Si carnes superexcrescentes inflammatione conflictentur, erit generatim prædictis, priuatim uerò hoccine pastillo utendum: Cerussæ quadrantem, pompholygis unciam, spumæ argenti uncias duas, mastiches scrupu-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

cis congruit educatio: cũprimis uerò loliginũ,ſepiarũ,ac polyporũ,torpedinis,et ſelachiorũ,q̃ ſquamis deſtituuntur,eſus,pulchrè cõpetit: hæc etenim ſanguinẽ conturbãt. Et quæ menſiũ ducendi uim obtinẽt,ex uſu ſunt.

Ad procidentem annum.

Erices fructus,gallarum,ceruſſæ,acaciæ,hypocyſtidis ſucci,piceæ corticis,rhuris,myrrhæ aminæ,æquas portiones aridas ſuperaccommodato,ſede prius uino auſtero deterſa. Aliud:Recrementi plumbi,rhus Syriaci,ſingulorũ † unciæ octo,floris roſarum drach.quatuor,myrrhæ ami neæ duæ,utere quemadmodũ ſuperiore. Aliud:Piceæ corticis, mannæ, ſpumæ argenti,uniuſcuiuſq; drach.octo,aridorũ galbulorũ cupreſſi, plũbaginis,ſingulorum drach.duæ,utitor ratione prædicta.Lotium item languentis adhuc calidum ſuperfuſum, procidentiæ ſedis opitulatur. † denarii

De his quæ mulierum locellos infeſtant malis, & primitus de menſtruorum profluuio, Cap. LX.

PLeriſq; ſanè puellis anno decimoquarto menſium expurgatio primum incipit:paucis ante annum tertium & decimum,aut duodecimum:plurimis uerò poſt annum decimumquartũ prorumpunt. Tempus aũt cuiq; purgationi ſtatũ non eſt,pleriſq; etenim per biduũ aut triduum: maximè uerò parti quinq; dierũ ſpacio menſes profluũt,alij uſq; ad ſeptimum,ad duodecimũ uſq; diem rarius expurgãtur.Siſtũtur aũt muliebres huiuſmodi purgationes quibuſdã anno ætatis ſuæ quinquageſimo, paucis uerò ad annũ uſq; ſexageſimũ protrahuntur,nõnullis à ſeptimo ætatis luſtro,& potiſſimũ bene curata cute obeſis deſinere menſes cœperũt. Nõre ſpõdente igitur menſtruali purgatione, circiter ſtatum menſtruorũ terminũ,lauari & ſiſamo prius,aut porro capitato,cũ pipere & ruta unà decoctis ex paſſo potionari debẽt cretico,à cuius heminæ hauſtu deambulationib.cõmouebũtur mẽſtrua. Mãducet interea loligines, ſepias, polypodes, et quæcũq; id genus ſunt:nã propriè turbãdi ciẽdiq; ſanguinẽ uim obtinẽt.

De ſuppreſſis menſibus. Cap. LXI.

SVpprimitur quandoq; menſtrualis purgatio uniuerſo corpore incõmoda ualetudine affecto,interdũ uerò locellis modò priuata ægritudine cõflictantib.ex frigore uernaculo,aut ictu,aut natiua diſtẽperãtia, uel acquiſititia offenſione,ut plurimũ uerò ex abortionis incõmodo,et primario alicuius principis mẽbri affectu: uerbi cauſa,iecoris,aut uentriculi, aut pectoris,aut alicuius id genus diuturno morbo oblæſi.Menſiũ aũt ſuppreſſio,multarũ & diuturnarũ ægritudinũ cauſam ſolet inuchere. Cũ igitur ob aliquã interaneorũ primariã affectionẽ abſcinditur, aut remoratur muliebris purgatio, nihil utilius, q̃ ei quod primario afficitur, occurrere;

mox

mox uuluæ rationem habere. Sed eorum notio in ſuperioribus cõpræhenſa eſt. At ubi nihil horum adfuerit, perſpicuum eſt locellos, per ſe uitio teneri. Si itaq; neq; ætas, neq; habitudo corporis, neq; aliud id genus prohibuerit, ſanguis per uenam detrahendus eſt, nõ ante tamen præſcriptum menſium tempus. Vbi uerò iam acceſſerit, dies decem adijciãtur. Auferatur uerò non plus duabus libris cum dimidia, neq; etiam minus una, ſiquidem uenam ſecabimus: ſin minus, hieræ ex cucurbitula ſylueſtri, duobus denarijs in mulſæ cyathis ſenis purgabimus. Quod ſi febris pariter infeſtet, hierã quidem utendi locus non eſt. Oportunum uerò fuerit in primis ſtatim febrium diebus ſanguinem mittere. Poſt purgationem corpus paucis diebus reficiendum eſt: procedente autem deinceps tempore, exercendæ ſunt deambulationibus, partium inferiorum frictionibus, & balneis. Ex cibis cõferunt qui facilè diſtribuuntur, & humida holera, ac dulcia cuncta, piſces ſaxatiles, aues teneriores, & lactipotatio, confectiones ex melle, quæ μελιτώματα dicuntur, uinum tenue, colore candido, non admodum uetus. Non probantur carnes, neq; legumina, excepta ptiſana. Vbi autem ſtatũ purgationis tempus pro foribis conſtiterit, ex maritimis piſcibus, dentur chartilaginei & exoſſes, ut dictum eſt, Græcè σκληχια & μαλάχια uocantur, & qui pro cute integuntur teſta: porra item capitata, cum ruta ac pipere elixa ſumant, ius quoq; eorum bibant. Cruraq; uinculis tribus quatuor ue diebus ualenter conſtringenda ſunt. Aduentante autem ſtato menſium tempore, laxentur compedes, ſed potetur myrrhæ obolus, aut fabæ quantitas, aut caſtorium ex paſſo, uel aqua mulſa, aut artemiſiæ decoctũ, aut ſaliuæ, poſt balneum ex paſſo & abſinthio. Vinũ uerò abſinthite per omne curationis curriculum propinetur. Si uerò ſolenni purgationis tempore, ne tantillum quidem, uel nihil commentatione dignum, excretum fuerit, ſub malleolo ſanguis detrahatur, & auferatur denuo. Poſt ſeptimum uerò aut octauum diem purgatione ex hiera utendum. Et poſt quartũ rurſus diẽ, dropax ſumini, lumbis ac fœmoribus illiniatur. Aqua exinde in potu triduo ſumpta, ſinapi cum æqua portione panis macerati, ad æquinoctium uſq; imponitur: deinde lauet, ſequenti menſe ficus aridæ propane admiſceantur in elixatione fœnogræci, maluæ, pulegij, rutæ, ac artemiſiæ. In ſinum uerò uuluæ ſuſinum, aut amaracinum infundatur: & peſſus apponatur ex medicamento è nouẽ rebus conſtante, & ob id συναφὰς μακρὸν nomen obtinente, aut libanius: Eſt autem peſſulus lana pectita, & quodcunq; aliud teres digiti humani ſpeciem præferens, quo medicamenta ſuſtinentur. Hæc igitur curatio pleriſq; ad ciendos menſes abundè fuit. Verũ ſi ualidiora res ipſa poſtulauerit remedia, hæc fuerit eorũ materia:

Victus mulierũ quibus ſuppreſſi ſunt menſes.

Peſſulus.

Iris illyrica pota cum uino, cyperi, ariq; radix, & casia, rotundi odorati iuncifl os, nardus, belenijq; radicis decoctũ, & myrrhæ fabuli Græci magnitudo, cum passo in dimidiato mulsæ cyatho, & dictamni iuris cyathi duo, & gutta ammoniaca, & sagapenum. Sed quæ stomachi uitio magis torquentur, opoponacis momentum in pilulas redactum, & incocto melle irrigatum assument. Iam & consueta nobis semina, muliebria ciere nata sunt, minore efficacia, puta, fœniculum, cyminum, apium, daucus Creticus, seseli, ammi, sison, ciceres, cedri fructus, & omnia quæ urinam proritant. Prostheta porrò ex myrrha, absinthij, aut lupinorum elixatione, seu rutæ succo cõtrita subijciũtur, bdelliumq; similiter. Styrax item et syluestris oleæ gummi, succus ue rutæ comparimodo, uel aristolochia longa in collyrij formam concinnata & subdita. Consimili præterea modo centaurij grandioris radix, aut ueratri, aut liquor scammoniæ, & colocynthidos interior caro priuatim, et artemisia cataplasmatis more cũ ruta illita, galbanumq;, facto inde suffitu. Quæ utiq; fœtum etiam utero elidere naturæ suæ aptitudine possunt.

De exuberante purgatione, & hæmorrhagia locellorum. Cap. LXII.

IMmodicæ mensium purgationes fœminis cõtingunt, cum interdum sanguinis menstrui copia confertim & cum impetu, interdũ ex grandiore partu erumpit, Quæ magna quidem ex parte sua etiam sponte retinentur. Subinde uerò ex hebetudine excedẽs sanguinis oritur eruptio, ita ut sæpe comitetur periculum. Primũ igitur artus ab axillis & inguinibus fascijs constringantur. Posca nõ frigida propinatur, eademq; posca locus fouetur, plurimaq; lana, uino, oleo, siue rosaceo, siue melino, siue myrtino imbuta locis imponitur. Estur Chondrus lotus è posca, aut oryza, aut halica. Vino abstinetur, hydromalũ uerò austerũ, aut omphacomeli, aut id genus quippiam ipsis conceditur. Propinandum insuper in posca balaustiũ, siue hypocystidis, uel acaciæ cremor, aut lycium, aut Samius aster, aut uua acerba arida, aut rheum, aut lentis in Italico uase fictili crematæ cinis, aut sesamum in posca ad mollitiem usq; maceratũ, manducandum præbetur. Ex ijs autem quæ naturalibus fœminarũ insinuantur, & uel adpositu sanguinis eruptiones compescunt, hypocystidis succus est, aut acatiæ cũ manna aceto eliquatæ. Mirificè prodest spongia, uino aut liquida pice tincta et apposita, uel deustæ ipsius cinis cum aceto, poscáue applicatus: pari etiam modo suberis Italico uase testaceo combusti cinis. Foris autem egregie subueniunt epithemata, quæ astringendi naturam habent, & compositiones ex dactylis palmæ, cotoneisq;. Cataplasmata quæ malicoria cõtinent, aut

Prostheta compescẽtia sanguinem.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

pori arefacientibus succurritur, si causa morbi fuerit humidior, absq; euidenti calore, frictionibus item corporis uniuersi, & illinitionibus ex melle satis decocto. Iam ea etiam quæ urinam cient porrigito, è quorum numero habetur aqua, in qua elixa sint asarum & apium. Per aluum prætereà totum corpus euacuatur. Ad hæc portulaca commanducata, succusq; eius potus subuenit. Balaustium item, rubiq; cum fructus, tum flos, & quæ cortici querceo subest portio, roboris membranosum, & id quod sub putamine latet glandis: Hippuris potissimè (quæ cauda equina uocatur) rubens profluuium, pota ex aqua aut uino, sistit: aut hypocistis, baccæq; lentisci frictæ cum uino potæ: Samius aster, Lemnium sigillum, coagulum leporinum, aut hœdinum, aut agninum, aut uitulinum, aut ceruinum, acini uinacei triti, myrti, omphax aridus, piceæ cortex, & quæcunq; ad locellos sanguinis profluuio uexatos iampridem sunt memorata, modò ne sint quam par sit efficaciora. Quando autem cum cruciatu effertur, per uteri siphonem & clysterem succus halicæ, aut ptisanæ, aut tragi, aut oyzæ, unà cũ anodynis aliquot remedijs immittendus est: In accessionibus morbi dolor mitigandus est. In remissionibus uerò & interualli spacio, habet enim circuitum nõnunquam, utendum fuerit gestationibus diuersi generis, deambulationibus, uociferationibus, unctionibus, cucurbitulis, dropace superimposito, aut apricationibus, frictionibus, unguentis depilatorijs, quæ psilothra dicuntur, smegmatis, sinapismis, uomitibus cum radicula prouocatis. Corpus deniq; lauacris, mero, uarijsq; dapibus summo cum studio reficiendum est.

De muliebrium locellorum inflammatione, & à naturali sede auersione. Cap. LXIIII.

INflammatio uteri è pluribus causis originem trahit. Ex ictu nempe ac mensibus suppressis, frigore item, & inflatione, neque minus etiam abortione, & partu parum dextrè eliso. Comitatur autem locellorum inflãmationẽ febris acuta, capitis dolor, chordarũ, tendinũ, radicis oculorũ, brachialis, digitorum, necnon colli conuulsio, & in contraria conuersio, dolores stomachi per consensum excitantur, locorum ora cõniuent, pulsus parui & feruentes redduntur. Etsi perexigua fuerit inflãmatio, haud crudeli sanè uulua dolore afficitur: sin ualidior fuerit, eadem uniuersa pulsatorio cruciatu torquetur, mẽbrorundiquaq; inflãmatione obsesso. Parte uerò modò inflãmatione depressa, eandẽ dolor magis exercet ac indicat. Nam si posteriora ipsius solum inflammatione conflictentur, dolor lumbos excruciat: retrimenta alui specie oleti canini, cõpresso recto intestino, retinentur. Si uerò anteriora inflammãtur, dolor insedit pectini, urinæq; stillici-

ſtillicidium, aut lotij difficultas oritur, ſtricta in arctum ueſica. Si autem locellorum latera inflammatione tententur, inguina intenduntur, & crura ægrè mouentur. Quod ſi pygma inflammetur, partes umbilico circumiacentes dolore potiſſimum cũ tumore infeſtantur. Vbi autem uuluæ oſculum inflammatio occuparit, graui languentes in abdomine cruciatu, digitoq; immiſſo, durum ac rigidũ occurrit locellorum orificium. In curatione itaq; fotus imprimis ex uino oleo temperato, uel uino roſaceo faſciculis uelutiq; ſtuppis, ex lana mundiore pectini ac lumbis, citra deligaturã adhibendus eſt. Ad hæc cibi commendatur abſtinentia per triduum, à quo ſecta uena cubiti, ſanguis, niſi quid impediat, detrahendus eſt. Conſummatur medicatio ipſa chõdro ex aqua mulſa, aut pane, aut ouis ſorbilibus tertio quoq; die. Secundum quintũ uerò diem cataplaſma imponatur, ex polline farinaceo, ſemine lini, fœnogræco, mulſa maceratis, in qua capita papauerũ decocta ex oleo, inijciantur. Si aũt inflammatio eryſipelatis naturam reſipiſcẽs excalfacientibus magis irritetur, ſertulã campanã in paſſo elixam, tritamq;, ouorũ toſtorum luteis adiectis cum roſaceo, aut melino, aut crocino, cataplaſmatis modo applicato: aut palmularum dactylos uino temperato ſubferuefactos, cũ tenuiſſimo farinæ polline, aut aliquo ex relatis unguinib. læuigato ac illinito. Malo aũt remittẽte cerotũ nardinũ, aut Cyprinum inijciendũ eſt. Inter cætera cuncta remedia, inſeſſus ex decocto fœnogræci, aut ſeminis lini, maluæ, artemiſiæ, & oleo ex uſu ſunt. At qui in his quæ calorem nõ ſuſtinent, ex calida aqua, roſaceo infuſo. Peſſi uerò & infuſiones adhibeantur ex œſypo, butyro, medulla ceruina, adipe anſerino, unguento Suſino, & cera Tyrrhenica. In his quæ caliditatem ferre poſſunt, peſſus aureus inſcriptus conuenit, & enneapharmacum. Sed quæ calfacientia nõ ſuſtinent, his ex ouo, & roſaceo, adipeq; anſerino ſeu gallinaceo conficiantur. Cæterum aduerſus ardentiores cum febre inflammationes, emplaſtrum ex herbarum ſuccis in fictili uaſe cum roſacei liquefactum miſcetur ſucco plantaginis, aut ſereos, aut cichorij, aut intybi. Vel ſequenti utitor, in qua adipis anſerini ſuillæue recentis axungiæ drach. quatuor, cerati roſacei aut Suſini unciæ duæ, ouorum aſſatorum luteorum uncia, croci drach. myrrhæ triobuli, opij oboli duo, uel opij loco capitum papaueris decoctum. Quod ſi uehementiſſimus uuluam infeſtat dolor, ſucci papaueris lentis quantitatem, cum lacte muliebri, & ſucco fœnogræci, ſubijciendum porrige. Porrò ad inflammationes cum duritia, medicamentum roſaceo liquatum modo iam dicto ſubijcitur, uel infunditur. Iam uerò declinationibus uuluæ in latus ſecundum paroxyſmos quidem perinde atq; inflammationibus ſuccurritur. In doloris remiſſione & morbi

Quæ feruentiores inflãmationes placant.

Graueſſimos dolores lenientia.

De declinatione uteri.

morbi deceſſione ualenter emollientibus utendum. Si uetuſtas malum occupauerit, his quæ robur inducũt, meta ſyncritica, id eſt, recorporatitia, adpellatis, pugnandũ. Foris autẽ duritie oborta, malagmatis, puta eo quod è ſertula campana cõficitur, malagmate item Mnaſæi, & Iceſij, Melino Sarapionis, aut pyrino. Victus autem principio quidem tenuis: facta autem morbi relaxatione modica, ducendæ laborantes ſunt in lauacra. Diuerſi generis epulæ, ſolidioresq; elargiendæ ſunt.

De abſceſſu uteri. Cap. LXV.

CVm inflammatio uteri in abſceſſum cõuertitur, intendi ſigna quæ memorauimus uideas, acceſſiones ad hæc inordinatæ cum horrore inuadunt. Per initia quidem morbi intenſis cum doloribus. Poſtremo uerò ad ſuppurationem perducto apoſtemate, impetus aliquantulum remittitur. Cæterum in eo quo uomica diſrumpitur tempore, cruciatus ſæpenumero acriores punctorij incidere uidentur, febresq; feruentiores accenduntur, urina nonnunquam ſupprimitur, interdum uerò oletum, facto iuxta affectam uteri partem impedimento: aliquando uerò tumor circa pubem attollitur, & tanquam inundationis ſenſus, ſi abſceſſus grandior fuerit. Quod uerò in obuijs, quaſi que expoſitis locis conſiſtit, oricularioetiam ſpecillo, aut digitorum attactu deprehẽditur, eo quod dolores acerbiores, ob neruoſam ipſius oris uteri partem, infeſtant. Quemadmodum infundo circaq; ſinum dolore magis uacant, & digitorum tactui tumor non cedit, orificium autem gracilius uidetur. Suppurationi igitur maturrime, cataplaſmatis ex fœnogræco, ſemine lini, hordeacea aut tritacea farina, admixtis interim ipſis ficubus elixis, aliquando etiam columbino ſtercore opitulandum. Inſeſſiones quas ad inflammationem recenſuimus, crebræ adhibitæ proſunt. Peſſuli item ex reſina terebinthina, myrrha, œſypo, atq; butyro cõcinnati laudantur. Rupto porrò abſceſſu, ſi quidem pus inueſicam deferatur, lac, cucumeriſq; ſemen potandum: ſin uerò in inteſtinum rectum putris euaſerit materia, lentium, corticumque malorum Punicorum decoctum aluo infunditur. At ſi aperto abſceſſu pus merum in ſinum locellorum confluat, roſaceum infundito, aut ex amygdalo dealbato oleum, aut tetrapharmacum Baſilicum, aut recens deniq; butyrum. Si ſanies tenuior tetri odoris eruperit, quemadmodum ex hulcere paſcendo repente, maiore aſtringendi ui, quod utero infunditur, polleat: puta baccæ myrthi, palmulæ, & lenticula. Quod ſi poſt humorũ excretionem adhuc inflammetur, cataplaſmatis inſeſſionibusq; iugiter inſiſtendũ eſt. Cũ autem in muliebrium locellorum ore abſceſſus conſtiterit, neq; confringatur, poſtquã extenuaueris circumiacentia puri corpora, ad pus expellen-

Rupto uteri apoſtemate quid faciendum.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

postremo uerò aluminis quoq; et acaciæ, lycij, hypocistidis, ex ijsdem etiã decoctis insessus constituitur: si nihil proficiatur, primo quidem medicamentum è charta immitte, deinde uerò acetum, aut Antheram, aut chalcitem, aut atramentum sutorium. Huic ex liquidis eadem quæ dysentericis congruunt. Alimenti porrò perexiguum boni succi ministrato. Expurgato iam hulcere, lauare pluripharíam, alere largius, & uimẽ præbere, quò caro breui excrescat, expedit. Pessi autem uice indetur, medicamen ex myris, dilutum cadmia, aut ladano, aut plumbagine. Foris autem abdomini atq; coxendicibus emplastrum cicatricem induces imponendũ est. Quem admodum enim cataplasmatum, ita & emplastrorum potentia per cæcos meatus ad interiora transferetur.

De uteri cancro. Cap. LXVII.

EX canceribus muliebrium locellorum alij hulcerati, alij non hulcerati existunt. Cancri igitur non hulcerati notæ sunt, tumor in uuluæ ostiolo durus, inæqualis, crepidinosus, colore fœculentus, rubicundulusq;, interdum etiam subliuidus: cũ pergraui circa inguina, epigastriũ, sumen & lumbos dolore, manuumq; attrectatione, & medicinarũ uarietate excandescunt. Si cum hulcere cancer est, præter dolores & duritias, tumoresq;, hulcera exesa ac inæqualia speculantur, magnæ ex parte quidem sordida, oris pertumidis albicantia, humore concreto odiosa. Sed quæ munda uidentur, fœculenta, lurida, rubentia, & cruenta apparent: sanies inde tenuis, aquosa, nigra, aut ignea, tetri odoris iugiter excernitur: nonnunquã uerò etiã sanguis erumpit, cæteraq; indicia, quæ de utero inflammato enumerata sunt. Hæc dispositio curationem nõ recipit, ceu ipsus etiã asserit Hippocrates. Placari tamen leniriq; potest insessionibus ex fœnogræco, maluaq; paratis, atq; id genus cataplasmatis. Efficacissimas lenientes habent in exacerbationibus, malua aut althæa in mulsa subacta, colliquataq; cũ pauco rosaceo, et instar cataplasmatis adglutinata: ad hæc cõpositio ex ficubus aridis, sertula cãpana, ruta, thure, napoq; (quã buniada uocãt) accuratè cũ oleo cõtusa. Itẽ cataplasma ex palmulis in passo decoctis, adiectis ouorũ uitellis, atq; farina hordeacea, aut papauere, cum coriano, aut seminali, aut seri: hæc quidẽ in ipso cruciatus tempore prosunt. Post hæc uerò cerotũ ex rosaceo, aut myrtino, aut œnanthino, aut melino cum palmulis in passo elixis admisceatur. Peculiariter uerò huic negotio quadrat cataplasma ex fecc cortinæ officinarũ fabriliũ, q̃ testa læuigatur, ceratoq; rosaceo excipitur, tãtisper dũ cõsistẽtiã emplastro idoneã induat. Hæc qdẽ extrinsecus adhibẽtur. Interius uerò mitigat locos oleũ. Si exhulcerati fuerint, lac quoq; muliebre infusum, tepidusq; plantaginis cremor.

Cancris exhulcerati signa.

Cancrosus affectus insanabilis. Quæ foris in cancro adhibentur.

Si

Quibus intrinſecus cancro ſuccurrendum.

Si ſanguis ab hulcere manat, ſuccus ſeminalis herbæ cũ pauco thure cõmulcet. Mitigant præterea peßi è croco, lacte muliebri, liquore papaueris, & œſypo. Omnium uerò efficaciſſimum eſt, & aduerſus ſedis etiam affectiones, quod accipit ſpumæ argẽti Italicæ lotæ uncias ſex, thuris maſculi, œſypi, adipis porcini recentis, butyri noui, ceræ Tyrrhenicæ, ſingulorum uncias duas, roſacei quatuor. Spumam argenti in cremore ſereos contritam, liquatis inijcito. Cibus qui facilè in uentriculo uincitur, & in membra diſtribuitur, inculpati ſucci exhibendus eſt, uinum pauciſſimum, aquoſum, acriores cibi omnes, ſatietas q; cauenda eſt, promptiſſimè nanq; in ipſis cibaria corrumpuntur.

De Callo, ſcirrhóue, & duritia. Cap. LXVIII.

OBdureſcit uterus, quandoq; ſanè derepente nulla perſpicua occaſione, plerunq; tamen præcedente inflammatione, quæ neq; diſcuſſa, neq; in abſceſſum permutata fuerit. In eodem genere habetur duri-

Scleroma. *ties quæ appellatur ſcleroma, in uteri ceruice magna ex parte obueniens, tumorem quidem habens ſimilem, ſed minus renitentem, cum dolore mediocri. Comitatur autem hæc in contraria conuerſio, tumor uehementer durus, & tactu repugnans cum grauitate, & difficili motu: non crurũ modò, ſed uniuerſi corporis, obeundis q; uitæ functionibus ſegnitia. Superuenit non rectè curatis deprauatus corporis habitus naturam aquæ ſubtercutem reſipiſcens. Principio igitur ſanguis ſecta uena auferendus eſt, aluus Archigenis hiera ſolicitanda: deinde cataplaſmata ex ficubus aridis, œſypo, nitro, abſinthio: & cucurbitulas cum ſcarificatione adplicabimus: & malagmata, polyarchium, diaſpermaton, & diadaphnidon, hoc eſt, ex baccis lauri confectum. Inſeßionibus utemur ex caricarum, artemiſiæ, pulegij, altheæ decocto, Peßuli ex reſina terebinthina, galbano, myrrha, iri, byſſopo, dropace uſui ſunt. Aquarum ſponte emergentiũ uſus, quæ uidelicet nitri naturam aut bituminis potentiam præferunt, cõmendatur. Si corporis robur non deſit, etiam helleboriſmus probatur.*

Peſſulus emolliendi uim obtinens.

Accipe ceræ ponticæ, unguenti nardini, uniuſcuiuſq; quadrantem, ir-

agnini *ini, gleucini, cyprini, ſingulorum ſextantem, adipis † urſini, et anſerini, butyri, œſypi, medullæ ceruinæ, reſinæ terebinthinæ, ſingulorum unciam.*

Aliud: Polij drach. duas, myrrhæ quatuor, cum uino Mendeſio tritas, trinoq; dilutas ad ſubijciendum exhibe. Aliud: Ceræ Tyrrhenicæ, adipis uitulini, reſinæ terebinthinæ, medullæ ceruinæ, mellis attici, olei ueteris, æquis portionibus. Peſſus recorporatitius, et ad inflationes: Vuæ paſſæ candidæ, demptis acinis, quadrans, foliorũ uiridis rutæ ſextans, aquæ

marinæ

marinæ unciam & dimidiam, cymini drach. quatuor, mellis quantum satis est. Illitum autem pessum oleo cyprino immergito, atq; supponito. Cæterum aureus pessulus uocatus, atq; Iibanius, necnõ enneapharmacus huic affectioni accommodati, uerùm peculiarius Titianus.

De Mola. Cap. LXIX.

Mola quoq; uteri, scirrhi naturam præsentans tumor est, interdũ locellorum orificium, quandoq; uniuersam eorundem molem occupans. Vnde in tophaceã quoq; duritiem occalescit cute uentris protensa, cũ præcordiorum retractione, gracilentia, decoloratione, cibi fastidio, mensium retentione, mammis turgentibus, ita ut per initia in quibusdam ueræ conceptionis opinio suboriatur. Temporis uerò progressu discernuntur: nonnullæ uerò aquæ intercutem præferunt suspitionem. Cæterum discrimen ex tumoris duritia, & ex surdo digitorum percussu dignoscitur, quod inde nullus, quemadmodum in hydrope sonitus ædatur. In quibusdam autem re uera in hydropem cõuertitur: nõnunquã uerò incurabilis magna ex parte morbus nascitur, quibusdam sanguis quoq; effertur. Omnibus itaq; ex æquo conclaui angustiore, obscuro, modicè refrigerato, lecto immobili recumbere confert, ita ut crura sint altiora & quieta, Efficax quippe ad concitandum quemlibet fluxum, est motio. Atq; tumores, duritias q́; ijsdem medelis quæ in scirrhis uteri scleromatis q́; scriptæ sunt, medebimur. Sed aquosas suffusiones illis quæ de hydropico morbo dicta sunt remedijs. Eruptiones autem sanguinis uuluæ leues, quæ hæmorrhoides dicuntur, perinde atq; cũ impetu fluxiones eiusdem, quas hæmorrhogias nuncupant, profluuiumq́; muliebre curabimus. Sunt qui molam asserant carnem informem in locellorum tunicis consistentem, conceptus modo in lucem ædi. Hoc morbi genus uictu relaxante, quò maturius egeratur, tractandum est.

Motus fluxus prouocat.

Mola quid.

De inflatione uteri. Cap. LXX.

Turget uterus spiritu, ex frigore, uel humoribus intus corruptis, uel ex difficili enixu ostiolo cõniuente, uel sanguinis grummescentis obiectu, interim spiritibus in cõcauitate loculamenti ipsius collectis, interim ex sphõgiosa raritate corporis uuluæ. Quæ comitatur tumor pectinis, totiusq́; suminis, cũ duritia & dolore pũctionis sensum inferente, qui ad septũ usq; transuersum, stomachũq́; & inguina pertingit, percussuq́; digitorum sonitus tympani instar editur. Curatur itaq; primũ detractione sanguinis, si nihil impedimẽto sit: mox in affectus accessionibus inedia, fotu q́ue ex oleo rutaceo. Inter accessionibus item ex rutæ, pulegij, artemisiæ, casiæ, decocto, & eiusdem facultatis alijs. Cataplasmatis etiam quæ è semi

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ri,siue oletulo fœtentẽ:Et cucurbitulas inguinib.& pubi cũ plurima flam ma,inanes,atq; cũ scarificatione,adglutinare expedit.Acceßione aũt longius protracta,etiã ea quæ discußis flatib. peditus agũt,utilia sunt: cuiusmodi sunt collyria, quæ colica dicũtur,aluo indita:exẽpli gratia,cyminũ, nitrũ cum melle:& stercus cũ clystere subducere, ne torqueãt iniecta,congruit.Porrò naturalib.fragrãtißima unguenta infusa,detrahere uuluã naturæ aptitudine possunt:ueluti amaracinũ,malabathrinũ:Sinapi uerò partim quidẽ narib.obijciatur,partim uerò pedib.cataplasmatis instar imponatur.Inclamabit aũt qspiã illas horrifica uocisoratione,propriáq; aurib. nomina intonabit,quæq; sternutationẽ proliciũt adhibeantur, è castorio, struthio,et pipere.Vbi uerò exacerbatio acumẽ remiserit,ad uomendũ cogito,abstinentia imperãda,aut perexigua alimenta offerenda. Post septimũ autẽ diẽ purgandũ,quæ è colocynthid cõtexta sit,hiera: post tertiũ uerò diẽ cucurbitulas lũbis adglutinabimus,et ilijs.Deinde castorei potione utemur,quãdoq; cũ artemisiæ decocto,interdũ cũ aqua mulsa. In quibusdã enim hoc uel solũ ad exactã morbi curationẽ satis fuit.Insessus præterea & pessi emolliendi potestate præditi,in hũc usum accersantur.Hæc quidẽ ad morbi impetũ cõducunt.Cæterũ ad uniuersi corporis instaurationẽ, à detractione sanguinis auspicatus ad expurgationẽ cum hiera proficiscere. Deinde ex aloë cõfectã picrã porrigito pondo drach. cũ ternis mulsæ cyathis,diebus cõtinuis,uel per tẽporis interualla drach.duæ,cũ aquæ mulsæ cyathis sex. Dropacismis iã,& cucurbitulis,& sinapismis utendũ,& qui ex euphorbio cõficiuntur acopis. Ab his exercitationibus indulgendũ:Frictionib.itẽ & exclamationib.postremo et naturalib.balneis uti cõsitũ est.

De procidentia uteri. Cap. LXXII.

PRocidit uulua rarius quidẽ, sed quãplures ob causas: aut enim ex alto delapsa mulier,& in coxendices firmata, disruptis mẽbranulis,quæ uiscus id cõtinẽt hoc morbo corripitur:aut secũdis quæ locellis adhæresc̃ut,et eos secũ detrahũt,uiolẽter extractis, quẽadmodũ præcipue in difficili partu cõtingit:aut fœtu inconsiderate elisso, aut ex ictu, aut ob uehemẽtes animi affectus,ut si filiorũ interitus,aut hostiũ incursus nũtietur, aut ob nauigationẽ piculosam, aut aliquã id genus aliã causam toto corpore soluto,collapsoq;,uulua prolabitur:aut musculis mẽbranisq; uterũ sustinẽtib.languidis & resolutis,quod decedẽte ætate senescẽtib.frequẽter accidit.Procidit aũt orificio suo maximè. Nõnulli uerò uniuersum uterũ procidere affirmãt, quod sanè uidetur absurdũ. Quo enĩ pacto reducta in suã sedẽ queat restaurari? Oportet itaq; in huiusmodi curatione stercore prius per clysterẽ euacuato, & lotio excreto, quo undiq; ab anxietate libera sit uulua,laborãtẽ supino corpore collocare,ut elatiores habeat coxẽdices,et

reflexos poplites, cum diuaricatis cruribus. Deinde accipito haſtulam laneam, forma & craſsitudine pudendo muliebri conformem, tenui linteolo circumuoluito, & in cremorem acaciæ, aut hypociſtidis uino dilutum demergito, ſubijcitoq; uuluæ, & abſq; uiolentia omnem uteri partem quæ decideriſurſum retorqueto, quoad uniuerſa ipſius moles in ſinum recipiatur. Pecten præterea extrinſecus ſpõgia in poſca expreſſa operiendus eſt. Decumbat autem mulier extenſis & coaptatis inſertim inuicem cruribus, ita quidem ut alterum alteri inequitet. Poſt hæc cucurbitulæ ſunt adglutinandæ, cum flamma plurima, umbilico & utriſque ilijs. Odoramenta naribus offerenda ſunt perodora. Tertio die lana ſinui impoſita, mulier in uinum atrum & auſterum deſcendat quadantenus tepefactum, ſiue in decoctum myrti, † lentiſci, & malicorij. Poſt hæc priore lanaè pudendo ſublata, noua eodem madefacta medicamento imponatur. Foris cataplaſmata abdomini injciantur, diaphœnicon ſcilicet ex farina hordei, aut lente, & corticibus mali Granati cum oxymelite, atq; hæc alternis diebus uſq; ad exactam curationem permutentur. Quod ſi progreſſu temporis id quod procidit putrefiat, auferemus id ipſum, nullum prorſus diſcrimen ueriti. Totam etenim uuluam putrefactam quandoq; amputatam fuiſſe, & mulierem ſuperſtitem manſiſſe tradunt.

rotundi iunci odorati.

De muliebrium locorum præcluſione. Cap. LXXIII.

ACcidit anguſta quædam circa muliebrium locorũ os præcluſio, quam φίμωρ appellãt, idq; aut propter exhulcerationem quæ præceſſit, aut duratam illic inflammationem. Succurrendum eſt igitur inſeſſibus qui mollificant ex oleo & aqua, & fœnogræci decocto. Cataplaſmata eius facultatis ſunt applicãda: Peſſi item qui emolliendi uim habẽt, adhibendi. Quod ſi inueterauerit malum, ſuffimentis uaporibusq; aromatum utendum. Diſcutit etiam eiuſmodi nexum peſſulus ex œſypo, nitro reſinaq; terebinthina contextus, ſi nihil aliud, quàm uuluæ orificij clauſura ſubſit.

Sterilitatis præſidia. Cap. LXXIIII.

SIne itaq; diſcrimine utrique ſexui, tam mari quàm fœminæ corpus uniuerſum in media & inculpata temperie conſeruare cõgruit, & abſq; laborum, ciborum, balnei, & reliquorum omnium exceſſu. Præcipuum enim eſt corpus ad ſaginam ut obeſiorem ſibi cõparet habitudinem neutiquã deducere, neq; enim habitiores progignẽdis liberis ſunt idonei eo quod pudendis inter ſe optime conuenire nequeant, tum quod pauciſſimum prolifici ſeminis emittant: neq; uehementer extenuato graciliq; corpore, procreandi liberos prouinciæ ſufficiunt. Conferunt opis plurimum

in hac cõſtitutione, cuncta quæ calfaciendi, paululumq; inflandi uim obtinent. Vinum calidæ naturæ cum modo ſumptum. Et ex holeribus eruca, naſturtium ſylueſtre, quod eryſimon Græcè nominant, herba hormyum geminalis, & id genus alia. Ruta uerò & nepita prorſus ſunt fugienda. Si autem prauorum humorũ hubertate conceptus impediatur, eoſdem expurgare, aut utili uictus ratione temperare, expedit. Priuatim uerò mulieribus competit ſummam uuluæ rationem habere, ac menſium ut tempeſtiue reſpõdeant. Cũ igitur pro foribus eſt purgatio, cura mediocritatis nõ tã eſculẽtorũ q̃ poculentorũ, quàm fieri poteſt, maxima habenda eſt: et quippiam eorum, quæ ad purgationem ſtimulant, ſumendũ: cuius farinæ ſunt cum holera odorata, tum quæ acrimoniam præferunt, puta ſcandix, crithmon, fœniculum, apium, ſmyrnium. Cæterũ prauam uuluæ temperiem emendare conuenit. Frigidiores igitur uteros, propriè arguit menſium retentio, uictus geliidioris potentiæ, et craſſi ſucci, etſi ſtupor circa pectinem, lumbos, & crura ſentiatur. At quæ ſunt ad ſummum perfrigeratæ, neque in Venerem admodum procliues feruntur, neq; appetunt: expedit igitur cum alijs remedijs, tum fotibus quibuslibet, tum ijs quæ ſuffitibus cõſtant reuocare calorem. Neq; ſanè abominandum fuerit caſtorium potare, & fragrantia ſemina, cyminum, aniſum, pulegij comam, & iuniperi baccas, unicuiq; pipere cõmixto. Vteri uerò fotus, partim quidem uapores erũt, qui à ſedentibus per ſedem in ſinum pudoris excipiuntur, partim uerò calida aqua abluendo fiunt, in qua elixa ſit ſaluia, artemiſia, ruta, cyperum, pulegium, acorum, & quæ bonum emittunt odoris fluxum ſemina. Cataplaſmate ex ſingulis pectinem illinemus. Conducit non minus Polyarchiũ epithema. Fricto porrò pectinis atq; coxendicum nulli alij præſidio bonitatis honore & utilitate cedit. Vtitor etiam proſthetis è myrrha, ruta, galbano et caſtorio, fomento genitalium locorum prius facto ex aqua mulſa, ſiue marina. Probatur etiã ad hæc, peſſus, qui appellationẽ Gonæ obtinuit. Calidiores locellos teſtantur corpus reliquum calidius, menſiũ paucitas, qui cum labore erumpunt, & exhulcerationes muliebrium naturalium. Succurritur itaq; mediocriter humectantibus & perfrigerantibus: cuius generis ſunt olera, lactucæ, maluæ, blitum, cucurbita, cucumis, pepon, atriplex, portulaca, atq; id genus eſculenta alia. Veſicæ, imo uentri, lumbis refrigerantia adhibentur cataplaſmata, ſuccíq; illinuntur. Quod ſi humiditate muliebrium locellorum infœcundæ non concipiant, in media re Venerea madore profunduntur admodũ, tenuioresq; & copioſiores defluũt menſes. Victus ratio ſic habentibus proficit aridior, pariter & labores frictionesq; ſuperiorum partiũ, ſimul & uomitus, ariditasq;, & frugalitas

Quæ ſteriliũ purgationem prouocant.

Frigidioris uuluæ notæ.

Calidæ uuluæ curatio.

Humidioris uuluæ cum curatio, tum cura.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

nereo, dũ ex attritu polluuntur cruore, arguũtur. Sinu uerò pudoris adaperto: rupturæ, rimæq; in corona oſtij ſpeculantur. In quibus ſanè chirurgi operam, & erodendi uirtute prædita medicamina reſpuentes, ſimplicioribus inſeſſionibus atq; peſſis utemur. Confert etiam tetrapharmacum diſſolutum. Quod ſi labris calloſis fuerint rimæ, compoſitione ex charta, cum roſaceo utendum. Si autem uehementiam eius laborans non ſuſtineat, iridem Illyricam reſina terebinthina exceptam, imponito. Hulcuſculis uerò cicatrice obductis, magno cũ emolumento adhibetur medicamentum ex cadmia, aut eorũ aliquid, quæ ſedis affectibus dedicata ſunt: cuiuſmodi eſt, quæ ex ſpuma argenti contexitur confectio. At ubi eiuſmodi fiſſuræ uetuſtate in condylomata degenerarint, conſimilibus diſcutiendæ, & ad cicatricem quamprimum reducendæ ſunt. Hæmorrhoides præterea in muliebrium locorum oſtio ſiue ceruice naſcuntur, quæ in partibus ſpeculi artificio deprehenduntur, quia in exacerbationibus ſanguinolentum, ſubrubrumq; tuberculũ excrucians, euidenter apparet. In uitij uerò relaxationibus fluor dolore uacans ſubliuidus, ſtiriatim excernitur. In quibus igitur loci commoditate fieri poteſt, per morbi inducias, amputari mydio inſtrumento debent: Sin uerò minus, medicamentis reſtringẽdæ ſunt, nũc quidem aridis malicorijs, adiecta galla, aut quopiam eiuſmodi adplicatis: nunc uerò his quæ in ſanguinis uteri pròfluuio compræhenſa ſunt, adhibitis: quæ etiam diarrhis & ſanguinis fluxum patientibus congruunt. Hoc potiſſimum diſcrimine diſcernuntur, quod uterus per interualla continenter cruorẽ emittit, nõ eo ſolũ, quo menſtruas expedit purgationes, tẽpore.

Rhagades inueteratæ condylomata dicuntur.

Hæmorrhoides oſtii marricis.

De difficultate pariendi. Cap. LXXVI.

PAriendi difficultas accidit uel culpa parturientis, uel fœtus, uel loculi uitio, uel à foris euenientium cauſis. Gignentis quidem culpa, ſi nimium craſſa & præpinguis, aut quod uulua tota iuſto arctior ac minor ſit, aut dolorũ imperita, aut formidoloſa, aut inflammationem circa uterum, aut alijs propinquis partibus experta, aut quocunq; alio morbo affecta, aut ſuapte natura imbecillior, minusq; ad fœtum propellendũ firma, aut quia parturitionem intempeſtiue accelerauerit. Culpa uerò fœtus, inuſitata magnitudine contingit, aut paruitate, & modica, ponderis grauitate, aut quod ampliſſimi ſit capitis, aut monſtrum: uerbi cauſa, biceps, aut mortuus, aut uiuens quidem, ſed imbecillis, neq; potens in lucem progredi, aut ſi numeroſi in utero ſint partus, quinos nanque ſimul ædi poſſe aſſerit Herophylus: aut ſi naturæ contrariam habuerit in utero poſitionem. Naturalis enim fœtui poſitio figuraq; eſt. Primũ quidem in caput uergi, manibus in fœmora protẽſis, procliui directe ad orificiũ capite.

Quomodo puerperæ uitio partus reddatur difficilis

Fœtus quomodo partum difficilem faciat.

Forma pueri ex utero prodeuntis.

Proxi-

Proximũ uerò si fœtus rectà in pedes conuersus est. His exceptis, reliquæ omnes partus in lucem cedendi formæ præter naturã, et incõmodæ sunt. Vitio autem loculi puerperium redditur difficilè. Si propter craßitiem nõ auellatur, uel si antequam cõueniat, præ nimia tenuitate membranæ prorumpat: euacuato nãq; humore, ægerrimè delabetur fœtus propter aridi-
tatẽ. Ex his quæ forinsecus occurrant, causa ægræ parturitionis fit, uel fri
gore, quod uterũ nimium condensat, uel calore immodico, qui uires dissol-
Externæ ægri partus causæ. uit, aut alio quopiam euentu fortuitò incurrante. Si igitur astrictioni quasiq; obturationi difficultas pariendi imputatur, laxatione primitus succurrito, infundendo largiter oleum dulce, & calidum, & elixationem fœnogræci, aut maluæ, aut seminis lini, aut etiam oua, laboris mitigãdi gratia. Deinde pubem cum imo uentre & lumbis, cataplasmate illinito ex semine lini, aut aqua mulsa, aut hydrelæo: Insessus probãtur ex similib. A balneis quoq; laxationes iuuant, nisi febris, aut alia quæpiam prohibeat occasio: Mouetoq; parientem lectica, in aëre temperate calido. Nonnulli uerò iactationes motusq; uehementiores, sternutamentaq; adhibuerunt. Meticulosam adhortamur: Inexpertam doloris docebimus ut ualidißimè spiritum contineat, & ualidiore nisu conceptum ad os uteri protrudat. Si quæ animi deliquium pati cœperit, ijs quæ stuporem arcent odoramentis recreanda est. Ad sensus reuocatã, & meliuscule habentẽ, modico cibo reficimus. Præpinguẽ ad lectulũ pronã collocabimus, cõtractis ad fœmora genubus, quo uulua pubẽ uersus tendens, directe ostiolo opponatur, quod cerotarijs et inunctionib. delinire digitis cõuenit, ac leniter aperire: Si quis præterea morbus has partes infestauerit, etiã huic prospiciendũ. Aluiexcrementum detentũ molli clysterę extrahendum. Secundæ si non sponte erumpunt, digitis soluendæ sunt, aut spatha, quod Polycopon uocant, in ipsis abscondita, leua manu prætentante, & pinguem aliquem humorem in sinuosum uuluæ loculamentum per clysterem immittimus. At si præter naturam infans posituram habuerit, ad naturalem figuram redigẽdus est, nunc quidem impellendo, nunc uerò adducendo, nunc flectendo, nunc uerò dirigendo: etsi quidem manum prætendit aut pedem, membro apprehensus extrahendus nõ est, obstinatius nanq; offirmatur, aut luxatur, aut membratim etiam dilaniatur, sed digitis humero aut coxendici conceptus affixis, prominens eius particula denuo in locum conuenientem reuocanda est. Si toto fœtu in sese conglobato perperàm figuretur, sursum prius ipsum ab uteri oreficio sublimem emouere: deinde præhensum denuo, ad os ipsum dirigere consilium est. Quod si plures uno fœtus deferantur, iterũ singulos à superna infernaq; parte reducito: uerùm ut omni-

lenite

leniter & absq; membrorum offensa tractentur, locis oleo perfusis. Tempus in sellam collocandi parturientem est, cum uuluæ ostium apertum digito subcidit, & quod præruptũ est prolabitur. At si quod mortuus sit infans, aut aliam ob causam progredi in lucem moratur, exerabi necesse est.

De coxendicis affectibus & curationibus. Cap. LXXVII.

ISchias, hoc est, coxẽdicis morbus nihil ab arthritide dißidet, nisi quod causa ipsius coxæ inhæret. Est uerò ea crassus & pituitosus humor, qui in coxendicis cõpage & articulo cuneì instar cõcretus insedit. Dolor uerò ipsis à natibus pubeq; ac fœmoribus ad genua usq;, pleriſq; autem ad extremum usq; pedis calcaneum peruenit. Circa igitur prima morbi rudimẽta statim simul atq; in languentẽ incidimus, facta alui scyballorum per clysterẽ euacuatione, ex uena cubiti sanguis detrahendus est: si dolor inueterauerit, à malleolo affecti cruris detractio probatur. Per morbi quidẽ insultus, istac irrigatione fouemus: cyprini cyathi octo, aceti quatuor, nitri duo, cachryos unus, lanis succidis calida imponuntur. Post id cataplasmata applicentur ex amarorum lupinorum farina, cum oxymelite, farináue lolleacea, cũ resina, & cucumeris erratici radice, & nitro, & nepeta, & canchry, & baccis lauri. Cæterum nepita per se sine appendice magna cum utilitate cataplasmatis modo cum oxymelite aut mulso imponitur. Emplastro præterea mitigatorio utendum, in quo ceræ drach. centũ, resinæ terebinthinæ uigintiquinq;, eruginis sex, myrrhæ, galbani, ireos, singulorum drach. sex, cedriæ quinq;. Cæterum potionãdi prius sunt ipsi, succo Cyrenaico erui quãtitate, aut castorij drach. una cũ opoponacis triobolo. Porrò capparis radicis cortex potus, & cataplasmatis immixtus cõfert. Quod si maximè dolor excruciat, tum anodyna medicamenta locum habent: uerbi causa, confectio Philonis, & quæ contexitur è duobus piperum generibus. Clysterе uerò utimur illo: Mellis cyathus unus & dimidius, olei sesquicyathus, aquæ cyathi bini, nitri denarij octo, resinæ terebinthinæ drach. quatuor. His calidis aluo immißis, sedem, quã dactylion nuncupant, fouere expedit: & si per morulã longiorem contineantur, mucosam humorẽ, euacuat, nonnunqnam etiam sanguinem, cum plurimũ præsidij confert. Quod si his actis etiamdum quid doloris supereſt, quod quidem rarenter usuuenit, tum denuo frequentius id ipsum usurpandũ, aquæ loco centaurij decocto admixto. Sanguinem quoq; ciet capsellæ herbæ semen inditum: liquor item cucumeris erratici, & id quod ex ipso conficitur, uel oleum quod è radicibus eius contextum est sycionium: Et salsorũ piscium muria, & oliuarum colymbadum salsugo utiliter infunditur. Cucurbi-

Emplastrum mitigans.

Sanguinem euacuantia.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

non diahepta, quod est è septenis compositum, & quod Procli cognomentum habet, eadem pollicentur. Iam exercitationes quoq; prosunt, quæ inambulando & continuis flexionibus & saltibus, & cursu perficiuntur. Alimentum præterea sit mediocriter attenuans, & quod concoctioni minimè resistat. Quod si prædictis auxilijs coxendix non cedit, in putrem quandoq; materiã transit, quãdoq; laxatis neruorũ ligamentis uertebra luxatur. Prorogãte se igitur lõgius ægritudine iũctura tribus aut quatuor locis exurenda est, quemadmodum in opere de chirurgico memorabitur, ad cõpluresq; dies hulcera aperta, ne cicatricem obducãt, cõseruãda sunt.

De Podiagra & Arthritide. Cap. LXXVIII.

Podagricus & arthriticus cruciatus omnis, non solum ex imbecillitate particularum corporis oritur, sic enim exacerbationes necessariò, nulla tẽporis intercapedine perpetim affligerent, quãdiu infirmitas imbecillibus articulis incũberet: Neq; etiã ex humore solũ, quoniã non in articulis modò hæret affectio, sed utraq; & humor præter naturã et particularũ debilitas, morbũ articularẽ suscitant. Cũ enim membrorũ nutrix facultas q̃ pro more debilior ob ciborũ affluentiã laborat, cruditates cõtinuè obueniũt. Malignus igitur et superuacaneus humor quãcunq; articuli iunctura debilitatã prius occupat, colligãtes neruos distendit, atq; ita dolorẽ excitat. Neq; enim principales, quibus arbitrarius cietur motus, nerui primaria affectione inflãmãtur, quoniã in medijs articulorũ internodijs inflammationẽ oriri necessum est: uerbi causa, cruribus aut coxis, aut genu, aut cubito, aut brachio. Sed per cõsensum tamen, quẽ cũ articulis obtinent, ijdẽ nerui afficiũtur. Si igitur pedũ articulos humor dũtaxat infestarit, podagra morbus nuncupatur. Cũ aũt in reliquos corporis articulamenta penetrauerit causa, iã tũ articularis morbus appellari cõsueuit, quo nomine uertebræ, humeri, maxillæ, atque uniuersi deinceps articuli languore impliciti, cõpræhendũtur: nõnullis aures quoq;, & dentes, & guttur, & interdũ etiã iecur, et lien, articularijs doloribus oblanguẽt. Quibus nisi protinus occurratur, maluḿue in articulos eructet, laborãtibus breui imminet periculũ. Cæterũ superabũdans humor, nũc quidẽ bilioſus, nunc uerò sanguineus, quandoq; melancholicus, magna uerò ex parte pituitosus ac crudus est, ex alimentorũ redundante copia, & cruditatibus & ocio cõflatus. In articulis nãq; si lõgiore tẽpore inueterauerit, inspissatur, et glutinescit, ita ut lapidosas articulorũ durities quas tophos Romani, τοφους Græci nũcupant, perficiat. Nõnunquã uerò diuersi cõmiscentur humores, proinde cognitu curatuq; difficilius est uitium, & tantum non immedicabile malum. Præcedit hoc mali plerunq; labor immensus, inambulationes solito uehementiores, iugiśque equitatio, & intempestiuus rei Venereæ usus,

Podagra.

Arthritis.

gelidæ potatio insolita, & frigidorum, aut plurium; aut prauorum esculentorũ esus, & uini plurimi usus. Quin & ex prolapsu quidam, aut propulsationibus, aut luxationibus, aut id genus alijs, primam morbi oblæsionem auspicati sunt, sic ut præcesserit interim in corpore deses materia. Sed quam euidens causa proritarit. Mœstitia autem, solicitudines, uigiliæ, & reliquæ animæ affectiones, non solum hanc quodammodo suscitãt, uerùm prauũ etiã humorem, siue primarie, siue per accidẽs pariunt. Variæ itaq; sunt afflictionis huius, ceu dictum est, causæ: humorũ tamen negotiũ facientiũ differentiæ, haud difficulter, † locis quibus impacti sunt, perspicuæ reddũtur, tũ coloribus, tũ cæteris accidentibus proditæ. Biliosus nanq; fluxus colore subluridο, & rufo deprehenditur. Idem caloris insuper sensum ingerit, cruciatumq; acerbiorem efficit, & protinus ad supremam cutem, citra amplum tumorem erumpit, calidarum rerum impositu magis exacerbatur, quemadmodum ediuerso frigorificis placatur: quod quidem cæteris ferè omnibus magna ex parte, peculiariter uerò alijs biliosis euenit. Febris item sæpenumero in accessionum summis uigoribus accedit, ualdeq; sitibundi redduntur. Consimili modo & in melancholicis, atrioris coloris corpus deprehendas: sicuti in pituitosis, albũ & aquosum corpus cernitur, unde minus cruciantur, & serius tument particulæ. Perinde atque si sanguineus humor in corpore abũdat, cruentum colorem membra præferunt. Sed ad exactiorem iudicationem iuuabit te superior uictus ratio, & id genus cætera.

Initiatrices causæ podagræ.

quãrũ possibile est

Biliosi fluxus indicia.

Atræ bilis, pituitosi, sanguineiq; fluxus notæ.

Curatio eorum, qui bilioso humori fluorem acceptum referunt.

Caput curationis, eorũ qui flaua infestantur bile, magisq; ipsius qualitate, euacuatione infestantis humoris, per medicamenta purgandi uim habentia, tentabitur: cuius est modi potissimũ ex rhodomellite cõtextũ pharmacum, & quod è malis cotoneis constat, & quæ ex hiera picra conficitur antidotus, & ex aloë præparata catapotia. In accessionibus uerò foris rosaceo utimur, cũ oui luteo, modicoq; uino, leni manu particulam his infricando, demulcentes: herbas quoq; frigorificas admouebimus: uerbi causa, solanum, portulacam, herbam apollinarem, semperuiuum, ex locis cœnosis importatam lenticulam, serim, papauer, seminalem, rosarũ folia, atq; consimilia. Interdum quidem illinientes per se, interdum uerò cum micis posca irrigatis, farinaue hordeacea cum rosaceo cataplasmatis modo imponentes. Cum autem erysipelatis naturam sortita fuerit artuum inflammatio, summopere sanè placat impositus cucurbitæ recentis cortex, pepo nisq; atq; cucumeris caro, cum per se, tum adiecto pane: perdicij item so-

lia, & hæderæ cum pane, aut hordeaceæ farinæ polline: psyllium q; cũ polenta elixum, feruores fragrantium inflammationum mirificè lenit. Rosaceum itidem cerotum cum aliquo liquore frigorifico illitum, & ex lomento medicamentum. Constat autem ex his: Ceræ uncijs quinq;, chamæmelini duabus & dimidia, rosacei sextante & dimidio, lomenti fabacei semuncia, ouorum luteis quinq;. Aliud cataplasma: Maluas uirides coctas cõtere, & psyllii̇ũ seperatim in lentorẽ redactum, admisce: deinde ouorum luteis adiectis oleoq; chamæmelino, cataplasmatis instar impone. In grauiore ac intolerabili cruciatu medicamine è croco & glaucio, & opio utendum, posca dilutis & circumlitis, aut cum mica panis cataplasmatis more impactis. Cæterũ id GALENVS cõmendat: Succi papaueris drach. quatuor, croci unam, cũ lacte bubulo siue caprino, uel panis interiore, diluuntur et rosaceo subactis, factoq; cataplasmate utere: uel opium, & crocum cum lacte trita, ceroto rosaceo excipe. Cerotum uerò ex turpena eandem uirtutem in paroxysmis obtinet, atq; oleũ ex eadem expressum. Sed & illud eiusdem generis est, panis mica aqua macerata, uel posca, semperuiuæ, uel strichni, uel portulacæ, & dactylorum carnibus, & papaueris semine, æquis portionibus, cum ouorũ assatorum luteis, & rosaceo quantum satis est, cataplasmate facto imponitur. Cæterum quæ membris torporem inducunt minimè probantur præterquam ad cruciatus uehementiã leniendam: plurimus quippe narcoticorum usus, meatus obstruit, tophaceas durities, & diuturnas motionis difficultates procreat. Post anodynorum itaq; usum, uel confectione ex succis herbarũ facta cum chamæmelino temperata utendum, aut ea quæ constituitur ex althæa, aut aliquo eiusmodi medicamento. Vbi uerò pars affecta refrigerata, calfaciẽtibus rursus integrata fuerit, robur membro, remedio palmulato, ὀλὰ τ̀ φοινίκινος nominant, aceto rosaceo, aut uino rosaceo resoluto, inducemus. At si grauentur emplastris, acaciæ cremorem è posca aut lycium cum croco, & glaucio, et succo perdicij posca illinito. Victus insuper frigorificus & humectans expeditue rbi causa, ptisana, è chondroq; sorbitiones: et ex holeribus, malua, lactuca, intybus: ex auibus uerò domesticis, maximè pulli, & ex piscibus saxatiles, echinus, pectines, atq; id genus cæteri. Deuitanda sunt omnia quæ calfaciunt, bilemq; pallidam atq; flauam pariunt: uina item cum uetera, tum uermicola, tũ nigra, satietasq;. Lauacris uerò ex potalibus aquis utendum, et circa ipsos noxij humoris fluxus, quatenus causam exhibent: & cum absunt, si nihil aliud prohibeat. Arceri etiam debet excandescentia, ciborum abstinentia, acrium eduliorum esus, ebrietas, labores immensi, & Veneris usus.

Vehementioris doloris podagrici lenitio.

Nutricatus arthriticorum ex humore bilioso.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

q̃uoniã ſtomachũ, ceu iã pridẽ retuli, lædit, his quæ ſtomacho cõducunt, et quæ robur inducunt, cũ mediocri calfactione os uentris emendare, & à uitio contracto uindicare. Sed ex coronopodio medicamentũ præſtare Alexander aſſeruit, eo quod ex hermodactylo conficitur, quod non ſecus aluũ ſubducat, dolores omnes diſcutiat, minimeq; ſtomachũ offendat. Localia porrò pituitoſis imponũtur: modico quidẽ dolore moleſtante, braſſica uiridis cataplaſmatis modo adglutinata, & apium, & conyza, & uerbenaca erectior cõferunt. In uehementi aũt dolore, farinæ fœnogræci partes tres, lolleacei pollinis unã, farinæ cicerum partẽ unã ex melicrato, aut uino tenui, cũ exiguo cyprino, aut nardino, præſertim brumali tempore imposito. Et braſſicæ radicis, et caulium cõbuſtorũ cinis cũ axungia cataplaſmate impacta, præſentaneũ multis leuamentũ præſtitit. Verùm ad dolorẽ mitigandũ, recentẽ eſſe oportet axungiã, ad diſijciendum uerò, ueterẽ & ſalſam. Et ſtercus bubulũ cũ farina hordeacea in mulſo decoctũ, aut per ſe recens humidũ, cũ foliis braſſicæ cataplaſmatis more illitũ iuuat. Itidẽ præſtãt caprarũ oletula priuatim, uel cũ farina hordeacea in poſca elixa. Quoniam uerò cõtrarijs etiã, ut uidebatur, remediorũ auxilijs quidam adiuti ſunt (Nã diuerſorũ humorũ miſcella agnitionẽ intercipiens facit, quo minus diſcerni queãt) iã harum materia promiſcue exponenda eſt. Conducit itaq; atriplex tã ſylueſtris, q̃ ſatiua, cum pane cataplaſmate facto impoſita. Aut uerbaſci folia, cũ bulbis & pane eliquata: uel cũ polenta, uel è pulte hordeacea cataplaſma. In uniuerſum ubi abdita cauſa eſt, uarijs quoq; remedijs pugnandũ eſt. Nunc quidẽ cõſimilibus, nunc uerò planè cõtrarijs, neq; ijſdẽ tamẽ diutinis inſiſtendũ, præſertim ſi præſidio nullo ſunt. Hæc q̃ppe in arte medica obeũda, quotidie obuiã uenire cernimus: idẽ remediũ, membrũ uniũ quidẽ iuuare, alterũ uerò in eodẽ ægrotãte accendere. Quin etiã nõ modò nõ manus auxiliares eodẽ die præſtare, uerùm quãdoq; etiã magis, nõ ſine magna demiratione, offendere. Vnus enim et idẽ ſæpenumero articulus ab eodẽ remedio nũc quidẽ iuuatur, paulò uerò pòſt ab eodẽ inflãmationẽ cõcipit. Nũquã igitur ubi uiſcida quidẽ & craſſa materia præcellit, calidiora opis quippiã adferunt auxilia: acri aũt ac feruentiore humoris qualitate dominiũ obtinẽte, refrigerãtibus placãtur dolores. Nihil uerò mirũ, ſi frigidior materies inflammationis tempore accẽditur, æſtuq; ferueat, ubi bilem admiſceri contingit. Tophaceam porrò articulorum coitionem, lupinorũ farina cum oxymelite aut poſca, uel laſerpitio, aut bryoniæ radix cum pane prohibent. Et hoc præterea ſine offenſione dolorem mitigat, & ſuauiter materiam diſſipat. Lycij unciam, guttæ ammoniacæ thymiamatis tantundem, trita cũ uetuſtiſſimo uino, & oleo omphacino elixato, farinæ fabaceæ quãtũ ſatis adiecta, cocta mediocriter cataplaſmatis

Axungia recens mitigat, uetus diſſipat.

instar adglutinato. Post summos uerò morbi uigores tumori relicto, bulbos per se uel cum farinæ tenuissimo flosculo, usq; ad laniationem illinito, sic enim efficaciã exerũt. Quod si dolores cataplasmatis nihil leniuntur, irrigationibus pro membrorũ ratione, calidisq; affusionibus ex alto opus est, præsertim si partes tumentes fuerint extremæ. Ex chamæmelorum, & sertulæ campanæ, aut centaurij decocto: nonnullis uerò sola capparis elixatio satis auxilij tulit. Id uerò omnium efficacius fuerit remedium: Thymum in aceto acerrimo, & origanum, & thymbram, & nepitam decoquito: Eodemq; aceto locos affectos foueto: neq; semel modò, uerùm sæpius in die fidenter: compluribus nanq; hoc profuit: non pituitoso solùm humore languentibus: sed quibus bilis fuit infesta. Sũt qui quod infra scribitur obseruauere: Ilicis glandes læuigatæ contunduntur, & quamplurimum decoquũtur, qua elixatione ab initio statim articularis fluxus, extimi quidẽ artus ad bene longum tempus proluuntur: sed interiores particulæ spongijs liquore tinctis fouentur, hoc enim modo impetum materiæ suspendũt. Idem sanè bis qui è bile hoc malo laborant, accommodatum est: quemadmodum & aquæ calidæ sine elixatione perfusio. Aduersus porrò eos, qui ex intensissimo frigore oriuntur dolores, & constrictiones articulorum, ualidissimum est remedium illud: Habet olei ueteris sesquilibram, nitri Alexandrini libram, resinæ terebinthinæ libram, euphorbij unciam, iridis sextantem, fœnogræci farinæ sextarium unum & dimidium. His, etiam ea quæ in coxarum morbis recensuimus, pulchrè conferunt: plurimi nanque in sic perfrigeratis, in remissionibus morbi etiam sinapi, cum caricis, & alijs phœnigmis usi sunt, aliqui etiam composito ex cantharidibus medicamento: sed hæc in posterũ noxã inferunt, nisi aliquo etiã ex mollificantibus utantur, qualis est compositio ex lanaria, diastrutheon uocãt, atq; Pyxide, & Basilio, & medicamine ex abiete, item ex populo nigra, & bromio, & lysiponio, atq; acopis adhuc uehementioribus. Quorũ autem articuli nerueo potissime consortio affliguntur, succiq; impacti ipsis cõstringuntur ijs ex muli lotio fotus, in summis præcipue morbi incrementis, gelidioribusq; defluxibus cõfert. Pari etiã modo is qui è duobus ueratri generibus constituitur pastillus, turgidis laxisq; tumoribus congruit, fomentatio itẽ ex frictis salibus, aut aquæ aliâs marinæ calfactæ cũ spongijs consperſio, seu affusio & salsa emplastra, & quæ è stacte nitroq;: & his non dissimilia cataplasmata post morbi uigorem opitulantur. Victus præterea ratio aridior ita habentibus cõuenit, et ab excrementis superfluis alina, atq; inedia, aut cibi frugalitas: quotidianus balneorũ usus uitandus est. Si lauent, nitrosa lauacra aliæq; frictiones prosunt. In dolorum relaxatio-

Si ex frigore oritur podagra.

nibus

nibus exercitia, ac frictiones præsertim artuum, magna cum utilitate adhibentur. Balineis naturalibus, necnon sabulosis etiam fomentis uti alienum non est. Probantur & uomitiones ex raphanis cibarijsq; elicita. Qui suapte natura huc sunt procliuiores, etiã cum ueratro quoq; candido euacuabuntur, per uomitum, uel per aluum etiam inferiorem expurgentur.

De his quorum sanguinei humoris fluxus artus infestat.

Qui igitur sanguinei humoris influxui articularium dolorem acceptum referunt, postquam sanguis à principio morbi detractus est, eadem quæ prædicta nobis sunt subsidia, foris injciantur. Biliosior quidem si fuerit, & acrior, naturæ modum excedens sanguis, adhibeantur ea quorũ in bile proprie meminimus. Si frigidior, pituitosiorq;, aut melancholicus magis redundat, his quorum postea mentionem fecimus, exceptis nimia acrimonia præditis, occurrendum. Perseuerante morbo, ijsdem etiam ipsis locus erit: uerùm illud etiam cataplasma intra principia statim expedit, cortices malorum Punicorum, rhus item, atq; farina in uino eliquata, cataplasmatis modo imponuntur. Aliud: Folia brassicæ cocta, & exquisitissimè læuigata, fece aceti iniecta, & ouorum cocta bina lutea, & rosacei parum, cõtritaq; simul identidem cum assidua permutatione imponuntur. Alimenta præterea quæ extenuãt, parũq; nutriunt, assumenda sunt. A carnibus itaq; & legumjnibus, uinoq; multo ac nigro abstineatur. Atqui si fieri queat, uini potum omnino formidare, maximũ præsidium. Nõ paucos equidem noui, qui cum huic uni præcepto sedulo obtemperarent, omnes morbo leuati, pristinæ salubritati restituti sunt: alij nanq; in morbi confestim exordio prorsus conualuerunt, alij uerò in posterum rarius & minus grauibus accessionum doloribus uexati sunt. Quocirca si nihil prohibet, nihilq; mali inde speretur, per uniuersum deinceps uitæ curriculum ne per somnium quidem uinum unquam admittant. Quicunq; uerò propter imbecillitatem aut frigiditatem succũbere nõnihil uidentur, per biennium saltem uitam degant abstemiam: mox ad consuetudinem paulatim reuersi, modicum atq; dilutum quotidie bibant. Cæterum qui uino abstinere moliuntur, in locum ipsius elixationem anisi, uel alicuius id genus seminis potent: fugacia poma pro uirili fugienda sunt, & reliquorum pariter refrigerantium, Veneris q; usus damnandus est. Atqui, sumptis anni spacio pharmacis, languentes prorsus à morbo uindicare conati sunt, plures quidem pituitosioris & excrementitiæ naturæ iuuerunt: calidioribus uerò & aridioribus repentinæ mortis autores extitere, ad aliquod interaneũ, puta, renes, aut latus, aut pulmonem, aut principem aliquã partem, translata materia. Satius igitur fuerit biliosioribus plurimoq; sanguine præ-

Sola uini abstinentia a podagra uindicat.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

è myrrha ſtillauit, propolis, ſingulorum trientem, ceræ dodrantem, colophoniæ libr̃a, olei uncias ſedecim, quibus mixtis, tum in tophis, tum in abſceſſibus utitor. Atqui illud è cinnabari admirandũ quidẽ aduerſus tophaceos tumores, aliáq; plurima remediũ præſtat, ſed inuentu admodũ difficile medicamentũ eſt. Quippe quod è leptocaryis cõſtruitur, præter quod efficax habetur etiã parabile eſt: neq; robuſtioribus tãtũ, ſed ſubtilib. etiã corporibus accõmodatũ, ſi ſumat quis confectionis ex melle, aut ex orcitu nica partes duas ad illius medicaminis unã. Vbi uerò hæc in promptu fuerint, diapſimythiũ quoq; nõ raro æquali põdere ipſi cõfunditur. Aliud ad eoſdem tophos: Sandarachã reſinã læuigatã uiſco quercino excipito, atq; poris diſcutiendis illinito. Aliud, quod confert etiã aduerſus fiſtulas & ægilopas: Sumito olei ſextarium, ſpumæ argẽti uncias octo cũ dimidia, auripigmenti unciã: Spumã argenti atq; oleũ decoquito, donec manus nõ inquinet, deinde auripigmenti farinam inſpergito, & priuſquã cõcremetur, ab igne tollito ac utitor. Epithemata porrò ex flore Aſij lapidis, in morbi remiſſionibus impoſita, ad omnes quæ ſingulis articulis incumbunt, collectiones pulchrè conueniunt, uniuerſáq; ægritudine ueterum quorundam teſtimonio liberant. Creditur item medicamentum ex flore ſalis contextum, in morbi relaxationibus, compari modo applicatum, reliquias tumoris diſſipare.

De euitanda podagra.

Vbi iam podagra, uel morbus etiam articularis radices egerit, difficilimè profectò abſq; ſuperiore methodo eliditur. A nondũ oborta uerò haud arduum ſeipſum fuerit aſſerere, & alios tueri, ſi cibos circuncidat, & ijs quæ procliuiter in corpus diſtribuuntur, ſuperfluitatibuſq; uacant: mediocriq; uino utatur, & membri quantum ſatis eſt exercitationibus, ſuccurrat. Sal in oleo contritum, & articulis cum frictione impactum, curactos qui podagricum morbum euitare ſtudent, magnificè adiuuat, niſi aridam nimium corporis intemperaturam ſortiti ſint. Vti autem eo tempore matutino, & ueſperi, toto uitæ ſpacio: & poſt inflammationum relaxationes oportet.

Ad perniones, qui in ſolo pedis, imisq; calcaneis oriuntur. Cap. LXXIX.

CHimetla hulceroſæ ſunt affectiones, quæ in digitis manuum pedumque brumali frigore emergunt. Quibus medendis oportet eadem hulcuſcula tepida marina conſpergere, aut betæ, aut lentis, aut eruì, uel aſphodeli radicis decocto. Cæterum poſt

conſperſionem fotumq́; lenticulas coctas in uino læuigatas, cataplaſmati inſtar imponere: aut ficus tritas cum oleo, aut alumen cum farina hordei æquis portionibus in uino diſtemperata adplicare: aut fecem ſubaridam aut bulbum recentem uino tritum adglutinare: Vel allia in oleo fricta, tritaq́; & ceram cum mediocri oleo liquefactam inijcere. Aut malicoria cocta in uino, & læuigata, cera roſacea excipere, atque uti, maceratis antea membris rore lupinorum decocti: Vel mannam, aut ſulphur uiuum cum melle elixo impingito. Cæterum alterci etiam ſuccus continue illitus, inflammationes & dolores ſopit.

Marcellium ad perniones.

Rapi radicem excauato, inq; capacitatem eius ceræ uncias duas inijcito, olei lentiſciniq; unciam, & in diplomate cum aquamarina ſeu muriatica aut decoctione lupinorum elixato. Partim chimetli ſuperfundito, partim ceratum in rapo liquefactum frigidũ imponito. Sed in pernionibus exhuceratis, thuris, ſciſſi aluminis, minij, reſinæ, æquales portiones adipe ſuillo exceptas illinito. Cæterum ad hulcera cum inflammatione medicamento hexapharmaco utendũ, quod habet olei dodrantem, taurini adipis, & fellis, uniuſcuiuſq; libram, lithargyri uncias ſex, colophoniæ trientem mellis uncias ſex.

Ad manus digitorum, totorumq́; pedum rimas.

Contra digitorum pedisq́; rimas picem liquidam inunge, aut cancrum fluuialem marinumue ſuper carbones crematũ, teſtæ cinerem, cum oleo ad mellis craſſitudinem contritum, purgatis & abſterſis prius rimis inſtillato. Conducit uerò & ſcillæ interaneum oleo ferue factum, et reſinam terebinthina eliquata, & cornu caprinum deuſtum, caprilloq́; adipe exceptum. Sed callos undiquaq; purgare, deinde medicamentis uti, expedit.

Aduerſus calcanei rimas, foliq́; pedis antheram.

Sumito calcis uiuæ drach. decem, ceruſſæ uiginti, ceræ tantundem, aut triginta, porcinæ pinguedinis recentis ſeptuncem, colophoniæ dodrantem, cremoris ſeminis lini cyathum, olei dulcis uncias quadraginta. Hoc enim tam planam mollemq́;, quàm ullum aliud reddit pedis plantam. Aliud: Adipis caprillæ, ceræ, olei, æquis portionibus utere. Aliud: Malicoria in aceto elixa, cataplaſmatis modo diebus quinq; impone: deinde ſciſſuris circumpurgatis, calcem uiuam cum oleo & balneorum ſtrigmento adplicato. Aliud: Scillam oleo elixato, ipſam quidem frixam porricito, in oleo uerò reſinam terebinthinam liquefacito, ac utitor.

Medendis attritionibus è longo decubitu.

Ceræ, olei, ſpumæ argenti, mellis, ſingulorũ partes æquales, ad omnem

cum

cum calcaneorum, tum plantarum pedis ac palmæ, atq; internæ digitorũ partis exhulcerationem conducunt, præsertim si hulcus ungui uicinũ sit.

Ad sordida plantæ hulcera, emmoton. Prodest etiam ad ea, quæ pudendis adnascuntur.

Amurcæ cyathum, aceti tantundem in æreo uase ad melleã usq; crassitudinẽ decoquito: separatimq; trita squamæ æris drach. duas, mannæ tantundem, mollis lanæ succidæ quantum manu capi potest tædã contectæ, & crematæ cinerem totum excipito, ac utitor. In uulneribus quidem uino resoluuntur: In pudẽdis uerò soloq; pedum, passo. Aliud: Amurcæ, melitis despumati par modus, hoc ipsum † gingiuas etiam expurgat. † cicatrices.

Ad protrigines, quæ calciamentorum attritu proueniũt.

Attritibus ex calciamentis, pulmo agninus, & porcinus, atq; caprillus conducunt: sed corium ueterum sandaliorum combustum, inflammationẽ quidem sanat minimè, sed inflãmationi sublatæ, opis plurimum suggerit, uel cepa cum adipe gallinaceo copiosior injcitur, aut galla cõcremata inspergitur, uel acacia aceto diluta illinitur.

Aduersus clauos & callos. Cap. LXXX.

CLauis prius undiq; expurgatis, aliquid ex erodentibus putrefacientibusq; superinducito: uel rubiginem rasilem, uel sandrachã, uel aridum Syringiacum, aut collyriũ Syringiacũ gũmi loco, gutta ammoniaca exceptum. Est autem clauus, circinatus in orbem callus, colore candido, clauo capiti similis: omnibus corporis partibus, sed pedum planta digitisq; potissimè oriens. Aegre autem longiusculo tempore euellitur, etiam si scalpello ferreo apex claui continue abscindatur, aut pumice atteratur: pari etiam modo & callos. Prosunt uerò lupinorum crudorum deustorũ cineres cum melle, aut misy liquida pice exceptum: nigella cum urina impubis pueri, uel putamen fabaceum cum aceto decoctum. Ad hoc mali infrequenti etiam experimento fuere, Cantharidum, atramenti sutorij, castorijq; æquales portiones, resina terebinthina, emplastri modo exceptæ, & clauo antè bene purgato, impositæ. Aliud: Fecis, calcis uiuæ, uisci par modus cum percolata lixiuia, uel lotio pueri Venerem non experti. Clauus.

De unguium uitijs, & ante omnia de paronychijs. Cap. LXXXI.

REdduuia, quam Græci paronychiam dicunt, abscessus est, qui iuxta unguis radicem suppurat, quem utiq; etiamdum pusillũ inchoantemq; galla cum melle supprimit, & radices agere non patitur, uel Musæ pastillus, uel iris ex aqua. Sed ubi iam præter naturam caro excreuerit, scopus medicationis est, ijs quæ morsu carent eam cõsumere & rum

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Medendis unguibus ſcabris.

Viſci quercini, ſandaraches, fœnogræci, ſingulorum unciæ duæ, cantharidum, thapſiæ, uniuſcuiuſque uncia, aceti quantum ſatis uidetur.

Aliud: Propoleos Atticæ, ceræ, bituminis, uniuſcuiuſq; drachmæ duæ, ſulphuris ignem non experti drachma, oleo non inquinentur. Vbi uſus poſcet, calfactum unguibus circumlinitur. *Aliud: Picis liquidæ, ceræ, Colophoniæ, reſinæ terebinthinæ, guttæ ammoniacæ thymiamatis, ſulphuris uiui, ſpumæ nitri, æquis portionibus, cauendum ne polluantur, manuſque inquinẽt.* *Aliud ad tollendos ſcabredine affectos ungues abſq; exhulceratione: Sumantur bituminis, auripigmenti, ſandarachæ, ſulphuris ignem non experti, ſingulorum drachmæ quatuor, quibus contritis reſina excipiantur, atque utere, ſeptenis diebus diſſoluens.* *Aliud: Erui farina, bile ouilla, aut lotio ouino temperata, utere: Aut calce aqua non extincta cum oleo, aut chia cum opobalſamo: Vel atramentum ſutorium, & ſulphur ignem non expertum uiſco quantum ſatis eſſe queat exceptum, corio impactum imponito: Vel herba pediculari aceto diluta, utere: Vel reſinæ terebinthinæ drachmam, ſandarachæ binas, ſimul unguis radici adglutina, faſcia accurate circumligans. Cum uerò exciderit unguis, cerotam myrtinum, in quo medicamenti ex reſina compoſiti momentum continea tur, ſuperinducito.*

LIBRI TERTII FINIS.

HYPOTHESIS
LIBRI QVARTI.

In hoc uolumine operis uniuerſi quarto, de affectionibus, quæ foris in corpore potiſſimum, nullo certo limite, ſparſimq; inſurgunt, tractatio eſt.

CAPITA LIBRI QVARTI.

De Elephãtia ſi cutis uitio. Ca. I
De lepra atq; pſora ſcabie. II
De impetigine quæ Græcis lichen eſt. III
De prurigine, quod malũ Græci λυγμὸν appellant. IIII
De Leuce ſcabiei ſpecie. V
De Alphis cum candidis, tum atris. VI
Aduerſus ſtigmata ex decretis Archi-

Archigenis. VII
De papulis, quę Greci exanthemata uocant. VIII
De epinyctidibus. IX
De puſtulis, quæ phlyctænæ dicuntur. X
De ignis aduſtionibus. XI
Ad uerberibus percuſſos. XII
Quinam pili ambuſtis renaſcãtur. XIII
Ad Apoſyrmata. XIIII
De formicis & uerrucis. XV
De ganglio. XVI
De inflammatione phlegmonćue. XVII
De abſceſſibus, qui foris corpꝰ infeſtant. XVIII
De gãgręna & ſyderatiõe. XIX
De herpete. XX
De eryſipelate, id eſt, igne ſacro. XXI
De pano, bubone, & furunculo. XXII
De dothienibus, tumidis abſceſſibus. XXIII
De termintho, tumore nigro & tereti. XXIIII
De carbunculis anthracibus'ue. XXV
De canceribus. XXVI
De œdemate laxo tumore. XXVII
De inflatione. XXVIII
De luxatis & contuſis. XXIX
De carnibus cõtuſis, & ſanguine in contuſis cõcreto. XXX
De fractura & conuulſione, XXXI
De ſcirrhis. XXXII
De ſtrumis. XXXIII
De ſteatomatis, id eſt, adipationibus, & atheromatis, et meliceribus. XXXIIII
De fauis. XXXV
De ſimplici hulcere. XXXVI
Quæ cõglutinare hulcera poſſint. XXXVII
Ad dolentia & inflammata hulcera. XXXVIII
Ad immatura necdũ purulenta hulcera. XXXIX
De hulceribus cauis. XL
Quæ hulcera ſordida expurgant. XLI
Aduerſus hulcerum uermes. XLII
De carnis excreſcentia. XLIII
De nomis, ſemipedonibus, & phagedænis. XLIIII
De hulceribus cicatrice carentibus. XLV
De maleficis, quæ chironia & telephia dicuntur. XLVI
Ad cicatrices nigras. XLVII
De ſinubus. XLVIII
De fiſtulis. XLIX
De ruptis hulceribus. L
De hulceribus articulorum. LI
De palis, ligniſq; fixis, telis, ſpiniſq;, & id genus alijs corpore extrahendis. LII
De ſanguinis eruptione è uena & arteria. LIII
De percuſſione neruorũ. LIIII
De articulorum tenſione. LV
De luxatis artubus, LVI
De lumbricis. LVII
De aſcaridibus. LVIII
De dracunculis. LIX

FINIS.

PAVL

PAVLI AEGINETAE DE RE MEDICA LIBER QVARTVS, ALBANO TORINO Vitodurenſi Interprete.

De Elephantiaſi cutis uitio. Cap. 1.

AIOREM OPORTERE SEMPER *remedij, quàm ægritudinis uim eſſe, belle Cappadox, arbitror, Aretæus inquit: indeq; fieri, ut curari Elephas minimè poſsit, quod ſcilicet medicina nulla ſuperior inueniatur. Nam ſi Cancer, qui ſingulorum modò corporis membrorum Elephas quidem eſt, inter morbos immedicabiles ab ipſo etiam Hippocrate cenſetur: quî non ſit Elephantiaſis, qui Cancer corporeæ molis uniuerſæ exiſtit, multò potius, longe curabilis minus, medicinæ que omnis magis reſpuens? Atra ſiquidem bile, cuius ſoboles hic morbus exiſtit, biſariam proueniente (aut enim è melancholico feculeutoq; ſanguine, ac ueluti ſanguinis limo, aut è flaua bile, utriſq; ſupra naturæ modũ aßis originem habet) Elephantes quippe perrubros mitiores ferè, aut, ut uerius loquar, malitioſos minus, prima bilis atræ differentia gignit: Reliquos uerò, qui utiq; infeſtiores malignius ſæuiunt, & corpus totum hulceroſum reddunt, ſummáq; decidere faciunt, altera flauæ bilis nimium combuſtæ proles, parit. Morbo igitur iam uictis, abdicanda medicina omnis eſt, auſpicante uerò primum morbo, ita ut nihil ab extremis deciderit, nulla etiã fœdarit exhulceratio, nec in immenſum extuberationes emineant, uultus tantum liuido rubore magis quodammodo ſuffunditur, ſed neutiquam abſurdus appareret, medendi tentare artem conuenit. Quidam etenim, atq; hi ſanè nõ pauci, morbum pleriſq; ſola capitis aduſtione, ne longius ſerperet, repulerũt.* Elephantiæ curatio.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

bus auſpicandum perhibent, paulatiḿque ad ſenes uſque tranſeundum. Verùm omnibus facilè efficaciæ palmam ſurripuerit è uiperis contexta theriace, cum in potu ſumpta, tum foris illita. Quod ſi ad manum fuerit uiperarum copia, non eſt præſentioris auxilij, quàm harum carnes comeſtæ, albo iure ex aqua largiore, ſalibus, porro, atque anetho, uſque ad ſpinarum diſcretionem probè elixæ: capitibus ipſarum primo caudiśque ad digitos quatuor amputatis, & inteſtinis omnibus exemptis, pelleq; detracta. Theriaci uerò ſales eadem pollicentur cum obſonijs aſſumpti. Nam qui ijs hoc pacto utuntur, illis ſquama quandoque, aut ueluti impetigo quædam à cute decidit.

Theriaca primas tenet in elephantiaſi.

Victus ratio eiuſmodi præſcribenda Elephanticis.

Poſt ſomnum quidem manibus leniter permulceantur, recrementiśque alui depoſitis, geſtationibus, uocis exercitio: Deinde frictionibus, uariq́ue gymnaſio, partim ſaltando, partim remigando, faſcijs item & coryco luctando credãtur. Poſtea deterſo ſudore, urſino, uel uulpino, uel hircino, aut uolucris alicuius adipe, uel butyro recente perungantur. Modico autem interuallo temporis interpoſito lauacris operam dantes, fœnogræci, aut ptiſanæ cremore, aut guttæ ammoniacæ perexiguo in aceto liquefacto delimentur. A balneo terſi oleo lentiſcino, aut œnanthino, aut myrteo perfundantur, aut uino modico cũ alumine, guttá́ue ammoniaca ſtrigmenti balneorum craſſitudine. Abſterſi denuo tenerrimis linteolis, horæ dimidium quieſcant: à quo tepida aqua hauſta euomant per digitorum uel pinnarum immiſſionem: ubi uerò euomuerint, uinum abſinthites, uel origanites bibant. Alimenta erunt, panis hordeaceus, placentá́ue expolentis. Ex oleribus uerò beta, lactuca, raphanus, porrum, & braſſica, bis aqua ad dulcorem uſque elota, & capparis: E maritimis autem admittuntur oſtrea, pelorides, herinacei, pectines, tellinæ, cum beta decoctæ: ſalſamentum uctus heic ceu medicaminis uicem obtinet. Mero omni morbi tempore abſtineatur, & coitu ſimiliter: Pauciſſimum modò uinum actenue, probeq́; dilutum, quando refocillare & uires reſtaurare uolumus poſt purgationes aſſumitur. Tunc acria quoq; præter cõdimenta circumcidenda ſunt. Adhæc utiliter offeruntur ptiſana, oua, chondrus elotus, lac, mel cum pane, malua, rumex, ſiſarum, & piſcis teneræ carnis: Ex auibus quæ inculpati ſuci ſunt: Ex fructibus ficus, uuæ, & uua areſacta: Ex dulciarijs mellitis conueniunt ex nucleis pineis, uel ex amygdalis frictis placentæ, & cnico, bis qui bis in die nutriuntur: moleſtum quippe ipſis ſemel duntaxat cibum capere. Vbi porrò iam corporis interni

habita fuerit ratio, ſmegmatis quoq; uſus commendatur in balneo, ex decocto betæ, aut fœnograeci, cum ſpuma nitri, aut ſapone, aut myrobolano: & nonnunquam pſilothris utendum. Exterit uerò & portulaca cum aceto contrita, tenueq; ſemperuiuum: necnon rumicis radices aceto concoctæ, & alumen cum ſalibus, & ſandaracha æquis portionibus in uino & lentiſcino. Facit huc medicamentum alphis dicatum, ex alcyonio, nitro, myrrha, ſulphure, lentiſq; ſylueſtris foliis aridis, cum aceto læuigatum ac illitum. Præſtat idem quod conſtat ex ſepiæ teſtæ cõbuſtæ, pumicis, nitri, cretæ cimoliæ crematæ, commeosq;, & gallæ immaturæ, æquis ponderibus, aridum inſpersum, aut cum aceto affricatum. Illud etiam admirandũ: Rumicis radicum faſciculus qui manũ impleat, nitri drachmæ quadraginta, thuris uigintiquinq;, ſulphuris totidem ex aceto Aegyptio circumliniuntur. Vincit itidem ſi inducatur cui inſunt, auripigmenti drachmæ decem, ſulphuris igne intacti octo, coſti duodecim, calcis aquæ non reſtinctæ quatuor, ceræ tantundem, baccarum lauri aridarũ duodecim, hæc ſimul conteruntur, et macerantur foliorum populi albæ ſucco uel craſſo decocto: et cum iam mellis craſſitudinem prætulerint, illiniuntur. Aliud: Rádicũ rumicis faſciculi duo in aceto decoquuntur, & in pila contunduntur: deinde alcyonij libra, aphronitri unciæ octo, ſulphuris uiui libra, cochliarũ teſtarum crematarum unciæ quatuor, chamæleontis cum radice totidem, conterantur pariter omnia uſq; ad balneorum ſtrigmentitiam craſſitudinem, deinde corpori circumliniantur: æſtatis quidem tempore in ſole ſæpius, hyeme uerò in balneo tantiſper dum exudent. Cæterũ Aſclepij aridum ſmegma ſic habentibus pulchrè conueniet: & ómnia communiter abſterſiua, quæ dicturi ſumus, ad Alphos facta, quemadmodũ etiam quæ in præſens aduerſus illa relata ſunt. Turgidæ uerò corporis eminẽtiæ inflãmatæ, uel exhulceratæ, delimentur lycio Indico, aut glaucio, aut aloë, aut Andronis paſtillo, aut polyidæ ſigillo. Cataplaſma inſuper accommodabitur ex chondro cum cremore herbæ ſeminalis, aut plantaginis, aut helxine læuigata: et mileſiæ herbæ uiridis folia, cũ axungia contuſa, & cataplaſmatis more impoſita, mirificè proſunt: rubefiũt qppe inde partes quibus imponuntur, ſubſidunt autem facilè, pane ſuperinducto, aut cerato ex oleo amygdalino, rurſumq; naturali ſuo colori reſtituuntur. Exhulceratis uerò emplaſtra congruunt, ex diphryge conſarcinata: & ex uino, melina, & coracion, & medicamen ex aceto mulſo, necnõ Andronius paſtillus, & bulla, quam pompholygem dicunt, & cadmia. Cæterum morbum totum leniri indicat, ſi cicatrix primis hulceribus inducatur. Contrà uerò difficultatem anhelitus laborantiũ elephantiaſi, millepedas ſub aqua-

Lepræ exhulceratæ idonea.

libus

libus ſeu humeris degentes quinq; aut ſex, ex mulſæ cyathis tribus potui dato. Communiter uerò & eorum nõnulla huic affectioni cõpetunt, quæ ſuſpirioſis conducere prodidimus. Aquarum porrò ſponte emergentium ſeligendus uſus eſt, ueluti neceſſarius maximè, atq; in primis adeò aluminoſarum, & quæ ferruginem naturamq; obtinent, etſi fieri poteſt, frigidarum: E re uerò uſuq; hoc malo oppreſſis fuerint potiſſimum potæ. Mariti item ſabuli uſurpatio, eiuſdem ſemper eſt potentiæ, omniaq; ſudorifica. Quoniam autem contagioſus hic morbus non minus quàm uel ipſiſſima peſtis eſt, ſeorſim à ſanis hominibus, atq; adeò procul quoq; ab urbibus, in locauidelicet mediterranea & refrigerata à mortaliumq; cæterorum, frequentia uacantia tabe illa affecti habitãdum ablegandi ſunt. Quin (ſi quidem poſſibile eſt) etiam hinc ad proxima loca migrabunt, tum propter ſe, tum propter eos qui (ut ueriſimile eſt) ipſis incidẽt. Ipſi nanq; ita ſalubriore aëre fruentur, & alios hac lue non inficient. Leproſorum ſeceſſus.

De lepra & pſora. Cap. 11.

LEpra pariter & pſora ſummæ cutis ſcabredo eſt, pruriens lenteq; corpus abſumens, ex atra bile utraq; originẽ trahit. Sed lepra profundius circularibusq; eroſionibus cõporis cuticulam depaſcit, & piſciũ inſtar ſquamulas ex ſe remittit. Pſora uerò ſummam corporis cutem uaria eroſione figurat, furfureaq; magis quàm ſquamoſa ex ſe corpuſcula edit. In quibus ſanè ſecta uena ſanguis detrahendus, ſi tibi humoribus redundare corpus appareat: ſin minus, idem omnino purgante pharmaco eſt atra bile exonerandum. Extrinſecus uerò utroq; ueratro communiter utendum: Calcemq; ablutam ſeruato aridam, cumq; uſus poſcet, aqua diluens ad ſtrigmentitiam craſſitudinem, illinito. Aliud: Saluiæ, oliuæ Aethiopicæ lachrymæ, ſingulorum drach. octo, radicis corticis capparis, gummi, uniuſcuiuſq; drach. tredecim, illinito ex aceto in ſole. Sed lepras peculiariter exterunt ac dimouent anemonæ appoſitæ, uitisq; candidæ radix. Compoſita uerò: Lolleaceæ farinæ chœnicem, cardamomi albi drachmæ quatuor, ſpumæ nitri unam, attramenti ſutorij octo, aſphodeli radicis mediæ quatuor, tritas in aceto, & in cerati ſpiſſitudinem ſubactas circũlinito, nitro prius loco deterſo. Vbi ſolueris, ſolues aũt die tertio, & abſueris aqua gelida, denuo illinito. Aliud: Radicũ haſtulæ regiæ ſuccicuncias ſex, ſulphuris ignem non experti, mannæ, uniuſcuiuſq; drach. decem, nitri octo, aceto ſubacta inungito. Cæterum ad pſoram propriè conducũt: Ex ſimplicibus quidem, uua ſylueſtris, lupini amari, cardamomum cũ aceto, lilij radix melle adiecto, reſina terebinthina, ſulphur, ciceres, fimus caprillus. Compoſita uerò, miſy unà cum chalcitide æquis partibus addito Diſcrimen inter lepram & pſoram

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

gutta ammoniaca, eliquatum aceto, illinitur.

Pastillus aduersus impetigines.

Glutini fabrilis drachmæ quatuor, thuris tres, aceti cyathi dimidium: aceto diluta, illinuntur. Aliud: Chalcitidis, gummi, uniuscuiusque drachmæ octo, sulphuris uiui, misyos, singulorum drachmæ sex, squamulæ æris, acaciæ, uniuscuiusque drachmæ duæ aceto inunguntur. Aliud: Sulphuris ignem nõ experti, nitri spumæ, singulorum drachmæ quatuor, canchryos grana sexaginta, contere cum aceto: uerùm locum tantummodo affectum illinito, sanam partem nihil inquinans, arefactũ frigida aqua eluito. Aliud: Veratri † utriusq; singulorũ drachmas octo, farinæ lupini, testarum buccinorum cinis, nitri, uniuscuiusque chœnix, arido abstergantur. Iam uerò medici feras lichenas appellant, qui à mediocriter arefacientibus nihil iuuantur, sed ab acrioribus magis exacerbantur. Exhibenda sunt igitur medicamenta, abunde quidem efficacia, sed quæ non plurimum uellicent: cuius est modi quod habet glaucij, thuris, alcyonij, bituminis, sulphuris, commeos, uniuscuiusq; unciam, si cũ aceto illiniatur. Aphri cam picem cum aceto elixam liquefactamq; illinito. Aliud ad impetigines & pruritum: Atramenti sutorij, sulphuris ignem non experti, nitri, thuris, æquis portionibus ad impetigines cum aceto: ad pruriginem autem cum uino utitor. Aliud lichenium: Guttæ ammoniacæ thymiamatis, erui farinæ, farinæ lupini, æquas partes, cum aceto illinito.

albi

Feræ lichenes.

De prurigine. Cap. IIII.

PRuritus qui senes uexat, ex toto nunquam curatur: placatur autem subordinatis medicaminibus in cæteris ætatibus. Si malè causa pestilens humor deprehendatur, hunc uacuare quamprimum expedit, siue is bilioſus, siue pituitosus, siue putris, siue salsus extiterit. Deprehenditur autem id quidem ex ætate, temperatura, uictu, anni tempore, regione, atque reliquis hisce cognatis. Quocirca ubi uenæ pariter sanguine fartæ, redundare humore uidentur, à detractione sanguinis auspicandum est: Sin qualitate potius molestat, congruis eo medicaminibus eximanito, ad externam uertamus nos curationem: Lauacro itaque utendum omnino quidem etiamdum ieiuno est. Verùm nonnunquam etiam pòst exiguum cibum sumptum, denuo lauandum. Aegre nanque istæc humectatur affectio. Decocto autem fœnogræci detergitur, uel betarum, uel furfurum, uel maluæ syluestris & satiuæ, uel ptisanæ. Ad hæc farina etiam fabacea, uel lupini, uel myrobalanorum: uel peponarum præparatum ualent. At si inueteraſcet, moramq; diutius trahat hoc mali,

Humor delinquẽs unde eliciendus.

Pruritus extrinsecus curatio.

lauacrũ

lauacris cõsimiliter fuerit indulgendum. Fouendum præterea decocto salui æ, myricæ, mercurialis, origani, pulegij, baccarum lauri, cucumeris syluestris radicis, capparis, lixiuiæ stillatitiæ, & muriæ acidæ. Deinde nitro arido consperguntur, uel cum fece aceti, uel eo quod accipit nitri spumæ sextarium, thuris, sulphuris ignem non experti, uniuscuiusq; libram, cretæ cimoliæ libram dimidiam. Vel illud: Accipe spumæ nitri, sulphuris uiui, alcyonij cremati, æquas portiones, quibus aridis uel cum prædicta decoctione aliqua utere. Quod si uidetur ueratro etiã arido consperge sine pingui. Illimito præterea cũ oxelæo pedicularia herba trita, uel sulphure, uel sandaracha, uel simul omnibus: uel sinapi cum mirobalani succo expresso, & oxelæo. Vel cocleis combustis læuigatisq; in melle, uel rumicis radicibus, uel ex ijsdem rebus confectis smegmatis, ueluti paulò ante in capite de Elephante proditum est, uel quibusdam psoræ consecratis. Quod si partes hulceribus conflictentur, parygro, uel ea quæ diapompholygos nomenclaturam obtinuit compositione utendum: uel ceræ uncia liquefacta, in cyprini cyatho, cui sulphuris uiui uncia admixta sit.

Aliud contra pruritus.

corticis † Nucum iuglandium rancidarum unciam, sulphuris tantundem, apij succo cõtritis, utere in balneo, perfricando membra quamplurimum. Hoc unum sanè medicamentum satis auxilij plerisque psoricis, & aliâs pruriginosis præstitit. Apium item per se, uiride, cõtusum, & affricatum in balneo, magnificam opem cõtulit. Pari quoq; modo perditium, & acerna resina cum rosaceo dissoluta, ac illita iuuit. Aliud: Oryzæ purgatæ atque admodum albæ quadrantem tusum incerniculoq; traiectum, aceto acerrimo, donec strigmentorum spissitudinem induat, dissolue: adiectaq; læuigati sulphuris uiui uncia, pulchrè confusis, in balneo utere, diu perfricans. Verùm in his qui excrementorum nimia multitudine obruti sunt, æquis illorũ portionibus cõmixtis, longe præstantius reddetur subsidiũ.

De Leuce scabiei specie. Cap. v.

LEuce, uitiligo à quibusdam appellata, coloris quædam cuticulæ ad candidius immutatio est, ex uiscida glutinosaq; pituita proueniẽs. Quoniam uerò non quælibet leuce remedijs eliditur, notas ipsius istiusmodi censeto: Acu in superficie leucen compungito, sed cute non penitius, si sanguis promanauerit, curabilis est: sin lacteus humor, conclamata existit. Vel laneo panniculo asperiore ipsam perfricabis, si rubicundior euaserit, curationem recipit: si uerò in eodem cutis colore permanserit, remedijs nullus est locus. Et quæ plura corporis loco occupauit leuce, magis desperata est, quàm quæ pauca fœdarit: & inueteratæ potius quàm recentes curam

ram respuere putandum est. Nonnulli quidem ferro candenti leucen exurendam autumauerunt, & hoc solum ceu compendium sanationis probauerunt. Alij aduſtionem doloroſam, atq; ex hac cicatricem non minus ac leuce indecorã fore arbitrati, medicamentis cruſtã inducentibus uſi ſunt: cuiuſmodi perhibent quæ cicatricem concolorem efficiunt. Alij uerò reputantes horum uim perdifficilem, tincturis uti maluerunt, impoſturæ magis, quæ circa hæc accidit, quàm utilitatis rationem habentes: qui ſanè reliquis omnibus magis ſunt auerſandi, propterea quod ſtatim reuertitur affectio. Vtendum igitur ſubiectis eſt remedijs: Adarce, canchryos, ſulphuris uiui, æquis portionibus ſingulatim tuſis, & priuatim cretis: deinde ſimul cum aceto ſat multis diebus læuigatis, in ſole illinito, non confertim, ne cutis exhulceretur: procedente uerò tempore exiguum quippiam helleb ori, gallæq; tantundem ammiſceto. Aliud: Fici atræ uirgultis in aceto maceratis & contritis, nitri ſpumam, ſulphur uiuum, myricæ fructus, æquali cuiuſque pondere adijcito, ubi locum priùs nitro defricaueris, illinito & inſolato, obſeruans ne exhulceratio inde conſequatur. Cæterum Archigenes foliis fici, calcis quantum ſatis eſt commiſcendo, ſimiliter uſus eſt: Vel helleboro, inquit, candido fricatas leucas quoad ſudando reliquo corpori cõcolorem ſpeciem induant, ſinopide aut mediade, illinito: uel acubus tranſfixis punctas, donec cruore inficiantur, ſinopide cum aceto perungito: uel abſterſis priùs locis recente fici ſucco, ut dictum eſt, in ſole illinito, & foliis eiuſdem aliquandiu obnixe confricato.

De Alphis candidis & atris. Cap. VI.

Quo internalo leucæ & alphi differant.

ALphorum (quæ itidem à quibuſdam uitiligines, ab alijs impetigines dicuntur) generatio eiuſdem ſpeciei cum leucis eſt: uerùm hæ altius penetrando cutem immutant, ita ut pili etiam conſimiles ſibi enaſcantur. Alphi uerò ſummam tantum cutem deturpant, licet ipſi quoq; ſi in uetuſtatem incident, profundius recedant, ut pili in eis albi, ob ſubiectũ humorem procreentur. Ex pituita namque candidi, nigri uerò ex atræ bilis humore naſcuntur. Communiter igitur utriſq; congruit calx abluta, aqua diſſoluta, uel dracuncutij radix cum aceto cataplaſmatis modo impoſita. Pari item modo ueratrum utrunq;: Lupinorum amarorum elixatio adſperſa, ipſorumq; farina ex aceto melle ue acetoſo impacta: radicis itidẽ capparis cortex cum aceto, lilij radix cum melle, cepa cum aceto in ſole illita, crocodili terreſtris oletum, itidem & fimus ſturnorum, cum oryzam modò comederint, toſtæq; ſepiæ teſtæ. Compoſitum uerò hoc efficax eſt: Alcyonij, nitri, uniuſcuiuſq; unciæ binæ, ueratri candidi, ſulphuris ignem non experti, ſingulorum uncia: nonnulli uerò uini fecem concremat ã ad-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

tem ſpongia detergi, tenui ſale locum confricari: tum ad dies quinq; medicamentum imponi, quod habet thuris, nitri, lixiuij, calcis, ceræ, ſingulorũ drach. quatuor, mellis octo. Quod ubi ſolueris, nigrũ in medicamento deprehendes. Aliud unguentum: Piperis drach. duas, rutæ quatuor, ſandaracha tantundem, auripigmenti drachmam, mellis quantum ſatis eſt illinito, loco prius nitro confricato: atq; alijs perinde atq; in ſuperiore peractis, per triduum ſoluito, nigroreq; deterſo, rurſus oblinito. Tollit etenim, inquit, uiginti diebus adeo exactè, ut neq; exhulcerationem, neq; cicatricem relinquat. Aliud, quod Criticum appellationem à parẽte obtinuit: Thuris drach. quatuor, nitri duæ, atramenti ſutorij quatuor, ceræ ſex, piperis, calcis, thapſiæ ſingulorum drach. tres, auripigmenti ſeſquidrachmam, ſandarachæ drach. tres, mellis quantũ ſatis eſt, utere haud aliter atq; ſuperiore. Oribaſius affirmat batrachium illitũ, uel capparis folia ſtigmata expungere. At ſi altius radicibus actis non tollantur, ſed obiter cuti inſederint, cruſta gelido cautere inducta exterminabis. Oribaſius.

De papulis, quæ Græci exanthemata uocant. Cap. VIII.

PApularum eruptiones, quæ Græcè ἐξανθήματα dicuntur, ex denſatis in cute craſſis humoribus, magisq;, ubi dẽſior pelliculæ ſuperficies extiterit, propullulant. In quibus itaq; ſi profundius humorum ſubſedit copia, ante omnia purgare expedit. Nam ſi quis id facere ſuperſederit, tentaueritq; prius diſſijcere, is opilabit magis ipſos, quàm per cutem exhauriet. Sin autem intima corporis retrimentorum colluuie uacauerint, per cutem euacuare conuenit: nec eminus attrahere, ſiue per aluum, ſiue per uomitionem uacuare animus ſit. Sed humorum cuti impactorum curatio, medicamentis quæ exurunt & calfaciunt, machinanda eſt: præcipue ſi latæ infeſtant pituitæ eruptiones. Gelidiori quippe craſſioriq; humori talia conſecrata ſunt: Lauri igitur foliorum mollium, rutæq;, & mannæ, æquas ſingulorum portiones conterito, thusq; cum oleo dilutum illinito: uel betam teneram elixatam & contritam, cataplaſmatis more impingito. Vel ceræ drach. octo, ſulphuris tantundem, ſalis drach. ſex, arida, friata, & olei cyathi ſemiſſe perfuſa, omnia ſimul decoque, concinnatoq; inde emplaſtro, utere. Præſtantiſſimum remedium, ſi cocturæ nulla diligentia neq; ſtudium deſit. Humoris interni prius exhauriendi quam diſcutiendi.

De Epinyctidibus. Cap. IX.

EPinyctides hulcuſcula ſunt ſponte ſua ſurgentia, facie puſtularum, colore rubeo, quibus diſcuſſis cruenta ſanies defluit: Hæc interdiu hominem non magnopere cruciant, noctu uerò grauiori dolore, quàm pro

bulceris magnitudine debuerint, torquent. Liquorem itaq; laserpitij aqua dilutum, illinito, arefaciendi nanque naturam absq; uellicatione possidet. Vel cicutam læuigatam, impingito: uel brassicam crudam cum aqua, uel apium adiecta polenta contrita, superinducito: uel herbæ apollinaris folia cum melle læuigata applicato: uel solanum absq; ullo additamento, & coriandro uiridi adiecto, uel folijs oliuæ cum aqua decoctis utere, uel uuas passas acinis exutas, contritas, & eliquatas splenio impactas superinuehito, uel adiantum cum melle tritum adhibe. Fugiendus est acrium, acidorum, & salsorum esus, fomentatio item, lauacrumq;, & insolatus.

De pustulis, quæ phlyctænæ uocantur. Cap. x.

NOn sponte sua ruptas phlyctænas, doloremq; grauiorem afferentes, acu peracuta, parte cui humor subesse uidetur perforato, inde humorem suspensa manu exprimito, cutem circumfusam sinendo, quamuis impleatur. Conniuente uulnere pustula denuo compungatur, consimiliq; modo exprimatur, seruandaq; ut prius cutis ambiens, donec id quod sub ipsa exhulceratum est in cicatricem contrahatur. Quocirca priusquã pustulæ discutiantur, lentem elixam, cum aqua eliquatam, illinito. Aut mali Punici uirgultã cinere calido tepefacta applicato, locosque attinge. Quod si fiat eruptio, & hulcus oriatur, adipem suillum liquefacito, spumamq; argenti eliquando amisceto, & in linteolum impingens, superimponito. Vel lilij radicem coctã in aqua, tritamq; cũ cerota superinducito.

Ad epinyctidas & phlyctænas.

Spuma argenti, sulphurq; ignem non expertum æquis portionibus cũ aceto, & myrto læuigeta, formaq; strigmenti illinitione, adiecto oleo & uino, applicatur. Conducit & adhæc, & ad calidos feruores, & papulas quæ ab ebulliente feruore perizemata dicuntur, & manantia capitis ulcera, incipientesq; dothienas & exustiones, è plumbagine, & ex ouis confectum medicamentum.

De ignis adustionibus. Cap. xi.

AMbusta igni modicè abstergẽtia medicamenta efflagitãt, ita quidem, ut eadem ipsa neq; excellenter calfaciant, neq; admodũ refrigerent. Terra proinde Chia, Cimolia, & Cretica, omnisq; terra nõ ponderosa circumlita aceto haud ita acri, aut aqua admixta egregie proficit, pustulasq; exoriri prohibet. Idem sanè præstat ouũ crudũ integrũ quam primum impositum, uellere molliore exceptum: mediocriter nanq; perfrigerat, & absq; morsu exiccat: scriptorio adhæc atramẽto igne usta perunge, uel thus aqua maceratum, uel lentem elixam & eliquatam, uel cruum cataplasmatis modo impingito. Cæterum ad exustiones feruentis aquæ, priusquam

Exustionis feruidæ medela.

priusquam pustulæ exoriantur, oliuarum salsarum aqua continue cõspergito: ipsasq; oliuas sale conditas cũ polenta eliquatas inducito: uel alumen scißile cum aceto tritum illinito: uel bilem taurinam cum aqua permulta liquefactam, circumlinito: uel lixiuium stillatitium garo uel muria superfundito: aut bulbos liliorum, uel hyacinthorum, uel narcissorum cum rosaceo tritos, strigmenti balneorum crassitudine inducta, illinito. Cæterum Marcellus hoc modo compositum tradit: Linteolum melle irrigatum, hordeiq; succo imbutum comburito, & cineris drach. immitte octo, cerussæ quatuor, butyri octo, ceræ, adipis caprilli, rosacei, cuiusq; sedecim. Sed medendis quæ iam eruperunt pustulis, Rhun & farinam hordeaceam cum melle læuigata impingito: Vel lixiuium uiuæ calcis cerotæ confundito, & linteolo illitũ superimponito. Medicamentũ præterea cognomento Sphærion ad hæc est utile, loca exhulcerata porris eliquatis obducũtur: uel portulaca trita cum polenta, uel stercus columbinum linteo obuolutum exurito, oleoq; dissoluens, cinere ipsius utere. Mirum sanè quam præsentaneum perhibeatur: Pini aut piceæ cortex, seu adiantum aridum friatum, myrtiue folia concremata, & in læuorem contrita insparguntur. Cõducunt autem hæc etiam singula, si cum cera concinnentur. Necnon quod accipit rubeæ anchusæ radicis aridæ, contusæ, & friatæ uncias quatuor, ceræ tractæ nouem, rosacei octodecim. Postremo compositio ex cerussa cũ momento medullæ ceruinæ, exquisitum præstat remedium.

Ad eos qui uapulauerunt. Cap. XII.

MEdendis flagellorum plagis, cerußæ, & spumæ argenti æquas partes, ceræ quadruplum, cum susino aut rosaceo, in emplastri modum imponito. Primo uerò die lilino tantum seorsim utitor, uel croci, tragacanthæ, singulorum drachma, ouoq; integro absq; eruis unita percussis inducito. Pellis præterea ouis recens excoriatæ calida circumposita, reliquis omnibus efficatius naturalis diei spatio cæsis medetur.

Quî nam pili ambustis renascantur. Cap. XIII.

CApilli ambustis renascuntur, si folia ficus in aululadecocta cũ cerato emplastri modo imposueris: uel caricæ drach. octo, amarãci (quod Græci σάμψυχον dicunt) drachmam, læuigatis cum oleo ad ceraticonsistentiam utere. Aut ramentorum lapidis drachmas centum, squamulæ æris decem cum aqua cõcinnatas in pastillos, reconde: & cum usus poscet, partem unam cum cerotæ partibus octo dilue.

Ad abrasa. Cap. XIIII.

SI cutis aliqua corporis parte auellitur, & superficies ipsius hulceribus cõflictatur, primis diebus uel uino, uel aceto, acidáue muria con

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

De Ganglio. Cap. XVI.

GAnglion, neruorum est concretio ex percussu, uel labore proueniens in plerisq; corporis quidem partibus, præsertim uerò motui cõsecratis, puta manuum radicibus & pedum plantis. In quo uticq; malo Archigenes iubet calcem uiuam cum adipe anserino, & resina terebinthina imponi, crebro tamen ex achate lapide medicamento utitur. Oribasius uerò usus est illo, quod habet cerussæ, resinæ pineæ, olei ueteris, uniuscuiusq; unciam, guttæ ammoniacæ thymiamatis, galbani, singulorum unciam, ceræ trientem: Aut plumbeum orbiculum crassiorem, uertebræ instar, magnitudine ganglion excedentem, imponi & alligari præcipit: ponderenanq; suo ipsum longo tempore dissoluit. Et nos illo quoque utimur. Arida & mastichira.

De inflammatione. Cap. XVII.

QVoslibet sine discrimine calidos cum dolore & ardore tumores, phlegmonas Græci, Latini inflammationes appellare consueuerunt. Cæterum pro diuersitate materiæ ipsos efficientis, horum quoq; differentiam euariari perhibent. Sanguine nanque bono & moderata crassitudine in partem aliquã sese cumulatim insinuante, & obnimiam copiam inibi impacto, peculiaris cognomenti inflãmationem excitari asserunt. Bile uerò flaua in aliqua corporis parte hærente, herpeta uocant. At ubi sanguis unà cum bile flaua simul influxerit, erysipelata constituit. Cum uerò influens sanguis calidus admodum fuerit atq; crassus, carbones parere solet. Ab ea igitur inflammatione, quæ proprie phlegmone appellatur, quæq; in permultis usq; accidit, inchoandũ. Ea tumor quidam est rubens cũ dolore multo, renitens tactui, calensq;, ex sanguine ceu relatum est, non prauo ortum habens, qui aliquando ex uniuersa corporis mole fertur: nõnunquam in aliquam modò particulam nimium incumbit, ita ut in uasis non contineatur, sed roris instar in media partium spatia uacua excidat. Vulnerationibus adhæc, ruptionibus item, bulceribusq; & alijs compluribus, quæ foris ingruunt causis hæc accedit affectio. Cum igitur pars corporis aliqua subitò absque præcedente causa euidente inflammatur, toto uerò corpore in partem contagium mittente, uniuersum tum corpus sanguinis detractione leuandum est: membrum autem inflammatum irrigandum, & illiminitione consolandum, non calorificis & huectantibus, sed humorum illuuiem repellentibus auxilijs, quod'que in loco hæret affecto, euacuantibus. Cataplasmatis igitur modo sempertiuum, & mali Punici corticem in uino decoctum, ceramq; cum polenta subactam

Herpes.
Erysipelas.
Anthrax.
Phlegmone.

subactam impingito. Cum itaq; dolor uehemens nullus excruciat, hoc fuerit & similibus utendum. Maiori uerò cum dolore parte fluxu infestata, ne tum quidem calidam aquam aut oleum adhibeto, uel quæ ex farina contexuntur cataplasmata: hostilianãq; hæc rheumaticis affectionibus sunt. Mitiganda uerò doloris uehementia medicamento est ex passo, exroseo, ceraq; exigua, uelleribus sordidis œsypi quamplurimum continentibus: æstate quidem frigida, hyeme uerò tepida excipiuntur & applicantur: ita sanè, ut superiores affectarum partium loci spongia uino adstringente & austero, siue posca gelida imbuta. Admiscendæ porrò sunt cataplasmatis ad eam prouinciã utiles herbæ. Parietaria idcirco omni inflammationi accommodata est, cum intra exordia statim, tum etiam in ascensu & incremento. Glauciũ non dissimiliter, atriplex, & malua, lactuca item, & cucurbita, calidis illitæ. Valent etiam tribuli utriq; ad eas quæ ex destillationibus oriuntur inflammationes. Brassica uerò ad tumores facit indurescentes. Cæterum cũ immutatio oboritur, purisq; nihil subsidet, ex chalcitide emplastro curabis, uel aliquibus eiusdem generis defluxionibus concretis. Puram porrò lanam uino imbutam austero, extrinsecus medicamento superaccommodabis. Quocirca istoc medebere modò his qui ad fluxum referuntur inflammationibus. At quæ occasioni cuidam adscribũtur, humectando eas calfaciendoq; non lædes: etsi quando res ususq; feret, scarificare easdem, haud erit absurdũ. Verum si eas quæ ex fluxu originẽ trahunt inflammationes scalpello incideris, præsertim ab initio autor ingentis cuiusppiam incommodi languenti fueris.

De his, qui foris inciduntabscessibus. Cap. XVIII.

Quod si tibi suppurationem prohiberi non posse uideatur, panem in hydrelæo coctum cataplasmate impingito: uel hordeaceam farinam compari modo præparatam. Foueatur membrum aqua altheæ radicis incoctæ. At si ægre in suppurationem tumor perducatur, aut cute imperspirabili difficulter distrahatur, cataplasmate ex ficis siccis, utere. Oportet autem dulces & præpingues ficus elixas eliquarii in aqua, & aquam mellis instar tenuis efficere, farinamq; hordei injicere. etsi dissipetur quidem tumor, sed leuius quàm opus sit, cum ficis hyssopũ aut origanum coquito. Si intendere uehementius est animus, salem decoctioni immittito. Exquisita autem diligentia attendendum, ne propter uehementiorem ariditatem membrum obdurescat. Si quando eiusmodi quippiam olfeceris, aqua cucumeris syluestris radicem, aut altheæ, aut bryoniæ, decoquito. Efficatior aũt est dracunculi elixatio, quæ utiq; uehementius discutit. Ipsum ad hæc ex dracunculo medicamentum ualidius eiusmodi uitia

di uitia disijcit. Interdum igitur hunc solum decoquas, aliquando uerò etiã ficus aridas inijcias. Farinam quoq; cum adipe misceto. Et oleum anethinum discutiendi uim habet, humoresq; crudos ac tumores incoctos conficere & maturare potest. Pix quoq; duriores & crudos tumores uniuersos concoquit, indita cataplasmatis, & præcipue liquida.

Medicamentum compositum.

Quo iam concocti abscessus extirpentur, ita ut insplenio pus subinde deprehendatur. Incocti uerò exactè discutiantur, lapidis pyritis drachmæ duodecim, guttæ ammoniacæ læuigatæ tantundem, fabaceæ farinæ unciæ sex: excipiantur resina liquida, & alutæ illita, impingantur. Sed splenium ne tollas, quoad ultro decidat. Remedium tamen illud haud ita diu ante est præparandum, ne fit enim ocyssimè. Si uerò ob hæc tumor nihil distrahatur, pus autem subiaceat, parte scalpello diuisa, idipsum euacuandũ est. Vitari deinceps conuenit, ne oleũ quis aut aquam applicet: uerùm si abluendum interim hulcus fuerit, aqua mulsa poscaq; ac uino, necnon mulso utendum. Etsi inflammationem experitur, è lente cataplasma injcimus: sin nulla adsit inflammatio, aliorum quippiam medicamentorum in istiusmodi sectionibus forma emplastri usurpemus. Neq; etiam minus quod conflatur ex chalcitide. Spongiam insuper, aut lanam uino imbutam acerbo superimpone. Vulneri autem nullum pinguetudinem præferens medicamentum admoue: cuius notæ tetrapharmacum est, exactius nanque glisci arefacere.

Quæ dilaniant abscessus.

Quoniam autem nonnulli ferro abscessus dissecari nõ sustinent, faciendum fuerit periculum, idem ne remedijs etiam epispaticis, hoc est, extrahendi perq; halitum digerendi uim habentibus, queat emoliri, narcissi radicem in leuorem tritam, & in mulso cum irino coctam illinito. Vel mollem arundinis radiculam cum melle minutim contere. Quod si dura fuerint in aqua mulsa prius decoquito: uel aristolochiam cum melle cataplasmatis modo superinducito. Disrumpunt præterea picis aridæ, propolis Creticæ æquales portiunculæ, & cicatricem inducunt.

Dionysia medendis abscessibus admirandæ uirtutis, & ad sanandas mammillas & bubones, extrahendi potentia regnans, per abditos meatus distrahens.

Olei ueteris, aquæ uniuscuiusq; libra. Hydrelæũ illud decoquito, mox spumæ nitri uncias sex immittito, missos unciam unã seu duas: Decoquãtur, quousq; inquinãdi finem fecerint: deinde adijciantur mannæ, thuris, ceræ, resinæ terebinthinæ, singulorum selibram.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

redduntur, & torpere nonnihil incipiunt, tumorq; magis in apicem mucronatam fastigiatur, tangenti lenis cedens que, & superficies in acumine detrahitur. Dico autem hæc de ijs, qui foras rumpuntur. Siquidem igitur uel medicamentis, aut sua sponte rumpatur, emmoto curetur particula iam euacuata pure. Sin contrà, abscessus, eo quem in chirurgicis præscribemus modo, aperiendus est.

De Gangræna & Syderatione. Cap. XIX.

QVando inflammatio neque distrahitur, neque in pus conuertitur, frequenter in gangrænam et syderationem, quam σφάκελον nuncupant, commutatur: de quibus impræsentiarum agemus. Gangræna. *Gangrænas quidem esse dixerunt, cum ob inflammationis amplitudinem pars aliqua mortificatur, neque iam consummatas, sed etiamnum futuras ita cognominant. Huius affectionis tanta uis est, ut nisi quispiam rupta omni mora præsentissimas tulerit suppetias, pars afflicta promptissimè mortis habitum contrahat, & hominem interimat. Cum uerò exactè* Syderatio. *sensu carere locus cœperit, non amplius morbum gangrænam, sed iam syderationẽ nominant. Accidit autẽ hæc labes ipsis etiã ossibus, cũ eisdem circunfusa caro, deprauatã gignens saniem eadẽ madefecerit & corruperit. Cũ igitur membrũ ex toto interierit, quamocyssimè ad sanam usq; partẽ attiguam est amputandum. Cæterum in gangrænæ curatione, sanguis ex male affecta parte, quàm fieri potest, euacuandus est: aut enim uena incisa labefactus sanguis, cum in eadem parte uena spatiosa ac turgens conspicitur, exhauriendus: aut tota corporis cute pluribus & altis punctionibus dissecta, remedium putridis dicatum accommodari debet, cuius ceræ est, farina eruina, aut loleacea, aut fabacea ex mulso acetoso. Siquis harum uires intendere desideret, salem immittat, uel pastillum Andronium, aut id genus aliquem. Conferunt & gangrænis nuces peruetustæ. Perpurgat uerò ipsas urtica, cremorq; que tithymalli, in loco ac tempore modóque exhibitus. Conducit ipsis & ablutio ex lupinorum amarorum decocto. Nonnulli post putridæ partis præcisionem, tutioris excisionis gratia, cauterijs adhibitis mali radicem exurunt, in quibus sale cum porro utendum. Postremo ad crustas & squamulas dimouendas* Crustas porritientia. *cataplasma adglutinandum ex pane, uel hordeacea, uel trititia farina in hydrelæo decocta. Et cephalico arido cum melle, tetrapharmaco item & Macedonico quod uocant, utendum. Probè itidem crustas detrahit, panis cum apio læuigatus eliquatusque, aut ocymo, aut iris,*

aut panax, aut aristolochia, acorum'ue cum melle, uel etiã rhus. Belle etiã crustas abducit, Machærionis medicamentum. Et isis, linamentaq; concerpta, quæ Græcè emmota dicuntur, ex melle. Sed in corporibus delicatis sufficit farina erui cum melle.

Ad gangrænas ex Oribasio.

Rubiginis rasilis, rubricæ, aluminis scißi, æquas singulorum portiones aqua liquefactas, gangrænis inungito circumquaq; scarificatis. Lolea cea item farina raphano & sale cataplasmatis modo impacta gangrænas remouet, quandoq; etiam cum aceto: Vua passa acinis demptis cum cortice adiecto sale & oximelite idem præstat. Iuglandium item medulla, myrtiq; folia in uino elixa & detrita cum melle: Raphanus cum aceto crustas, ad os usque effringit.

De Herpete. Cap. xx.

FLauabilis nullo confusa humore excreta, in quampiam corporis partem decũbens, herpetem procreat. Qui si essentia sua craßior & maioris accrementi fuerit, altius totam, usq; ad subiectã carnem, exhulcerat cutem: & appellatur herpes corrodens & exedens. Sin tenuior minoreq; acrimonia, & calida fuerit materies, exiguas bullas, paruasq; pustulas in summa cutis superficie milij seminibus persimiles excitat: Miliaris herpes à similitudine nuncupatur, quanquam Oribasij opinione, mixta flauæ bili pituita, miliarem herpetem constituit. Vniuerso igitur corpore felagio prius medicamine eximanito, locis deinceps languore possessis frigorifica, siccificaq; applicantur medicamenta: intra principia quidẽ capreoli uitis, rubi & plantaginis folia, deinde lenticula his admiscetur interim, mel item atq; polenta, et quod traditum est ad inflammationes ex destillatione, cataplasma, absq; semperuiuo. Exhulceratis uerò locis pastillos passo, uinoue tenui, & adstringente nõ uetere, uel posca dilutas fubactos, illinito. Admouendum præterea glaucium, eiq; similia ex aqua. Nihil autem aceto temperatum adhibebis: succus autem plantaginis, aut solani, uinoq; dilutus magnificè opitulatur: uel semen lini arefactum, inq; uino & oleo elixum, in polimem tritũ superinducito: uel cretam cimoliam solani succo dilutam, inungito: uel spumæ argenti trientem, & porri cremoris cyathos septem, betæq; succi tantundem læuigata, illinito. Vetustis iam eiuscemodi hulceribus, pastillus Musæ & Andronis efficacißimus est.

Herpes estiomenos.

Herpes miliaris.

Aliud ad ampullosum herpeta: Recrementum plumbi in uino adstringente tritum inducitur, superimpingantur cataplasmatis modo folia betæ in uino decocta, uel ceræ unciæ quatuor, myrtei sedecim, recrementi plumbi quatuor, uino dilutæ illiniantur. Hulcere uerò serpente represso, ex re-

cremen-

cremento cerato utere: uel lenticulam elixam cum melle adglutinato. Cæterum ad herpeta ſub cute, recrementum plumbi, rutæ contritæ ſucco excipitur, uel ceratum myrteum rutæ loco. Aliud: Lanæ ueteris ſuccidæ thedaceo ligno crematæ, drach. duodecim cum dimidia, ceræ uigintiquinque, ſtercoris plumbi oxybaphi ſemiſſem, adipis caprilli depurati, & aqua abluti drach. uigintiquinq;, myrtini uncias quinq;. Aliud ad herpetas acriter depaſcentes: Corticum dulcis mali Punici, ſpumæ argenti, uniuſcuiuſq; drach. ſex, lanæ ſuccidæ thedaceo ligno circumplicatæ & crematæ treis, ceræ duodecim, ceruſſæ octo, thuris, aluminis ſciſſilis cuiuſque drachmam, uino & oleo myrtino excipe.

De igne ſacro, eryſipelate ue. Cap. XXI.

GALENO autore, tumor ex feruente tenuiq; ſanguine excitatus, priuatim & propriè eryſipelas, id eſt, ignita rubedo ab inflammatione uocitatur: ex utriſq; ſanguine pariter & bile creatus, ex dominante humore nomen obtinuit. Sanguine nanq; iuſtum naturæ modũ excedente, inflammationem eryſipelaceam: flaua autem bile ſuperante, eryſipelas inflammatum nuncupant. Feruentior autem tumor è ſanguine biliq; conflatus, plurima ex parte exquiſitum eryſipelas nuncupatur. Verum utro modo dicas, nihil adeò ad opis ferẽdæ uſum intereſt. Id uerò ignorandum non eſt, difficiliora eſſe eryſipelata, quæ caput inuadunt: proinde niſi efficaciore ſubueniatur adminiculo, languentes interdum ſuffocant. Quamobrem ab initio confeſtim ſimul atq; apparuerit, uenam in cubito præſertim humeralem aperi, ſi ea non compareat, obuiam. Sin uerò ſanguinis detractionem quippiam uetet, medicamento flauam bilem ducente corpus euacuabimus, quo in cæterarum etiam partium eryſipelatibus utere, uel maioris efficaciæ clyſteribus. Eryſipelataq; perũgito, his quæ influentem materiam frigorifica uirtute retundunt: aceruatam uerò modicè calfacientium & humectantium beneficio diſſipent, priuſquam particula liuorem aut nigrorem contrahat. Cura perpetuò adhibita ut liquidis perungantur, ſic ut crebrius commutentur, prioribus per ſpõgias probè tinctas, ablutis: multa nanq; & feruida membri incenſio ocyſſimè in uaporẽ erũpens eadem exiccat. Initio itaq; eryſipelata, ut dixi, refrigerantia cum humiditate abſq; adſtrictione indigent. Cuius claſſis cenſentur, ſemperuiuũ, portulaca, herba pulicaris, lenticula paluſtris, ſeris, cucurbita, ſolanum, herba apollinaris, lactuca, glaucium, aliquando etiam apium, ramniq; folia cum per ſe, tum addito pane cataplaſmatis modo impacta: necnon cerotum ex aqua gelida. Admiſcetur uerò his opij nonnihil, ſucciq; papaueris, & cicutæ, & mandragoræ. Cõcinnenturq; cõpoſita medicamenta, fiatq;

Eryſipelas capitis laru curatuq; difficilius.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

De pàno, bubonibus, & furunculis. Cap. XXII.

SEcundum GALENI *ſententiam bubo, panus, & furunculus, nihil aliud quidem, quàm glandularum affectiones ſunt.* Βούεωρ *qui dem inflammatio, panus uerò glandulæ inflammatio ſuppurare incipiens.* Bubon. Panus. *Aliorum autem quorundam opinione, tubercula cõmuniter omnia, è quouis membro præter naturam erumpentia, ita quidem ut abſceſſus naturam referant phymata, hoc eſt, Pani uocantur. Tradit enim Hippocrates, quibuſcunq; phymata in urinario meatu erumpunt, ij ſuppuratione facta in uomicam prorumpente, liberantur. Quicunq; autem bubones ex colliſu, uel alijs hulceribus, doloribuſ ue excitantur, periculo uacant. At qui febribus ſuperueniunt, ſicut præcipue in lue peſtilentiali incidere cõſueuerunt, peßimi ſunt, ſiue in fœmoribus, ſiue ſub alis collóue proueniant. Verùm priores, intra initia ſtatim, quemadmodum quæuis inflammatio, præſidijs refrigerantibus & conſtipantibus repelluntur: uel ſpongiæ impoſitu è poſca, uel lanæ ex uino & oleo ex oluis acerbis & immaturis expreßo, uel roſaceo, uel melino, aut lentiſcino, uel myrteo: inde eis quæ diſcutiendi uim habent, utendũ. Quod ſi corpus omne humoribus æquabiliter redundat, prius euacuandum eſt ipſum: Sin excrementis uacauerit, hulceris in quacunq; corporis parte prouenerit, habenda eſt ratio, perinde atque in ſermone de hulceribus preßius agetur. Cæterum glandula inflammatione oppreſſa, uelleribus oleo quodam relaxante imbutis, mitiganda eſt, membrumq; uniuerſum ipſis circumuoluitur. Cum tumor ad ſuppurationem ſpectauerit, non prompte incidere, uerùm medicaminibus ceroti formam imitantibus diſtrahere tentato: qua in re primas facilè tenet medicamentum ex aperano, & botanicum, id eſt, herbaceum. Si per hæc non procedat diſtractio, ad ſectionem, perinde atq; in reliquis abſceßionibus, deueniendũ eſt: Opis itẽ ferendæ cõſimilis utrobiq; erit ratio. In his aũt quæ in febribus, uel omnino humorũ copia proueniũt, arceri debent repellẽtia, ne retruſa profundum repetat materies, ſed à diſijciendi facultate præditis confeſtim auſpicandum. Etſi nullum impedimentum obſtet, puta ætatis, aut uirium, ex uena cubiti prius ſanguis detrahendus. In topicorum autem uſu, fotus ex decocto chamæmelorum, aut anethi, aut id genus aliorum cõprobantur. Reliqua uerò medicamentorum materia, huc ex his quæ proximi uoluminis capite de parotidibus inſcripto, memorata ſunt, transferatur: neq; ex his etiam minus, quæ nuper admodũ mihi ad inflammationes conferre dicta ſunt. Quemadmodum & furunculorum quoq; curationem tum hinc, tum ex his quæ ad eryſipelata cõducere recenſuimus, ſumito,*

Tumores non ſtatim incidendi.

Atticus aster cur buboniū dicatur.

mito. Atticus insuper aster herba, quæ bubonium, hoc est, inguinalis etiam ob hoc ipsum appellatur: non solum cataplasmatis instar impacta, sed alligata quoque bubonibus, opitulari creditur. Panos peculiariter discutit, si inducatur adiantum, atriplex, helxine, altheæ radix uino elixa, gutta ammoniaca cum melle eliquata & imposita, uiscum cum resina atq; cerato. Rumpit item propolis, lupini amari cum aceto illiti: cucumeris syluestris radix resina terebinthina excepta, radix capparis consimiliter, nitrū itidem cum fermento uel ficubus.

De Dothienibus abscessibus cum tumore. Cap. XXIII.

Dothien, quem & furunculum appellant, tumor est abscessionis faciem præferens, ex crassis humoribus in carnosis plerunq; partibus proueniens: clemens quidem, cum in sola cute coierit: maleficus autē curatuq; difficilis, cū altius radicibus actis prorumpit. Dissipat autem dothienas, & maturat triticum dentibus friatum & impositum: Mastiche Aegyptia: Vuæ passæ exemptis acinis sale cōtritæ, & cataplasmatis more impactæ, hunc uel distrahunt, uel findunt. Fici aridæ ex hydromelite adglutinentur, aut resina ficis commixta imponatur. Aut ipsæ ficus aridæ dum fuerint pingues diuisæ, aut fermentum cum nitro, aut semen lini cum melle, aut alterci folia læuigata cū butyro. Mixta uerò prosunt ex fermento, ex polline farrinaceo, & medicamentum suo nomine Dothienicum appellatum conuenit. Fotus uerò ex spongijs mollibus continue in calidam aquam immersis competunt, deinde sic medicamenta imponuntnr.

De Termintho tumore atro ac tereti. Cap. XXIIII.

Oribasius terminthū sanè phymatis speciem esse asserit, bullamq; nigri coloris, tam superiore, quàm inferiore parte adiacere, qua rupta subtus simile quiddam desquamato apparet: quo quidem dissecto, pus deprehenditur. Dioscorides uerò Alexandreus Terebinthi, inquit, cutis eminentiæ sunt rotundæ & oblongæ, atrouirides, terebinthi fructibus cōsimiles. Quocirca his quoq; perinde atq; alijs qui phymatū naturā resipiscūt tumoribus, succurrendū est, ex prædictis huc trāsferendo præsidia.

De carbunculis anthracibus ue. Cap. XXV.

Cum sanguis copiosiore atra bile infectus & feruidus cuipiā corporis parti incubuerit, carbunculi exoriri solent, quæ crustacea quidem sunt hulcera, magnaq; parte ab ampulla, igne ambustis non dissimili incipiunt: quandoq; sine ea emergunt. Loci omnino pruritus quidam præcedit, mox una interdum quidem ampulla, nonnunquam uerò plures etiam pusillæ milij instar sequuntur, quibus disruptis crustaceum hulcus succedit

ſuccedit in faciem eorum quæ ferramentis candentibus excitantur, cum cruſta nunc cineritia, nũc uerò nigra, ſic ut imæ radici adhæreat, & quodammodo affixa ſerpat. Caro in ambitu reliqua feruidißima efficitur atra & ſplendida bituminis aut picis inſtar, eiuſmodi autem bilis eſt exquiſite atra. Verùm qui carni tantum inhæſerint carbunculi, breui circumſcribuntur abolenturq; : quũ uerò in membranis, aut neruis gignuntur, longo tempore durant, & ſubiectas partes ad affectionis conſenſum trahunt, ita ut inflammationes eryſipelatoſæ in ipſis excitentur: nõ paucis ſanè in ſuppurationem uertatur, plurimis uerò & febres ſuperaccedunt. Oboriuntur autem & ex populatim graſſante aliqua cauſa carbunculi. Occurrendum autem ipſis, niſi perpuſilli ſint, ſanguinis è uena ad animi deliquium uſq; detractione. Mox miſſo ex uena ſanguine, locũ profundis punctionibus ſcarificare alienum non eſt, ob humoris craſſitiem. Parti uerò languenti, quæ cum moderata repulſione diſcutiendi uim habeant, adplicabimus: cuius eſt modi cataplaſma ex plantagine, & quod ex lente elixa, paneq; conficitur, ſumendo panis fornacei molle, quem neq; puriſſimum, neq; ſordidiſſimum eſſe conuenit. Ipſi uerò hulceri uehementius aliquod medicamentum applicabimus: cuius generis eſt, Andronis, & Polyidæ, & Paſionis, diluentes eadem paſſo uſque ad ſtrigmenti balneorum conſiſtentiam. Maſſaleoticum item aridum, uel & ipſum pariter eliquatum, dracunculiq; radix, uel ariſtolochiæ, uel laſerpitij liquor, uel Cyrenaici, ſingula ex aceto ſcitè illiniantur. At quæ eryſipelatis naturam ſortita ſunt, præſidijs eidẽ uitio ſupra dicatis delinentur. Quæ uerò partes ad affectionis conſortium duci creduntur, lana ſuccida, œnelæo imbuta irrigandæ ſunt. Placato iã feruore, carbunculus, cerata cephalica ſunt adhibenda, remittentiaq; ſilatim diſcerpta linamenta, admoueantur. Præſtantiſſimum eſt, quod ex herbis, & quod ex nitro conficitur, & quæ hulceribus depaſcentibus conferunt, arida priuatim, & cum roſaceo admota. Duritie autem mordicus perſeuerante, utendum melina Serapionis. Dandaq; eſt opera, ut quam primum ad ſuppurationem ueniant, carbunculi, quod fiet ſi bis quidem interdiu, noctu uerò ſemel cataplaſmata remediáque cætera permutentur. Cæterum ad eradicandum funditus carbunculos, liberandumq; loca cõtinue uicina, mala Punica acerba minutiſſimè conciſa, in aceto elixato, & ubi tabuerint, læuigato, linteoq; illita ſuperimponito: ubi aruerit, aceto humectato. Carbunculos porrò ad ſuppurationem perducet & diffringet, nucis baſilicæ ueteris nucleus, uel etiam non ueteris interius farctum. Cupreſſi folia, & uirgulta ſeu germina, recentesq; & teneriores galbuli, cum polenta, uua paſſa acinis excuſſis, ficus aridæ in uino elixæ, papaue-

Qui breui longoue tempore durẽt carbunculi.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

bilarius humor priusquã in membro languore affecto radices egerit, euacuetur. Euacuabimus aũt primitus quidem, nisi quid obstet, sanguinis detractione: mox inde purgatione, simpliciora quidem intra primordia statim exhibendo: uerbi causa, epithymum quatuor unciarum & semißis quantitate, in sero lactis aut aqua mulsa. Deinde hieram, quæ helleborum atrum assumpserit, Solani succus loco languenti illitus, sine molestia exhulceratis subuenit, si linteolum molle duplicatum in ipso irrigetur, & imponatur. Foris autem circa ipsum lana mollis eodem succo madefacta iniicienda est, eademq; succi infusione crebrius repetita, sedulo prospiciendum ne exaresçat. Vtatur insuper quis longo tempore exhulceratis cancris ex pompholyge medicamento. Expediunt etiam egregie, quæcunq; libro tertio de fœminarum locorum cancris descripta sunt, remedia.

Ad canceroſa & malefica hulcera, & ſedis pudendorũ, teſticulorum, mammarum ue inflammationes.

In plumbeo mortario cum cochliari plumbaceo, lemniam sigillatam è posca & mulsa, lacte ue conterito, ut nigresçat, uel rosaceum, uel omphacinum oleum, uel succum semperuiui, uel umbilici Veneris, uel lactucæ, uel laserpitij, uel omphacis, eadem cũ terra trita compari modo illinito. Manducet autem languens cremoris ptisanæ plurimum, serum item lactis: ex oleribus maluam, atriplicem, blitum, cucurbitam: Ex piscibus uerò saxatiles, & aues omnes, exceptis ijs quæ in paludibus degunt.

Archigenis ad cancri ſpeciem æmulantia, & malefica, hulcera.

Cancrorum fluuiatilium combustorum, & terræ cadmiæ æquas singulorum partes læuigatas insperge: uel eiusdem animantis cremati cinerem cum cerato superinducito, uel erysimi semen subactum cum melle superaccommodabis.

De œdemate laxo tumore. Cap. XXVII.

SVper tumoribus qui ex calidioribus succis generantur uerba iam fecimus, rursum de contrarijs tractabimus: principium quidem à tumore laxo, quod οἴδημα Græcè uocant sumentes. Quemadmodũ enim bilioſis humoribus in partem aliquã sese affatim recipientibus, sacer ignis, quem Græci erysipelata appellant, gignitur: ita pituitosi humoris confluxu œdema indolens tumor exurgit. Neq; nos sanè fugit œdemata præcipue in pedibus, in aquæ subtercutem afflictionibus, in tabe et prauo corporis habitu, quã cachexiã uocãt, cõtrahi. In his qppe, istiusmodi tumor affectionis hominẽ opprimẽtis, comes est, necessariúm ue cõsequens, neq; ullã peculiarẽ medelã efflagitat. Abũdè enim est, si crura perfricentur, interdũ

Oedematis ex pituita curatio.

quidem cum oxyrhodino, aliquando uerò cum oleo & ſale, uel oxyrhodino ſale adiecto. At ſi propter pituitoſi humoris in membrum aliquod confluxum, œdema coëat, opis interdum ſatis tulerit ſpongia poſca madens, cum amento clementer ſtringente impoſita, ex inferioribus quidem partibus inchoans, ſuperioribus uerò terminans. Cæterum ſpongiam hanc nouam eſſe expedit. At ſi ad manum nõ ſit eiuſmodi, eam quæ in promptu eſt nitro, imò potius puluere cognomento ſtacte mundabis. Quod ſi his tumor nihil expurgetur reprematurq; poſcæ momentum aluminis admiſceto. Idoneum item fuerit elychnium molliſſimum, humore eiuſmodi imbutũ atq; impoſitum. Probatur etiam glaucium. Si œdema uetuſtas occupauerit, illuto prius cũ oleo membro ſpongiã ex lixiuio imponito uiolentiusq; conſtringito, et ſanabis. Diſtrahit uerò & comprimit tumores œdematis ſpeciem præferentes, illita quælibet terra, & uehementius Aegyptia, & iſatis ſatiua.

De inflatione. Cap. XXVIII.

SPiritus flatuoſus, ſub cute aliquando, interdum ſub membranulis oſſa uel muſculos ambientibus, collectus, inflationem producit. Congregatur autem quandoq; in uentre, & inteſtinis, & inter utraq; ipſorũ, & peritonæũ membranam, ceu in tympanijs, ut uocant, intercutibus. Dirimitur hæc ab œdematis, quod digitorum compreßioni cedens, non tantam relinquit foſſulam, quantã illa dum premuntur, & ſtrepit inſtar tympani. Efficit autem corporis denſitas craſſarumq; partiũ ſpiritus, ne idem ſpiritus halitu diffletur. Vnde curationis ſcopus eſt, corpori raritatem inducere, craßiorem ſpiritum extenuare, quod medicamentis tenuium partium, calidæq; potentiæ abſoluitur. Quamobrem ad uentris & uiſcerum inflationem, oleum tenuium partium in quo ruta fuerit elixa, aut cymini num, aut apij ſemen proficit: non raro cucurbitula ingens, non inciſa cute ſcalpello, umbilico bis aut ter adglutinata, flatus diſcußit. Cum autem muſculi ob contuſionem, ceu in pulſationibus inflantur, membra calidis admodum rebus acrioribusq; indignantur, doloresq; intenduntur. Quocirca à principio ſtatim mitigantibus remedijs plurimum occupari expedit. In declinatione uerò mali, diſtrahentibus. Iure igitur illorum cum oleo exiguo utendum, quod lana ſuccida calente excipiatur, uel ceratum ex œſypo confectũ immiſcetur. Cura adhibita quò caliditas permaneat, frigus enim non expedit. Mitigato iam membro & ægro mitius ſe habente, acetũ admiſce, nitrumq; uel nitri ſpumam, poſt hæc percolatum lixiuium. Poſtea emplaſtris diſcutiendi facultate præditis, inſtaurationis gratia utitor, cuius farinæ eſt quod ſubijcitur: Balneorum ſtrigmentũ elixatum excolato, ut pu-

Tympanite quibus ab aliis tumoribus differat.

rum

tum reddatur, atq; rursum in lebetem conijcito. Et calcem extinctam farinæ modo contritã tantisper dum cœni crassitudo inducatur, inspergito & uteris. Cæterum multo efficatius quàm hoc censetur pharmacum è fico Aegyptia, quem sycamoron uocant, contextum.

De luxatis & contusis. Cap. XXIX.

ADuersus articulorum luxatationes & contusiones cõferunt uel lera succida: uel spongia oxelæo irrigata & imposita. Bulbus elixus cum melle, tenera uiticis folia, & sal, & nitrum assum læuigata cum cerato: utere item fotu aquæ dulcis, uel marinæ calidæ. Sed ubiiam inflammatio dolores q; sedati fuerint, membra eluxata perfricentur.

De sarcothlamatis & ecchymomatis, id est, carnibus contusis, & sanguine in loco contuso collecto. Cap. XXX.

CArne à graui aliquo corpore illapso contusa, exiguis q; in ea uenulis disruptis, sanguis exudans trãscolatur, qui sub cute collectus ecchymoma appellatum inducit. Cute nullum diuortium experiente, tumoris instar molestactui cedens, liuidi coloris absq; dolore ut plurimum comitatur. Noster igitur medendi scopus eò tendit, quò grumi sub cute contenti distrahãtur, idq; sine mora prius quàm loci nigredo superueniat. Inter principia statim astringentia quædam discutientibus sunt admiscenda, eo quod tunicæ uenarum contusæ condensari postulant. Post hæc uerò sola discutientia admouebimus, & scarificatis initio punctionibus ecchymomatis, ita deinceps reliquam curationem aggredimur. Cæterum ad inueterata ecchymomata accommodatus est raphanus cataplasmate adglutinatus: discutit enim ipsa, ubi erodere cœperit: uel raphanorum cremor cum micis panis impactus. Species autem ecchymomatis sunt ea, quæ Romani suggillata, Græci ὑπώπια *dicunt, & rupturæ uenarum ex ictu prouenientes,* ὑποφυάγματα *nuncupata, & sanguinis ex plaga inter ungues coitus, de quibus abundè suis actum est locis, uolumine tertio. Atqui de ijs quæ in unguibus oriuntur uitijs in chirurgico opere fusius explicabitur.*

De fractura & conuulsione. Cap. XXXI.

RVptura nunquam sine ecchymosi prouenit. Succurritur autẽ medicaminibus mediocriter calorificis: cuius classis habetur, è nigris populis acopum, & quæcunq; uiribus huic, naturaq; respondent. Oportet autem cum fracturæ profundiores corporis partes occupant, acriora magisq; incidentia adhibere. Proficit igitur ita afflictis cucurbitulæ usus. Quod si confestim fuerit uniuersum ecchymoma discussum, facilè diducta carocoalescet. At si malũ in uetustatem inciderit, sordesq; subtus alta succreuerit.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

radix, uel cucumeris ſylueſtris elixatur. Lauacris uel omnino faceſſendũ, uel magna ſaltem ex parte abſtinendum. Scirrho autem mediocriter molli ficato, gutta ammoniaca pinguiſſima aceto peracerrimo liquefacta, membrum afflictum ad plurimos dies perungemus. Deinde rurſus ad emollien diuim habentis remedij uſum reuertendum, quod galbano & opopanace pinguiſſimis compos ſit: cuius generis præcipue habetur, ex perna conflatum & Amythaonis, atq; ea quæ ſtrumis conſecrata ſunt medicamenta.

De ſtrumis. Cap. XXXIII.

STrumæ glandulæ ſunt obduratæ, quibus collum, axillæ, & inguina frequentiſſimè occupantur. Communiter curationi proximè de ſcirrhis in medium allatæ ſubijciuntur. Priuatim uerò lupinorum amarorum farinam in oxymelite decoctam cataplaſmatis modo inducito: eadem & tuberibus prodeſt. Vel bubulum ſtercus cum aceto elixum cataplaſmate imponito, id quod tumores etiam obduratos omnes diſcutit. Egregie uerò ſtrophas diſijcit calx aqua non extincta, uel melle, uel ſtrigmento paleſtræ excepta, uel oleo, uel adipe ſuillo: Vel calcis uiuæ, & nitri par pondus: naſturtij, & fœnogræci quadruplum cum melle, inſtar cataplaſmatis impactum. Durities diſtrahit, & in pus conuerſas rumpit, loleacea farina cum ſimo columbino & ſemine lini, in uino decocta: groſſi ſylueſtres atq; ſatiui, aut naſturtium candidum cum pice liquida contritum in malagmatis ſpecie imponitur. Vel cucumeris agreſtis radicis aridæ, & foliorum lauri aridorum crematorum cinerem cum reſina terebinthina ſuperinducito: uel herbæ pedicularis, nitri, parem modũ, erucæ duplum cũ reſina immitte: uel ſtercus caprinum, aut bubulum in aceto percoctũ: uel erui farinam in lotio impubis puelli maceratam, & pice, & cera, & oleo eliquatis exceptam. Vel ſerpentem extinctum in aulam coniectum, & gypſo illitam in fornacem quò concremetur ponito, cineremq; ipſius cũ tantundem fœnogræci miſce, atque melle excepto utere. Compoſitio præterea ex aſpidibus ad miraculum uſq; remedio eſt, atque ea quæ ex ſtruthio conſtituitur: necnon quæ è cucumere ſylueſtri cõficitur, & è cedrio itidem liquore. Strumas ad ſuppurationem perducunt uel diffundunt, myrrhæ drachmæ decem, guttæ ammoniacæ thymiamatis † duæ, uiſci quercini dra septem-
chmæ octo, galbani drachmæ quatuor, propoleos drachma, in pila contundantur.

Ad ſtrumas mammarum, & duritias.

Mammarum ſtrophulis duritiebusq;, uiſci elaborati, reſinæ aridæ, ceræ, uniuſcuiuſq; libra, galbani unciæ tres ſubueniunt.

Ad

Ad ſtrumas exhulceratas, & hulceribus carentes.

Accipe ceræ, reſinæ piceæ, adipis porcini inſulſi, marrubij, æruginis ra ſæ, ſingulorum uncias ſex.

Chœradicum, hoc eſt, ſtrumis curandis factum.

Olei ueteris libras duas, ceræ unam, colophoniæ uncias quatuor, nitri tantundem, allia duodecim detractis tunicis ac pellibus, in oleo per triduum macerato, deinde tantiſper dū aruerint elixata, porrice. Vbi ab igne detraxeris, eliquatis oleo: læuigatiſsimum quoque nitrum inſpargito: abſceſſus etiam rumpit. Aliud: Cineris ex ficis uncias duas, aluminis fiſſi unciã, nitri ſpumæ tantundem, liquidæ picis uncias ſeptem commiſce.

Erodendi uim habens chœradicum.

Aluminis ſciſſi, ſandarachæ, uniuſcuiuſq; drachmæ quatuor, ſquamæ æris denarius, auripigmenti tantundem, arido ſtrumas conſperge. Quod ſi cancri ſpeciem ſortiti ſint, roſaceo maceratis, bis per diem utere.

De ſteatomatis, id eſt, adipationibus, & atheromatis, id eſt, pultationibus, & meliceridibus. Cap. XXXIIII.

*STeatomata, atheromata, & melicerides in genere abſceſſuũ (quemadmodũ in illis explicuimus) enumerantur: ſingula propriam à rerum, quæ in tumoribus continentur, ſimilitudine nomenclaturam inuenerunt. Eſt etenim earum quædam inſtar adipis pinguedinisq;, alia uerò mellis ſpecie, & alia pulti ſimilis. Scopi autem curationis cõmunes ſunt; diſcutere quod tunica illa inuolutum continetur, uel totum medicamentis exedere, uel ſectione auferre. Nonnullis enim ex his tumoribus, triplici hoc conſilio ſubuenitur, hiſce nimirum qui tenuiorem humorem poſſident, cuius farinæ eſt meliceris. Quidam uerò duplici ſolum ratione curantur, qualis eſt atheroma, quod non tam abſcindere, quàm remedijs tollere licet. Steatoma neq; medicamẽtis inducta putrefactione exedi, neq; diſtrahi poteſt, ſed manuum ac ſcalpelli duntaxat præſidijs curatur. Vniuſcuiuſq; igitur horum agnitionem in opere de Chirurgia reperies. Eorum uerò, quæ diſcutiendi uim habent materiam, inter hæc quæ de ſtrumis edocuimus, inuenies. Priuatim uerò ac propriè meliceridas diſijcit illud: Vuas paſſas excuſsis acinis † octo, ſquamæ drach. * treis parti prius ſotæ impo nito. Aliud: Ladani, bdellij, galbani, ammoniaci thymiamatis, propolis, reſinæ terebinthinæ, cuiuslibet portiones æquales in pila cõtunde: conducit id quidem etiam ſtrophis, poſt, ſecũdumq; aures abſceſsibus, dothienibus, phymatis. Ad meliceridas Archigenis ſententia, ſpuma nitri, uera triq; duplum cũ cerato duriore imponitur. Medicamentis uerò exedendi, putrefaciendiq; ui præditis; cute circunfuſa uti nõ licet. Meliceridas itaq;*

uiginti. quatuor

&

& atheromata, uel ipſas etiam ſtrumas medicamentis adurentibus denudare expedit: è quorum numero ſimplicius quidem eſt, quod cõſtat ex calce aqua non extincta, & ſapone, lixiuioq; ſtillatitio. Varium autem magis & quod repoſitum ſeruari poteſt, habet calcis aqua non extincti drach. quatuor, ſphecles, quæ uini fex eſt, crematæ, nitri liquidi torrefacti, ſingulorum drach. duas, minij iiiam, diſſolue in impercolato lixiuio, reducito ad mellis liquidioris ſpiſſitudinem, & feruefacito ter, donec aliquãtulum conſiſtat, & in plumbea pyxide reconde, inſtillans lixiuium, ne ſubito arescat. Confert ad acrochordanas uerrucas, formicas, pterygia, clauos, callos, cicatrices eminentius excreſcentes, uini fex non admodum uetuſta, duorum modò menſiũ, cuti illita. Quod ſimulatq; areſcere cœperit, ſpongijs madidis lotam rurſum inungito, ubi nigrorem contraxerit denuo, ijs quæ cruſtam inducunt lauabis. Poſtquã cruſta deciderit, medelæ erodendi facultate præditæ adhibeantur. Erodit autem citra uellicationem quantum res ipſa poſtulabit, quod habet ſquamæ æris drach. quatuor, ſandarachæ, atri hellebori, ſingulorum drach. duas, utere cum roſaceo. Aliud: Squamæ, ſandarachæ, ſeminis urticæ exiccatæ, æquali pondere: utitor cũ roſaceo. Aliud: Erinaceorum deuſtorum, ſepiæ teſtæ, auripigmenti æquis portionibus cum roſaceo: omnes particulas, quæ ambiunt circulatim prius delinito ceruſſa cum oleo. Efficax etiam compoſitio, quæ ex calcis aqua non extinctæ & illaboratæ partibus duabus, chalcitidis partem unã, auripigmenti tantundem conficitur. Sphecle

Medicamentum exedens abſque morſu,

De fauis hulceribus foraminoſis. Cap. XXXV.

FAuus tumor eſt pluribus & continuis in cute foraminibus terebratus, per quæ mellis craſſitudine humor emanat. Vuæ igitur paſſæ tali hulcuſculo ſunt imponendæ, cum ruta, uel fici folia molliſſima cũ melle, uel naſturtium cum ſemine lini & melle: Vel cucumeris ſatiui radix cũ melle, uel ſulphur ignem non expertum, cerato aut reſinæ terebinthinæ copulatũ. Cæterũ expeditius magisq; uariũ remediũ reddes, ſi quæ ſuperioreuolumine, de manãtibus capitis hulceribus relata ſunt, huc transferas.

De ſimplici hulcere. Cap. XXXVI.

QVoniam hulcus ſimplex non niſi biatus quidam eſt, cuius ſi quis labia diducta, faſcia undiquaq; coronæ inſtar circumpoſita committat, diſſitæ partes facilè abſq; ulla alterius rei ope coaleſcẽt. Verùm ubi in aliquo labiorum foraminibus perforatorũ hulcus tranſuerſim ſpectauerit, hinc deligaturam moliri, atq; in contraria uertere competit. Si utraq; eò labia detorquentur, apprehendendum eſt duobus initijs ligamentum, & labia hoc pacto contrahenda: nulla ſiquidem immunditia

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

inflammatio, etiam mulsa diluta. Ex aridis autem pharmacis cõmuniter expediunt, quæ aduersus inflammationes facere prædicta sunt, demptis oleosis & acribus. Priuatim illud commendatur: Mala Punica dulcia uino elixa & contrita cataplasmate superinducito: suspiciendum id, & multiplicis usus: nam capitis quoq; hulceribus conducit, necnon ad uerendorũ & in uniuerso corpore infestantia hulcera, item contra oculorum inflammationes. Quod si erysipelas, aut simile quiddam hulceri accesserit, ijs utendum est præsidijs, quæ illis dedicata sunt.

Aduersus immatura & necdum purulenta hulcera. Cap. XXXIX.

REcentia quidem hulcera, atq; ob id etiamdũ inflammata, necdum suppurantia, maturant & ad suppurationem ducũt, simplicia quidem aqua temperata inspersa, triticea farina, uel chondrus, uel panis, uel glutinum librarium cum resina terebinthina illitum. Adhæc cera, crocus, thus, pix, rosaceum, adeps porcinus, et uitulinus. Ex compositis autem in primis laudatur tetrapharmacum, emmotum rosaceo imbutum. Cæterũ hulcera perantiqua et calloſa maturant, ex simplicibus quidem uua passa, satiua, styrax, galbanum, myrrha, ladanũ, pix, resina, butyrum, mastiche Ægyptia, hyssopum. Composita uerò ex rhicinino aceros GALENI, *medicamentum liquidũ quod linteolis concerptis excipitur, uulneribusq; inditur, oleo uetere aut rhicinino subactum, drichromos item, & Basilicũ, atq; eius generis cætera ualent.*

De hulceribus cauis. Cap. XL.

HVlcus cauum amissæ carnis instaurationem expetit: cuius procreandæ materia, sanguis cũ moderatus, tum inculpatus est. Huius ergo commoderationem ex sufficiente cibo conciliabimus. Medium uerò ad unguem temperamentum, non tam ex probis alimentorum succis, quàm ex bona membri, quod hulcere premitur, temperatura. Cæterum recrementum quod excernitur, ulceris statum arguit: siquidem tenue, humidius efficit hulcus: crassum uerò, sordes ipsi coaluisse, innuit. Quamobrem medicamentis mediocriter arefacientibus & abstergentibus indiget: cuius factionis censentur thus, farina hordeacea, fabacea, eruina, iris, aristolochia, terra Cadmia, panax, & pompholyx. Vbi uerò medicamenta ad incarnandum idonea adplicata non profecerint, ad aliud est transeundum. Verùm si quidem sordities ingenti multitudine scateant, humidiusque hulcus sit, sciendum est medicamentum infra id quod requiritur desiccare, eóque mellis admixtione intendendum esse. At si mundum & siccius deprehendatur hulcus, nimiam inde desiccationem fieri reputet,

oportet cerotum oleo permulto dilutum adhibere. Accidit autem aliquando, ut medicamento potentiore, caro tabefiat & eliquetur, ita ut sordidius humidusq; appareat hulcus, simile ijs, quæ minus quàm requiritur, exiccantur. Atqui ulcus hoc eliquatum, cauius se ipso euadit; protuberantibus in cauitate labris, rubescente præterea cum inflammatione quadam crepidine. Sæpe etiam numero morsionem manifestam languens percipit, Alterum uerò, quod præsidijs minore arefaciendi facultate præditis humescit, nihil horum potest subsequi. Quamobrem lignorũ caries, atq; eorũ in primis quæ moderatam constringendi, abstergendiq; facultatem sortita sunt, ueluti ulmus, expurgat, et carne replet impolluta hulcera: uel anemonæ appositæ. Pini quoq; corticem detractum, atq; cum cerota contritum, penicillo illitũ, cauis hulceribus presertim recẽtibus, superinducito, carnẽ etenim instaurat & implet. Composita uerò, mundatis iam hulceribus probatissima censentur, ex ostreis compositio, Manaëthonis medicamentum è uini fece confectum, item illud ex aloë: Necnon Meletera cognomento aridũ, & quod constituitur ex amyli, mannæ, alicæ, erui, æquis partibus. consimiliter etiam quod thure constat, & Aphroditarium. Sordidius uerò quodãmodo hulcus quæ λιφαλικὰ nomen sortita sunt arida expetit, & quæ linteolis concerptis medicamenta excipiuntur: quæq; Trophos appellationem obtinuit: & Isis, & cui titulus Athena, & ex colo rustica (ἀγραυλὶς appellata) confectum. Est præterea cui appellatio Italicum est indita, & breuiter quorumcunq; factum est periculum.

Quæ sordida expurgant hulcera. Cap. XLI.

SOrdibus referta hulcera, siue caua, siue plana, egregiè aristolochia cum melle purgat. Resina itidem terebinthina cũ pari mensura rosacei & mellis, uel loco rosacei butyrum, iris Illyrica cum melle, oliuæ salsæ colymbades uocatæ, cataplasmatis more impactæ. Ad ea uerò, quæ neruosa occupant, resina terebinthina liquefacta cum butyro adhibetur. Sed immodica sordium ui obrutis, & eorum quæ depascendo serpunt naturã resipiscentibus, marrubium cum melle expedit, hoc etiam crustas porricit. Mixta uerò præsidia hæc sunt: Amurcæ decoctæ, mellis despumati, alumnis phorimi par modus. Aliud: Sarapiadis herbæ, quẽ Græcè πριόρχια quoq; dicunt, aridæ ireos Illyricæ, marrubij exiccati, mali terræ, singulorum drach. octo, farinæ erui drach. decem: arido utere, atq; cũ melle. Porrò aduersus hulcera perpolluta Aegyptia quoq; facit: necnõ ex salibus contexta cerota colliquata, Indiceq; & Athene, & Chloræ liquefactæ, præterea ex pumice, & ex eruo consarcinata aridæ: adhæc Melanchloros pastillus, consimili deniq; modo & Ocriogenes.

Aduersus

Aduersus hulcerum uermes. Cap. XLII.

ARcendis quæ in hulceribus prognati sunt uermiculis, primum quidem omnium est, humiditatem cariemq; uermium parentem abolere. Interimunt autem uermes in genere quidem cuncta quæ aurium lumbricis dicata sunt. His uerò qui in hulceribus enascuntur, Archigenes cerussam & polium æquis partibus, cum liquida pice illiniendà, asserit.

De carnium in hulceribus præter naturam incrementis. Cap. XLIII.

CArneis in hulceribus suprà quàm par est excrescentes, medicamenta acriter arefacientia demoliuntur: è quorum numero est diphryges cataplasmatis instar inductum, & squama æris, & quæcunq; ostrea cremata, echiniq; combusti, tam terrestres, quàm marini cum toto corpore. Verùm hæc non admodum eximiè carnium excrescentias purgant atq; compescunt: sed Asiæ petræ flos longe ualidius id muneris obit: hoc adhuc uehementius, sory, sarcocolla, chalcitis, & misy: uerùm deusta minus rodunt, flos itidem æris. Cæterum ærugo uiribus omnia præcedit. Sales porrò combusti carnes cum humore flaccidas consumunt. Consimiliter & linamenta filatim ex reijculis pannosis discerpta in muria maioris acrimoniæ irrigata, & denuo arefacta atq; imposita, mediocres carnium excrescentias auerruncant. Sed rubigo cum squama æris incrementa potentius reprimit. Cõposita autem Rhodia quæ dicitur, arida, psaron, præterea xanthum, absq; morsu excrescentias supprimunt. Vastißimas uerò carnium excrescentias corporis interna petentes, crusta obducunt Phaustiani pastilli friati atq; inspersi, & heliocaës, à solis æstu appellatum, aridum. Conducit pariter, quod accipit calcis aquæ nõ extincti, squamæ æris, mannæq;, partes æquales: idem incrementa immodica, & fungis similia cum melle repurgat, & cum cerato carne implet.

Aridum medicamentum incrementa carnium suppriměns.

Accipe spumam argenti, chacitidem, rubiginem, plumbaginem, æquis portionibus. Aliud efficaciter sine uellicatione reprimens, subueniens præterea nomis, & epulidibus, hoc est, carnis gingiuarum excrescentijs, & dentes deniq; candidans: Calcis uiuæ libra, auripigmenti unciæ sex: auripigmento arido aqua læuigato, calcem aquæ nõ extinctam, Cadmiæ modo lotam adijcito, cõtritaq; arefacito & utere. Ex pastillis Pantolmius, & quicunq; polypis medendis dedicati sunt, scitè admodum hulcera reprimunt. Emplastra porrò uiridia, præsertim quod ex Cappadocicis salibus cõfectum est. Isis item mera, carnem in hulceribus supercrescere prohibet.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Ad ſerpentia omne genus hulcera quæque os affligunt, & ad ſanguinis eruptiones, & excreſcentias domans, multiplicis uſus aridum.

Habet chalcitidos, miſyos utriuſq; crudi drach. uiginti, ſquamæ ferri drachmas ſex, gallæ immaturæ drachmas octo.

Medendis depaſcentibus & putridis ulceribus.

Sumantur ſalis drach. duodecim, aluminis qualiſcunq; combuſti drachma, ſquamæ, pumicis cremati, æquis portionibus: bene etiã facit rubigo raſilis cũ miſyi deuſto, pice liquida excepta, & ſquama ferri, adiecto oleo.

Ad ſerpentia uerendorum hulcera.

Non tam hæc, quàm dictum † meleteriũ conueniunt: Confectio ex aceto myrtino, & ex charta medicamentum aridum, ad depaſcentias quaſcunq; proficit, & ex oxymelite Coracium, atq; Andronis paſtillus, & id genus alij. Cæterum hæc eadem ipſa medendis quoq; phagedænis apprime quadrant: nam & phagedæna hulcus eſt depaſcens, nomæ naturam reſipiſcens.

atramentum metallicum

Phagedæna.

Ad hulcera cum humore flaccescentia, tetriq; odoris.

Lemnium ſigillum ex aceto, uel aceto mulſo, aut uino ſubactum tantiſper dum cœnoſam induat craſsitudinem, illitum optimè facit. Vel cupreſsi folia & ramuli, & galbuli molliuſculi, uel cucurbitæ aridæ deuſtæ cinis, uel platani corticis toſti, & anethi combuſti ſimiliter, uel lanæ ſordidæ crematæ, uel plantago, uel Iſatis cum per ſe, tum adiecta polenta, aut peucedani radix arida.

De hulceribus cicatrice obducendis. Cap. XLV.

SI carnem hulcerum quæ cicatrice egent, deſiccemus & aſtringamus adeò, ut non id modò quod præter naturam redundat diſcutiatur, ſed id etiam quod ſecundum naturam eſt, attingamus, extimam carnis ſuperficiem cuti ſimilem efficiemus, et cicatricem ei inducemus: ad quã functionem idonea ſunt, galla immatura, & malicoria moderate exiccantia: & quæcunq; citra aſtrictionem morſumq; areſaciunt, eadem cicatricem quoq; obducũt, ueluti myrrha, ſpuma argenti, oſtrea cõbuſta, ſi inſpargantur, arida. Hæc quoq; cicatricem identidẽ inducunt, cortex pini cũ cerato myrteo, hæderæ flos cũ cerato, lilij radix adiecto roſaceo, reſina ex theda arida, pumex aſſatus, ſquama æris, pari pondere, aridis utitor: hoc etiam reprimit. Vel pumici friato, mannæ & diphrygis cuiuſq; momentum admiſceto, et utere: uel ſpumã ærgẽti partẽ unã, diphrygis dimidiã, cũ cerato

ut ſplenium impone. Veteribus cicatricem inducunt, uiſcus cũ thure, æruginis cum diphrygis tantundem, atq; cum cerato myrteo: uel centaurium minus recens adglutinatũ. Sed humidioribus cyprini radicem impinge. Porrò aduerſus ſedis & uerendorum hulcera maximè inflammata, aloë utere leuigata, arida, uel ex aqua, uel ſquamam æris, uel chryſocollam in ſole cũ cera emollita, adhibeto.

Aridum ad cicatricem inducendam.

Oſtreorum drach. duodecim, mannæ ſex, cadmiæ quatuor, proficit & depaſcentijs. Aliud: Mali terræ denarij ſex, corticis pini, mannæ, cuiuſq; denarij ſex, pumicis, colophoniæ, ireos, ſingulorũ denarij quatuor. Aliud: Cornu ceruini deuſti triens, corticis pini ſelibra, ceruſſæ triens, æruginis raſæ dodrans, cadmiæ denarij duodeuiginti. Aliud: Florũ mali Punici, quos Græci priuatim cytinos appellant, atramenti ſutorij, ſingulorum ſextans, ſquamæ æris, aluminis ſciſſi, uniuſcuiuſq; uncia, gallæ drachma. Aliud: Accipiantur ceruſſæ, ſpumæ argẽti, uniuſcuiuſq; † unciæ octo, recrementi plumbi, gallæ, myrrhæ aridæ, ſingulorũ drach. quatuor.

denarii

Cicatricem inducens.

Aluminis fiſſi uncia, læuigata in aquæ ſextario maceratur: ubi diſſolueris, aqua linamenta concerpta imbuito, & ſiccatis utitor.

Emplaſtrum cicatricans ex ſimplicioribus.

Ceræ drachmæ quadraginta, ſpumæ argenti triginta quinq;, diphrygis octo, myrtini hemina dimidiata. Facit etiam ad hæc emplaſtrum ex dactylis palmæ, & ex cadmia, & myrſinatum, & id genus alia. Ad ea uerò quæ ægre cicatricem contrahunt, ceræ, myrtinæ, ſingulorum drach. ſex, cadmiæ unciæ ſex, plumbi, thuris, ſingulorum unciæ duæ, aluminis fiſſilis, æris cremati, uniuſcuiuſq; uncia, rubiginis raſæ drach. duæ, alternis diebus diſſoluuntur.

Inueteratis & cicatricem difficillimè contrahentibus.

Cadmiæ, chryſocollæ, aluminis ſciſſi, ſingulorum drach. octo, æruginis, ſquamæ æris, uniuſcuiuſq; drachma, reſinæ expicea drach. quadraginta, ceræ drach. centum, myrtini quantum ſatis eſt. Aliud: Ceræ, reſinæ expicea, ſingulorum ſelibra, cadmiæ tantundem, chalcitidis crudæ quadrans, myrtini quod ſufficit. Cadmia in uino diſſoluitur & chalcitis, temporibus Caniculæ, platyſmate utitor, ſuper id autem linamentum concerptum, & ſpongiã ex uino, inducito. Aliud: Aeris toſti, aluminis fiſſi, ſingulorum ſextans, ſalis ammoniaci, denarij duo, ceræ ſelibra, colophoniæ tantundem, myrtei ſextans, arida diſſoluantur ex aceto in ſole diebus uiginti. Cum autem mellis ſpiſſitudinem acceperint, liquefacta & refrige

rata

rata cera mollificando miſcetur. Confert ad hæc præterea medicamentum ex pumice, item Iſis, & id genus cætera.

De maleficis hulceribus, quæ Chironia, Telephiaq; dicuntur. Cap. XLVI.

INueterata & quæ ægerrime ad cicatricem ueniunt hulcera, alij Chironia, tanquam Chirone medico excellentiſsimo in curatione egerent: alij uerò Telephia, quod eiuſcemodi hulcere Telephus diu uexatus fuerit, nuncupant. Conſiderandum igitur num uniuerſum corpus prauo ſucco redundans, id genus affluentias hulceri tranſmittat, humorq; ſuperfluus idoneorum medicaminũ officio euacuandus eſt. Quod ſi uarix crura hulcere occupata quem infeſtauerit, tum etiam quemadmodum in Chirurgia explicabitur, tollendum eſt. Vel ſanguinis detractione euacuandum, non parcè auferendo ſanguinem: mox topicis utendũ adminiculis eſt, quæ inſtaurandi potentiam abſq; uellicatione contineant. Simplicia ergo quæ ex pumice, diphryge, ſquama, ærugine, calceq; mediocriter lota conſtant, alumen item ſciſsile læuigatum inſparge: Hyſſopi drach. quatuor, nitri duas, uuæ paſſæ quatuor, illito prius melle, cataplaſmatis modo inducito. Squamæ porrò æris drach. decem, aluminis duas, cum ceræ drach. decem ſubactis in ſole, ſuperimponito. Hulcera Chironia. Hulcera Telephia.

Compoſita ſunt hæc, Emplaſtrum ad Chironia.

Ceruſſæ unciæ octo, aluminis ſciſsi duæ, ſquamæ æris drach. duæ, ſalis ammoniaci, thuris, æruginis raſæ, corticum malorum granatorum, uniuſcuiuſque unciæ duæ, calcis uiuæ uncia, ceræ libra, myrti libra una cum dimidia, arida uino diſſolue: Hoc callum tollit à principio, & depoſitum ſeruatur: Poſtremo autem remollitum myrtino cicatricem inducit Aliud: *Spumæ argenti libra, olei libræ duæ, chamæleontis herbæ nigræ, radicis ariſtolochiæ, quod malum terræ Latini uocant, gallæ immaturæ, ſingulorum uncia, galbani, guttæ ammoniacæ thymiamatis, thuris, uniuſcuiuſq; unciæ duæ, parato cum radicibus uiridium harundinum mouendo.*

Archigenis ad Chironia cum in tibijs, tum in mammis, cacoëthe, ſtrophulas & paroridas.

Adipis bubuli libræ tres, reſinæ terebinthinæ quincunx, mannæ ſeptunx, terræ Sardæ appellatæ, qua pictores utuntur, quincunx, his quæ liquari poſſunt lachrymæ, cum aridis confuſis utitor. Aliud eiuſdem Archigenis: *Ceræ triẽs, olei omphacini, mãnæ, uel thuris, diphrygis, ſquamæ, ſingulorum drachmæ quatuor, cũ aceto arida terantur, melliſq; craſſitudine facta, miſces cerato, & utere, immergendo linamentum conceptum.* Aliud ad ea quæ fœminas, & alios tenerioris cuticulæ homines

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

crato potabili eluendus est: sed ad futuram glutinationem, uino uel œnomelite: atq; deinde ad ea quæ conglutinandi uirtutem habent, deueniendum est. Quod si concauus sinus incarnationem desideret. Primum quidem est, exiguum medicaminis è charta arida cũ rosaceo immittere: Proxmũ, linamento filatim decerpto ostium obturare: Ab hoc Isidis, aut Machærionis, uel id genus alia in forma emplastri medicamina, cum rosaceo cerato liquidiore compari modo inijcere. Sinu uerò moderate iam carne impleto, conglutinans aliquod medicamentum imponito, perinde atq; recens cruentum uulnus curatur. Eius ordinis sunt Barbara, Dichroma, et Rubra adpellata, sed omnium præcipue id quod ex rhicinino, & metallicis, non addita cera præparatum est Rubrum GALENI emplastrum cõuenit. Vbi medicamenta dictaratione fuerint adhibita, spongia recens, uel ex œnomelite, uel ex uino, circunquaq; admodum mollissime adplicanda est. Fascinatio autem à fundo sinus inchoans ad os ipsius terminabitur. Vinculorum reuolutiones fasciæq; linteæ, fundũ sinus citra dolorem constringant: deinde paulatim remissæ in ipso hulceris osculo laxius connectantur sinus, circumposito foris sinui emplastro, forcipe secundum orificium, quò sanies excerni possit, discisso. Pusillo interim alio in excisi locũ emplastriolo imposito, ex eodem medicamento ad effluxionem laxo. Sinito autem ipsum ad dissolutionem usq;, quam ubi tertio quoq; die effeceris, auferes idipsum, atq; permutabis, communi illo totũ sinum ambiente semper dimisso. Nunquid autem sinus in profundo rite coaluerit ex sanie nõ informiter effluente, pauca & concocta, uel omnino nihil effluente dignoscemus. Præterea si eodem in sinu neq; dolor quispiam, neq; tumor percipiatur, sed locus omnis submissus, aridus, & indolens sit. Quin si pus quoq; præmaturum in ore conspicias pauculum, adhuc spem animo meliorem glutinationis concipito: sin autem primo uel altero die sanies aliqua tenuior è sinu excernatur, de eodem conglutinando spem non abijcias. Sæpe etenim numero medicaminis uires uehementer ex subiacentibus partibus humorem prætenuem exprimũt, quo quidem expresso, moderate arida facta spatia contrahuntur & conglutinantur. Tertio uerò die, uel quarto ab initio, si cruda sanies per os appareat, sinum coaluisse intelligito. Insistendumq; eodem medicamento: etsi, ut solet, propter madorem quempiam decidat, idem etiam repetere, nihil est absurdum.

Hulcera cana carne implenda.

De sinibus attritis, uestium speciem præferentibus.

Si in abscessus curatione serius ad incisionem, uel medici imperitia, uel

eius cui medetur timore deuentum sit, cutisq; sinum ambiens tenuis, & ne luti atritum uestimentum euaserit, fieri nequit, ut memoratis collutionibus elidatur, glutinatorium idcirco medicamentum substantia quidem liquidum, sed facultate aridum, utiliter applicabimus. Cuius classis est, compositio ex chalcitide, quae phœnicina adpellatur, oleo imbuta ueteri, quae decoctioni nondũ exactè indurueri t, neq; manus inquinare desiuerit: mox uerò cum uino mediæ ætatis macerata: deinde orbiculatim competenti cum deligatura imposita. Subuenit autem laciniarum instar detritæ, ceu traditum est, cuti, haud parum, mel ad spissitudinem usque emplastri elixum & superinductum. Satius uerò fuerit, si postquàm in linteolum impactum sit, spargatur per cribrum in sublime suspensum myrrha in pului sculum exquisitissimè trita, uel aloê, uel thus, uel pariter omnia. Expertus uerò sum, tenue centaurium admirandæ opis esse in hac re præsidiũ: proximæ uerò est symphytum, ab hoc tertium bonitatis locum habet Illyricæ iridis radix: post quæ eruinam comperi farinam cumprimis utilem. Atqui inter coquendum nonnunquam eadem melli inserimus, cum auferendus est à flamma cacabus: præstiterit uerò, si illo ab igne sublato hæc fiant: deinde dum tepidum fiat agitetur, sinuiq; imponatur, atq; perinde ut tradidimus, alligetur.

Phœnicina.

De Fistula. Cap. XLIX.

Fistula sinus est callosus, ex abscessibus plerunq; oriens, sumpta per translationem ab harundinum fistulis appellatione. Quare si ad os usq; decumbat, curari hanc absq; manus opera impossibile est, nisi temporis spatio sua sponte squama uel os abscedat. At si in os non desinat, medicamentis callum elidentibus & conglutinantibus curabitur. Sunt igitur hæc quæ callos adimunt, spondylij radix † circumrasa & imposita, fistularum callos abscindit. Veratrum item nigrum fistulis impositum in duobus tribusue diebus callum expungit, amurca coacta & offusa: Sory crudum uel tostum, cum exiguo uino immodicè diluto, infusum. Sory item & crocomagmata cum hydromelite: Aut elaterium resina terebinthina excep tum in collyria formato & superinducito: Aut laserpitij radicis cremorem infundito. Consumit callos etiam illud: Aeruginis drach. duodecim, guttæ ammoniacæ duas, aceto exceptas, in longum fingito.

Ἐκτυλωτικὰ. ferue facta

Κρίμα.

Collyrium quo ad eruncationem calli fistularum utimur.

Callum fistularum eximit collyriũ ex ammoniaca thymiamatis, atramenti sutorij, rubiginis, missyos, chalcitidis, commeos, æquis portionibus, exceptis aceto. Aliud ex Heliodoro chirurgo: Cadmiæ terræ, missyos, atramenti sutorij, æris cremati, gummi, singulorum drach. quatuor, chalcitidis

citidis crudæ drach. treis, lotio pueri impubis excipito, & redige in collyria, è quibus uno fistulæ impositio, panis uiscera aqua macerata, exterius applicato, mutans subinde, tantisper dum inflammatio quieuerit, & crusta excciderit.

Aliud quod ex Alexandro accepi.

Anchusæ radicũ, misyos tosti, chalcitidis, æruginis, aluminis fissi, atramenti sutorij drach. duas, chalciteos, rubiginis, singulorum drachmã excipito gummi, & utere. Callo autem discusso, rubigine tosta cũ mulsæ purissimæ octuplo factis collyrijs, repurgantur. Vbi callus extricatus fuerit, remedijs carne replentibus utendũ. Collyrium procreandis carnibus: Aloës, myrrhæ, guttæ ammoniacæ, ouorum testarum crematarũ cineris, æquas partes aqua diluito, facitoq; collyria, & applicato. Aliud: Myrrhæ, aloës, thuris, malicorij par singulorum pondus aqua excipito: sunt qui felle taurino excipiant. Carnibus etiam ex uuis acerbis expressum cremorem offundunt. Nouimus ipsi quempiam, qui cedrio liquore fistulas colluebat, & uoti compos subinde factus, admirandus habebatur. Postquã autem fistula carne expletur, medicamentum conglutinandi potentia præditum, est adhibendum, eodem quem in alijs sinibus explicui modò. Sed cũ angusta pariter et oblonga fuerit fistula, inquit GALENVS, nec dum mihi callum, sed sordium modò illuuiem contraxisse appareat, ante omnia lixiuium immissi, deinde in fistula tandiu permisi, dum sorditiem uniuersam radicitus profligatam iam emanasse sperabam: post hæc pharmacum imposui, est illud uerò rhiciniuum oleum, de quo superius egimus.

Collyrium sarcoticum.

De ruptis hulceribus. Cap. L.

HVlcerum uerò nonnulla cicatrice obducta, postea tempore haud ita multo interiecto denuo inflammantur, ac dirumpuntur. Osse etenim quopiam male affecto, caro quidem ambiens facilè cicatricem contrahit, ac sana, in totum esse uidetur. Rursum uerò ualenter influente ex osse sensim in alto contabescente, inflammatio cum purulentia cicatricem deradens superuenit. Curatio igitur istiusmodi hulcerum tantam desiderat siccitatem, ut os afflictum decidat. Promptè igitur ossium lacunas replebunt papaueris sylueſtris, ficiq; folia læuigata cum tenuissimo hordeaceæ farinæ flosculo, & uino cataplasmatis more inducta. Vel alterci semẽ, & atramentum sutorium pari modo trita, imposita: Peucedaniq; radix ossium squamas breuissime remouet.

De hulceribus articulorum. Cap. LI.

ARticuli sicciores carnosis sunt partibus, cuius ergo cum hulceribus impetuntur, aridioribus egent medicaminum præsidijs. Pa-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ſtias loci, uel principes particulas. Sic enim pars utrinque reuellitur: & uulnus à corporibus adiacentibus occulitur & cõtegitur. Tutius uerò fuerit utrunque facere, filum quidem uaſis radici circumponere: quod autem inde profertur, amputare. Hæc ubi ſic perpetrata ſunt, uulnus quã primũ fieri poteſt, carne repleto, priuſquam diſſoluatur conceptaculi uinculum. Quod ſi ocyus quidem carne impleatur, locus uerò alibi uacuus offendatur, malum quod Græci ἀπόῤῥυσμα nominant, oboritur. Diſcernes autem uenáne an arteria ſanguinem emittat, quod arteriæ ſanguis flauior & tenuior eſſe conſueuit, & pulſibus exhauritur. Venæ autem ſanguis atrior, & ſine pulſu. Omnium igitur, quæ nouimus, medicamentorum ad incarnationem optimum eſt, quo etiam aduerſus ſanguinis membranarum cerebri eruptiones tutiſſimè utimur aduerſuſq; ceruicis uulnera, & ad iugulares colli uenas: nam harum quoque nullo adhibito funiculo ſanguinem compeſcit. Accipit autem thuris pinguiſſimi partem unam, aloës in delicatioribus quidem corporibus partem dimidiatam. In durioribus uerò tantundem, & thuris præterea loco, mannæ æquale pondus, cum oui albugine ad mellis conſiſtentiam ſubiges: tum denique leporinis pilis molioribus excipiatur, inde uaſi, & hulceri uniuerſo largius imponatur. Deligetur autem foris faſcia ex lino, cuius primæ nexuum reuolutiones quatuor aut quinque ipſi uaſculo unde ſanguis erumpit injicientur. Poſtea uerò ad radicem ipſius nexibus deuolutis diſtribuentur. Deinde ubi tertio die ſoluerimus, ſi quidem medicamentũ hulceri etiamdũ ſolide adhæſerit, nouum rurſus orbiculatim ſuperaccommodabimus, & madefacientes haud aliter ac prius faſciabimus. Quod ſi primum limamentũ reiectum ſponte exciderit, leuiter ſummis digitis cõceptaculi radicem premendo, ne quid influat, illud quidem ſenſim detrahe, ſed alterum applica, ab hoc curandi ordine nunquam recedens, donec carne expleatur conceptaculum, ſemper membrum ſeruando in plurima quiete ſupinum. Cæterum quæ cruſtas pariunt, glabriorem efficiunt partem, quàm ſecundum naturalem conſtitutionem fuerit, delapſa cruſtula. Pleroſque ex ijs quibus cruſta decidit, difficulter compeſcibilis ſecuta eſt ſanguinis eruptio: utendum tamen eſt illis, cum ingens urget neceſſitas. Extremam autem neceſſitatem utendi medicaminibus cruſtam inducentibus, uel cauterijs candentibus, cenſeo, cũ ex eroſione putredinẽ reſipiſcente ſanguinis prouenit eruptio. Vbi in id genus affectibus, totũ abſciderimus marcidũ, minore cũ diſcrimine aut ipſius ueluti radicẽ deurere, aut remedijs incruſtãdi naturã tenentibus uti licet, id uerò in uerendis & ano potiſſimè ſolet contingere.

Scopus

Scopus incrustantium.

Scopus uerò medicamentorum crustas inducentiũ erit cum stipticitate caliditas, perinde atq; in chalcitide, misyi & atramento sutorio. Sed quæ è calce uiua constant, his uehementiora quidẽ sunt: sed quoniã constringendi uirtute calx destituitur, crustæ citius ipsorũ applicatione decidũt: præstaret autem ut manerent longius: festinat quippe caro ad basim ipsam supercrescere, & tanquam operculum uasis emanantibus effici. Cæterum eiusmodi sanguinis profluuium Isatis satiua si inspergatur, eximiè compescit, uel gallæ tostæ: expedit autem ipsas ignitas aceto ueluino extinguere.

Simplicia sanguinem sistentia.

In summa sanguinis profluuiones supprimunt, incomposita quidem, aloẽ, thus, manna, Samius aster, ærugo ferri, lanarum similiter crematarum læuigatißimus cinis, stercus asini, & equi, malicoria, diphryges, galla, myrtus arida, alumen omne genus, tum crudum, tum combustum, resina fricta, uitis cortex, uel folia arida platanorum, galbulorum puluisculus, præsertim cum humorem concretum abiecerint. Priuatim uerò nariũ sanguinis profluuia impositu sistunt, iunci marini fructus, foliorum urticæ cremor, chalcitis, solastrũ deustum, capilli leporis, ferulæ dimidiũ crematum cum aceto, onia arida uel uda, succus porri cum thure elychnio exceptus.

Composita.

Composita autem cuiuslibet sanguinis profluuij remedia hæc sunt: Spongiam recentem liquida pice imbutam, & bitumine circũlitam in olla recenti combure, cineris uerò partes duæ miscentur plumbi, & stibij singulorum parti uni. Aliud: Thuris, mannæ, sulphuris uiui æquas partes insere. Aliud: Chalcitidis drachmæ octo, thuris, uel mannæ sedecim, resinæ fictæ octo, gypsi deusti tantundem. Aliud crustas generans, sanguinemq; compescens: Chalcitidis, æris tosti, atramenti sutorij, misyos assati partes æquales. Adhæc Rhodia cognomento, & Xanthe, ex albo præstantium medicamentorũ quæ sanguinem cohercent, iudicantur.

De neruis saucijs. Cap. LIIII.

NErui saucij uel pũcti, ob sentiendi, qua præditi sunt, excellentiã, inflammationem doloremq; immensum experiuntur. Proinde febres quoq; & conuulsiones ipsis superueniunt: nonnullis uerò deliria, propter neruorum ad cerebrum continuitatem. Verùm quandoq; in alijs etiam quibusdam percußi membri locis, inflammationes & abscessus super neruum uulneratũ, ob perpetuitatem ipsius oriri assolent. Cutis itaq; uulnus nullo glutine commissum, diductumq;, quo per id sanies excernantur, seruandum est. At si punctus in altum recessum descenderint, ita ut in conspectum non ueniant, duplici sectione & decußi se mutuo secante opus est. Sed quod ad opis ferendæ attinet iudicium; si corpus deprauatis succis infartum sit, inflammatioq; magna affuerit, protinus à sanguinis detrac-

tione

ctione medendi inchoanda est ratio. Si uerò idem uitiosis scateat humoribus, conuenienti etiam medicamento purgabimus. Præsidia autem uulneri adhibeantur, quæ dolorem sopiũt, & effluxionem aperiendo promoueãt, non facta præsertim dissectione. Aquam proinde calidam cæteris quidem inflammat:onibus perquam utilissimam, scito uulneratis neruis esse quàm infestissimam: satius ergo fuerit neruos ictos oleo tenui, adstrictione prorsus carente, ad sensum calide perfundere. Neq; enim frigida, neq; etiam tepida admodum innoxia est. Cæterum ex medicamentis, resina terebinthina accommodatissima est, per se quidem cum pueris, tum fœminis, & carne mollicula præditis: eliquata uerò cum euphorbio in carne durioribus. Et si quando duriora obuenerint corpora, cum oleo quopiam tenuiũ partium macerata. Si nerui inflammatione conflictentur, & putredinem sentiant, cataplasmatis, hordeaceam habentibus farinam, aut fabaceam, aut eruaceam in lixiuio stillatitio cum oxymelite coctam, utendum. † Citra cofluram uerò, in punctluris & cerato, eiusmodi mixtura quis utatur: ceræ uncias treis, euphorbij unciã, uel stercus columbinum: in duriusculis carne corporibus, olei uncias duas, & resinæ terebinthinæ nõnunquam unciam. Emplastri uerò instar remedium efficies, si in euphorbij unciam, ceræ, resinæ frictæ, olei & picis pinguis, singulorum uncias sex inijcies: uerùm si resinæ loco propolim pinguissimam indideris, reddes id præstantius. Ad punctos insuper neruos illud excellens est, conferens etiam ictibus rabidorum: Aceti sextarium, picis pinguis libram, opopanacis quadrantem: Opopanacem solutum aceto, amplius læuigato, & picem eliquatam decoquito. Hoc neruorum punctluris expedienti est præsidio, nõ permittens punctionis os conniuere, ueluti neq; rabiosorum morsuũ uulcus cicatricem ducere, sed duris dũtaxat prodest corporibus. Quod si in pueris, aut mollioris carũculæ hominibus punctis uti uelis, liquefaciendũ est aliquo discutiente medicamento: Verbi causa, amaracino, uel opobalsamo, uel oleo ueteri. Cõuenit etiam medicamentum Basilicum, quod nitrũ, aut calcem uiuam, aut euphorbium, aut sulphur igne intactum, aut syluestris palumbi fimum, aut opopanacem, aut sagapenum, aut succum Cyrenaicum, aut castorium continet. In libram uerò medicaminis, dictorum alicuius unciam conijcito. Cõducit autem ad neruos percussos optime, in primisq; compunctos. Poterit autem quispiam ruri, nullo horum ad manum existente, propolim recentem & pinguem uulneri imponere, uel fermentum, præsertim antiquum cum per se, tum propoli admixtum, uel unà cũ succo tithymalli. Cataplasmatis præterea ex oxymelite, uel lixiuio stillatitio, cum farina fabacea, aut eruina, aut ciceris, aut lupinorum amarorũ,

Si punctiones putredine uacent.

Punctorum neruorum remedia.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

iuſq; ne hæc, aqua uel calida, & multo minus gelida madefiat. Sin pedem nerui uulnus exerceat, cũ fieri nequeat, ut nõ irrigetur aut humectetur ſub balneum ſauciæ pedis parti emplaſticum aliquot medicamentum inducatur: foris inſuper multiplicatis linteis quamplurimis oleo madidatis muniatur. Iterum extrinſecus uinculum è linteo injiciatur, atq; poſt hæc rurſum in balneo ligamentum oleo prius perfunde, iam ægro in ſolium deſcenſuro: Vbi lauerit, cuncta quæ adplicata fuerant porrice. Vteriſque præſcripta totius curationis regula. Contuſo autem ſolũ neruo, ſi cutis ſimul contundatur & exhulceretur, appoſitũ fuerit remediũ ex farina fabacea, & oxymelite cataplaſma. Licet etiã interdũ erui farinam & iridis adijcere. Quod ſi cũ contuſione dolor infeſtet, picem liquidã admiſcebis: ſin cutis contuſa non ſit, ſummum erit diſcuſſorium, calido oleo, anethino unquam, aut rutaceo, aut trino, aut amaracino locum iugiter irrigare. Nervo autem uniuerſo prorſus diſſecto, diſcriminis quidem nihil incũbit, ſed membrũ languidũ & ignauum redditur. Huic uerò curatio cũ alijs hulceribus compar adhibeatur. Hactenus quidẽ de neruorũ ſauciorum, quæ ſimplicioribus adminiculis peragitur, curatione ſufficiat. Nonnulli uerò compoſitis uti cõſueuerunt, qualia ſunt, è metallicis confecta cognomento Barbara, & Ciſſinum, & quod ex ſenetione præparatur Melanchorũ, ipſaq; Indica Harmonia, & Athene: quorũ compoſitiones utendiq; rationem ſeptimo reperies uolumine. Quoniã aũt locupletiſſimi quidã ſumptuoſis in neruorũ uulneratione medicaminibus uti dignantur, GALENVS ad punctiones neruorũ huiuſmodi tradidit: Cinnamomi, dictamni, fœniculi, uniuſcuiuſq; uncia, amaraci ſextans, ceræ beßis, opobalſami dextans, reſinæ terebinthinæ uncia. Aliud: Liquoris Cyrenaici uncia, ceræ quadrans, ſucci balſami libra. Facit ad neruos denudatos: Ceræ odoratæ unciæ tres, unguẽti Spicati aut Phuliati, uel Nardi unciæ duodecim, pompholygos uncia, ſpicæ nardi, amomi, folij, ſingulorũ uncia. Atq; hæc quidem ad miraculum uſq; pollere GALENVS oſtendit.

Nerui pedis uulneran curatio.

De nerui contuſione.

Nudis neruis remedium.

De articulorum curatura ſiue detenſione, quam Ancyloſim dicunt. Cap. LVI.

ANcylas & ancyloſes nuncupare ſolent articulorum detentiones, ex redundantium humorum infartura, uel neruea quadam tenſione conflatas. In quibus emolliendi & relaxandi uiribus præditis medicaminibus opus eſt. Communiter his remedia, quæ in membris ſcirrho infeſtatis, adhuc uerò magis, quæ de diſſolutis enumerata ſunt partibus, ſuccurrunt. Priuatim uerò confert ex hydrelæo imber ac fotus, in quo cocta ſunt ſemen lini, fœnogræcum, althæa, laurus, cucumeris

ſylueſtris radix, & ipſum quoq; Sicyonium poſt hanc articulorũ aſperſionem adhibeatur, acopa primum quidem ſimpliciora, ueluti ſunt ex nigra populo, ex abiete, bromium, Baſilium, Pyxis, poſt quæ etiam Ariſtophanium, et Azaniti. Vehementiſſima uerò ſunt, quod Liſoponum appellatur medicamentum Pœcilum, & ex his quæ emplaſtri formã habent remedia, non modò Amythaonis, ſed & anicetum. Probatiſſimũ uerò: Bdellij, adipis uitulini, guttæ ammoniacæ thymiamatis, ireos Illyricæ, ſingulorum drach. ſedecim, opopanacis, galbani, cachryos, ſtyracis, thuris, uniuſcuiuſq; drach. octo, piperis grana centũ & ſexaginta, ceræ libra dimidia, reſinæ terebinthinæ tantundem, fecis irini quantum ſatis eſt, uini quod

acopon *ſufficit, copton eſt medicamentũ. Probatur etiam † acopton dilutum irino, uel cyprino, uel laurino. Inter acopa uerò & emplaſtra numerãtur ex petaſone polymagmatum. Cæterum acoporum uſus cum molli & conſtanti frictione adhibebitur cum languentis articuli leui periclitatione, flectendo ſcilicet ipſum & extendendo.*

De flacceſcentibus luxatiſq; artubus. Cap. LVI.

IN diuturnis quæ cum febre ſunt morbis, & in colicis paralyticiſq; ægritudinibus articuli ſæpenumero relaxati flacceſcunt, maximè ſi calidior ipſos & humidior intemperies occupauerit, hinc etiam motio impeditur. Quibus acaciæ ſuccus aqua dilutus, & fotu adhibitus, congruit: uel rubi, uel myrti, uel lentiſci, uel ulmi radicum corticis elixatio: uel mali coria cataplaſmatis modo impacta, uel myrti folia unà cũ cerato myrteo impoſita. Robur quippe neruorum nexibus eſt inducendum, cum ſtipandi & arefaciendi uirtute prædita materia. Huius itaq; farinæ artubus medicamenta ſunt adhibenda, cuiuſmodi ex ſalicibus conſtituitur, & oxyra, & phœnicina, quæ uino aſtringente, uel aceto conſtat. Permulti uerò ex algore iſtiuſmodi languorem creari autumantes, calidioribus uſi adminiculis, detrimentum multo acerbius intulerunt.

De lumbricis. Cap. LVII.

Tria uentris animalium genera.

TRes ſunt omnes lumbricorum differentiæ, una quidem tereti forma ſecundum craſſitudinem eſt, altera uerò latiore unde latos nominant, tertia eorum quos aſcaridas nuncupant. Omnium uerò generum

Lumbricorum cauſa.

origo ex cruda, craſſa, pituitoſaq; materia, & putrefactioni idonea eſt, cuiuſmodi in pueris colligitur, & in alijs, qui plenis faucibus auidè liguriũt, & ſe ultra ſatietatem ingurgitant: nunquam autem à calida, acri, uel melancholica materia: nam hæc nutricandi naturam ſupergreſſæ ad lumbricorum procreationem ineptæ redduntur, e contrario hos bilioſa potiſſimum excrementa interimunt, ſi quando unà cũ lumbricis flaua bilis, ſi-

ue per inferna, siue etiam per uomitum excernatur, ipsos in intestinis consistere: bilioſum uerò humorem, uel in ore uentris, uel in alio quopiã membro hærere scito. Singularum itaq; differentiarum species ortumq;, locũ item & notas, curationemq; explicabimus, principium à tereti & rotunda sumentes.

De lumbricis teretibus ac rotundis.

Lumbrici igitur teretes formam nemini obscuram continent, quoniam hi reliquis frequentiores sunt: in gracilibus uerò intestinis plerunq; consistunt, & in superiorem uentriculum procurrunt: proinde per os nõ raro eijciuntur, nõnullis uerò per nares. Quod quidẽ uermiũ genus infantibusq; cæteris peculiarius, & magna quidẽ ex parte cũ febre est. Verùm si circa febriũ principia proueniãt, subsistentiã ex subiecta corruptione recipiũt. Circa summos uerò consistendi uigores, ex morbi malignitate. In declinatione aũt, totius corporis † in melius trãsmutatione. Tradit enim Hippocrates, bonũ esse lũbricos rotũdos eunte ægrimonia ad iudicatoriũ, progredi, qui ocyssime pereunt. Accidit uerò plerunq; cunctis lumbricos teretes habentibus, morsus intestinorum, & uentriculi, tusses non magnæ, aridæ, & irritantes: quibusdam etiam singultus: dormientes † saliunt, & sine ratione experrecti eriguntur. Nonnulli cum uociferatione expergiti surgunt, sed rursus in soporem prosternuntur. Pulsus inæquales sunt, & augentur febres absque ordine, quæ cum extremarum partium algore, ter quaterue interdiu uel noctu præter rationem inuadunt. Infantes superuacuè mandunt, & linguam temere exerunt, dentibus stridunt, oculis conniuent, silentium amant, excitantibus indignantur, oculi apparent, suffunduntur malæ rubore, atq; rursus mutato colore liuescũt: atq; hæc quidem per exigua interualla. Quibusdam ad uentriculum procurrunt, nauseamq; & morsum efficiunt: cibum ad hæc laborantes auersantur, coacti uerò nauseabundi uix deglutiũt: & si quid sumpserint, euomunt. Non paucis uerò uenter etiam multas esculentorum corruptiones excernit, atq; tympani instar inflatur. Reliquum uerò corpus præter rationem tabescit, neq; fame, neq; ulla euacuatione immoderata admissa. Cæterum non in omnibus omnia prædicta sunt singulatim inquirenda indicia, sed quæ principatum tenent: aliquando uerò plurima. Accidunt hæc, cum animalia sese in intestinis circumuoluunt, & morsum inferunt, & febrilis ardor uapores ad cerebrum eleuat prauos, ex coacernato in uentre putrido humore exhalentes, in quibus partim quidem utrisque iuxtà cum febri, tum lumbricis prospiciendũ est: partim uerò febrim haud magnopere curantes, prorsus expellere uentris animalia conueniet. Plerique

ad melius proficiunt.

Teretum lumbricorum notæ.

conuelluntur

Præcipua lumbricorum cura expulsio.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

tinanda ſunt, polenta hordeacea cruda, filix, abſinthium, farina lupinorum, ſandonicum, & abrotonum. Iam uerò malicoria quoque, acacia, galla, uel balauſtium admiſceantur. Quoniam uerò ſæpe potionibus amaris offenduntur aliqui, ex ijs quæ iampridem enumerauimus, haud euidenter amara exhibe. Adhæc etiam chamæpityn, marrubium, enulam campanam, baccas lauri, caſiam, thymum, pulegium, carpeſium, cyperum, polypodium, irin, cnicum, rubiam paſtuam, ſpinam Aegyptiam cum pipere, æquis portionibus pondo diobolorum ſex, uel decoctum mentæ, uel radicis mori cremorem, uel elixationem, petroſelini, & id genus alia fragrantia ſemina. Extrinſecus aloën cum melino uinoq; adhibeto: hoc utiq; & appetitum excitat, qui ſummo uix ſtudio reparatur. Admiſcetur non raro aloæ, abſinthium: uel umbilicus felle taurino additis aliquibus amaris enumeratis expleatur: uel oleum rhododaphnes ubertim illinietur: uel cedrius liquor priuatim, aut cum cerato uniuerſo uentri inducatur: uel pix arida læuigata inſpargatur: uel mentam, aut melanthium cũ roſaceo adhibe: uel laſerpitij decoctum ipſis admiſce, † mali ue Perſicæ fõlia contrita cataplaſmate imponimus. Iam uerò medulla quoq; ceruina unguinis modo circa umbilicum, abdomen, imum uentrem & lumbos utendum. Ceratum inſuper illud, ſi res poſcere uidebitur, applicabimus: Aloës, abſinthij, farinæ lupinorum, ſeriphij, nigellæ, uniuſcuiuſq; diobolos ſex, ceræ unciam unam et dimidiam, chamæmelini quantum ſatis eſt, felle taurino, læuigantur quæ ſunt arida. Mulſa porrò crebrius id genus lumbricos habentibus eſt immittenda, ut dulcore mellis imeſcata eadem uentris animantia, ſubducantur per infernæ. Atqui ſi iam putrefacti in profundo, non excernantur, ſed uapores potius excitent, ſunt uel aloë, uel ex hac medicamento peramaro ſumpto ſubducendi: quandoquidem etiam in alijs neutiquam inutilis mediocris eſt alui hypelatis citata inanitio.

Forinſeca lumbricorum curatio.

fraxini

De tæneis lumbricis latis.

LAtus lumbricus eſt intraneæ ſuccingentis inteſtina membranulæ in corpus quoddam uiuum (ut ita dicam) permutatio, quod per partes interdum redditur, plerunque totum ſimul excernitur, incredibilem amplitudinis ſpeciem exhibens: diſſolutus hic non coaleſcit. Abundat quandoque in non febrientibus, quandoque febricitantibus per diuturnas ægritudines accidit, continuos ſtomachi morſus inferens, appetitúſque ad cibos intemperatos. Quod enim uiuificatum eſt in inteſtinis animal, eſcam ita obiectam deuorat, ut confeſtim alia opus ſit: quæ niſi præſtò ſit, arrodit inteſtina. Comitatur affectos corporis gracili-

tas

tas & imbecillitas cum inæqualitate. Infallaciſſimũ autem indicium eſt, ſi cum alui excrementis quædam ſemini cucurbitæ ſimilia excernantur. Curatio cum ſuperiore concordat, propinationes enim acres, & allioru̇ eſus, cõueniunt, filicis itẽ uel centaurij decoctio pota, et aluo enemate immiſſa: aut nepitæ, uel dictamni, aut pulegij. Infundenda eſt inſuper his interdum muria. Propinato etiam illud, quod neq; his qui alijs lumbricis conturbantur inutile, potiſſimè ſi liberi à febre fuerint: nitri rubei, piperis, cardamomi, par modus, exhibentur dioboli tres in uino aquá ue calida. Alius lin ctus: Piperis, baccarum lauri purgatarum, cymini Aethiopici, maſtiches, par pondus, mellis quantum ſatis eſt, præbitio eſt cochliarium unum, mane, & demittenti membra grabato. Quod ſi id efficacius reddere uolueris, nitri quoq; ruſi tantundem adijce. Aliter: Enulæ campanæ, ammo-
filicis niaci thymiamatis, † piperis, ſingulorum drach. quinq; cũ oxymelite calido: Per interualla potui dato euphorbij drachmã unã, uel geminas ætate perfectioribus. Aliud: Filicis acetabulũ, nitri drach. duas in cotyla aquæ præbeto, iam antea euocato. Præſtantius redditur adiecto ſcammoniæ momento. Aliud: Mali granati acidi radicum corticis extima ſemota parte drach. quatuor, piperis tantundẽ, cardamomi drach, ſex, marrubij duæ, in melle ei qui prius allia ſumpſerit, exhibentur. Cæterũ quò æger exactè à morbo uindicetur, theriacen, niſi uehemens febricula uetet, porrigito.

De Aſcaridibus. Cap. LVIII.

Aſcarides etiam, ceu modo præmonſtratũ eſt, lumbricorũ ſpecies ſunt, uermibus perſimiles, qui in extremis inteſtini recti & prima aſtrictiore ani parte (ſphincterе Græcis appellata) conſiſtunt, uehementem his partibus pruritũ inferentes. Quæ uentris animaliũ ſpecies, ex prauis alimẽtis, frigedine, ciborumq; corruptione prouenit. Euacuandi ſunt itaq; in pueris glandibus ex melle, cũ ſalis momento, aut nitri. In natu grandioribus, ex acri muria, uel centaurij elixatione cũ nitro & melle, uel colocynthidis, aut abſinthij, uel chamæleontis, uel anchuſæ, uel cnici, uel hyſſopi, uel pulegij, uel nepitæ, uel lupinorũ deniq; decocto. Poſt ablutionem rectũ inteſtinum ſubungendũ eſt, ſimplicibus quidem acacia, hypocyſtidéue, addito nitro, uel rhu Syriaco cũ liquido alumine. Sed quorũ aluus aſtrictior eſt, lemnio ſigillo cum uino. Cõpoſitis uerò, Andronis paſtillo, atq; id genus alijs. Liquor præterea cedrinus per clyſterem multis foraminibus terebratũ (cuius ſunt modi, quæ metrenchytæ nomẽ habent) infundendus eſt: uel carnem ſalitã ſcite adaptatã podici intrudemus, ligamentoq; adhibito, quamlongo ſuſtinere poſſit tempore ſinemus, atq; hoc ipſum identidẽ repetemus. In uniuerſum, omnes lumbricorũ infeſtatio-

Cauſa aſcaridium. Materiæ glandium.

ne

ne ægrotantes ichneumonis pili iuuant ſuffiti. Alimenta præbeantur probi ſucci, & quæ facilè concoquuntur & digeruntur: nec lumbricorũ effectricem materiã accumulant, neq; corporis robur labefactari permittũt. Proinde uinum exhibebimus ualde dilutum. Crebrius uerò cibaria ob hoc ipſum affectis largius præbeto, ne nutrimẽto deſtituti lumbrici, morſibus impetant, potiſſimũ aũt alendi tempus, cũ nondũ inaniti copiã adhuc alimoniæ habent. Quod ſi profluuiũ uentris adſit, ſciendũ eſt lumbricos magis redundare edulijs non diſpenſatis. Et iam ſorbiles ægrotantibus dapes miniſtrare conuenit, adiectis quibuſdam etiam adſtringentibus, quale eſt pirum, aut pomum, aut malum Punicum, præſertim acidum. Foris autem uentri adminicula, quæ alui retrimenta impediunt adſtringunt́que, ſunt applicanda, quorum ſylua ſuperius eſt enumerata.

De Dracunculis. Cap. LIX.

IN India, regionibusq; ſupra Aegyptum animalcula quædã uiua lumbricis ſimilia, dracontia ab animalis ſpecie nuncupata, in muſculoſis corporis partibus, puta brachijs, cruribus, ſuris. In pueris etiã in laterib. ſub cute cõſiſtunt, aperteq; mouentur: deinde ubi diutius extremũ aliquod dracontij remanſerit, locus ſuppurat, et aperta cute foris progreditur dracontij principiũ. Si trahatur, cruciatus excitat, maximè quando diſrumpitur. Cuius ergo laminã plumbeã appendendã dracontio quidã affirmant, ne uniuerſim, ſed particulatim graui plumbi pondere decidat. Alij uerò eã curandi rationẽ damnantes, propterea quod nihilominus grauitate plumbi dracontiũ abrumpatur, grauioresq; dolores concitet, præcipiunt membrum in aquã calidã eſſe immergendũ, quõ dracontiũ percalfactum foras prodeat, mox digitulis membratim extrahendũ. Soranus autẽ non animal planè principiũ, ſed neruuli alicuius ſubſtãtiã dracontiũ eſſe autumat, opinionẽ duntaxat animalis, eo quod moueatur inducentis. Cæterũ ſiue hoc, ſiue illud cuius ſuperius mentio facta eſt, fuerit, cũ Sorano, tum Leonidæ, tum etiã cæteris uiſum eſt, in his fotu calido, cataplaſmatisq; maturantib. eſſe utendum, nempe ex melicrato, farina triticea, aut hordeacea cõcinnatis. Emplaſtri præterea eiuſdem facultatis uſum interdũ approbãt. Ex re porrò uſuq; erit confectura è baccis lauri, & quæ ex melle conficitur adhibita. Ex horum nanq; remediorum uſu extincta iam dracontia, quod continetur corpuſculum excidit. Suppuratione autem facta, niſi exciderit, diuide cutem, & parte denudata, quod cõtinetur auferto, inſinuatisq; cuti linamentis conſentaneam puris opificem curandi rationem deinceps aggreditor.

LIBRI QVARTI FINIS.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

De mandragora. XLV
De aconito. XLVI
De ixia. XLVII
De ephemero. XLVIII
De taxo arbore. XLIX
De solano furioso. L
De sardonia herba. LI
De papauere corniculato. LII
De pharico. LIII
De toxico. LIIII
De fungis. LV
De sanguine taurino. LVI
De lacte cui admixtum est coagulum. LVII
De melle quod ad Heracleã nascitur. LVIII
De gypso. LIX
De cerussa. LX
De calce, sandaracha, & auripigmento. LXI
De spuma argenti. LXII
De plumbo. LXIII
De argento uiuo. LXIIII
De ueratro albo, thapsia, elaterio, agarico nigro, ruta syluestri, nigella, & pappis. LXV
De familiaribus & contuberna libus, uino & aqua frigida. LXVI

FINIS.

PAVLI AEGINETAE DE RE MEDICA LIBER QVINTVS, ALBANO TORINO Vitodurensi Interprete.

Quomodo se quis ab omnibus communiter uirus eiaculantibus uindicet. Cap. I.

E FERIS VENENVM IACVLANtibus tractaturi, ab id genus communiter omnibus exorsi, præcautiones primum quibus se ab illarũ iniuria quis tueatur, exequemur. Quocirca si urgente aliqua necessitate, somnum capere alicui, in locis ubi uenenatæ cõplures bestiolæ diuersari consueuerunt, contigerit, præsertim ubi salamandræ, aut phalan-

gia,uel ſerpentes aliqui magna copia degunt, obturanda ſunt ferarum luſtra allio cum aqua contuſo,uel alia quadam ex his de quibus agemus, herbula. Adolenda ſunt ſuffitus gratia cornua cerui,ungulæ caprarũ, aut pili,gagates lapis,bitumen,bdellium,galbanum,cupreſſi uel cedri ſcobes,nigella,peucedanum,uiticis foliã,nepita,ſagapenum,caſtorium,radix,cachryos,conyza,uel aliquid id genus aliud tetrum odorem ſpirans. Culices autem peculiariter arcent ſuffitus ex atramenti ſutorij, nigellæ ſylueſtris ſeminis cymini portionibus æquis,& ſtercus bubulum: adhæc etiam crebrior ignis accenſus:magna etenim ex parte beſtiolæ ignis ſplendorem fugiunt. Subſternenda eſt culcitra,ex albuco, nepita, uitice, pulegio, polio, conyza,abrotono. At ſi totius huiuſmodi culcitræ uſus nõ datur,imponenda ſaltem ſunt ſtratui. Attendere itẽm animum oportet eſculentis, quæ coctionem experiuntur, aquis, uaſisq; uinarijs, ut accuratè ſemper cooperiantur. Focus autem ſub arboribus quibuſdam non inſtruetur, maximè ſub picea aut pinu: in his enimuero ſalamandræ aut bruchi peſtilentes ſcatent,qui quum aliquem ignis teporem ſenſerint,decidunt in fercula,uel in alias patellas,ſi caſu non fuerint operculata. Sed quæ adhuc tutius ſeruare ſtudemus,eis cerotam liquidiorem illinemus ex cera & roſaceo,et galbani momento,& ramento cornu ceruini modico, aut cymino quoq; Aethiopico. Ab apibus uerò & crabronibus compungi prohibent folia maluæ, oleo læuigata & illita.

Culices profligantia.

Communis omnium qui uirulenti animalis morſu punctũ uelæſi ſunt,curatio. Cap. II.

QVod ſi contingat ab animante quopiã uirus iaciente,percuti aliquem aut morderi, acſutum exuctu utendũ eſt. Qui exuctionis munus obit, ieiunus non ſit, ſed uino etiam os colluat, & oleũ in eo contineat: deinde loco admittente,cucurbitulam cum plurima flamma ad morſum adhibe, proximaq; loca ſcarificato: uirus nanq; cum flatus ac ſanguinis attractione iuxtà educitur. Inurere uerò morſus,& ad cruſtã producere,adeoq; amputare expedit, ſi morſus feræ letalis ſit, ut aſpidis, ceraſtæ,uiperæ,& conſimilium,quemadmodum GALENVS memorat,uinitorem quempiam morſu à uipera petitum,ubi animantis naturam cognitam haberet,falce protinus digitum commorſum amputaſſe, periculum omnino euaſiſſe. Quod ſi uirus iam corpus ſubierit, ſanguinis detractione quamcelerrime utendum eſt, præſertim ſi morſus omnibus pariter humoribus ſcatere uideatur. Cum cibo edendum piper & alliũ præbeto. Potui uinumq; potens, quo recentibus uaporibus, caloreq; maturæ congruo corpus repleatur. Poſt hæc cataplaſma quod uulnus calfacere & exhulcerare:

Hiſtoria.

hulcerare possit, inducatur: cuiusmodi est cinis brassicæ, aut fici arboris aceto mixtus, aut lixiuio stillaticio, uel garo, & cæpe cũ polenta, paneue, & porri plurimum cum sale, uel pix liquida cũ sale calida, aut cedro, aut recremento caprarum. Competit præterea ipsis respersio aceti calidi, in quo nepita elixa sit, uel ex aceto & aqua marina, uel oxalme. Locis insuper ictis gallinæ superimponantur, & potius galli gallinacei, aliá ue animalia calida: uirus nanq; exugunt, & dolores leniunt. Vtendum & medicamentis emplasticis, sale, canchry, atq; adarce, & in totum quæ acrioris sint potentiæ. Cæterum omnibus communiter morsicatim punctimq; abestia uirulenta petitis, nisi partes profundiores omnino inoffensæ uideantur, ex uino propinanda seris est, uel erice, uel astragalus cum aceto, siue bitumen: paliuri similiter, aut rhu ueteris elixatio: uel mustelæ arefactæ drachmæ duæ, ex uino sumptæ, omniũ ore probantur: uel testudinis marinæ sanguis, uel castorij drachma, addito uino nimium diluto, uel libanotidis drachma, uel sicyoniæ radicis, aut porri cremor, uel chamæpitys, uel smyrnium, uel cinnamomum, uel aristolochia, uel uiticis semen, uel galbuli cupressi, uel seseli, uel piper, uel trifolij semen, uel baccæ lauri, uel cãcri fluuiatiles tã tosti, quàm elixi. Vtilis adhæc Theriace cõposita est eiusmodi.

Animalia imposita uirus extrahũt.

Theriace aduersus uenena, herbas toxicas, morsus uipe rarum, ictusq; scorpionum.

Bryoniæ, opopanacis, iridis Illyricæ, libanotidis radicis, zingiberis, singulorum drach. quatuor. aristolochiæ quinq;, thuris, rutæ syluestris, uniuscuiusq; tres, farinæ eruaceæ duas, uino redige in pastillos, & cum uino porrige triobolum. Purgatio deniq; omnibus proderit, & sudoris prorsationes, & theriaces eius, quæ ex uiperarũ carnib. cõstituitur, assũptio.

De rabiosi canis morsu, & aquæ metu. Cap. III.

SVper rabiosi canis morsu præ cæteris sermonem facere maluimus, quoniam id animantis frequens & contubernale est, rabieq; concitatur identidem, & uitatu perdifficilè, & periculum ex eo sit ineuitabile, nisi quis ope multa, atq; ad hanc rem factis utatur præsidijs. Corripiũtur aũt rabie canes in uehementiori æstu potissimè, sed ut Lycus memoria prodidit, interdum etiam quum intensissima sunt frigora. Rabidi autem cum esculenta, tum poculenta auersantur: sitibundi quidem sunt, potare tamẽ nolunt, anhelant quamplurimum, auriculas demittunt, sputum largum atq; spumosum eiectant, & sine uoce atq; amentes redduntur, adeò ut nedomesticos quidem agnoscant. Irruunt sine latratu in omnes, feras pariter ac homines, & nullo discrimine mordent. Vbi momorderint, nihil infestum primo, nisi pro uulneris ratione dolorem afferunt: temporis autem

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

rino, ſeu balſamo, uel alio quopiam eiuſmodi. Vel hulcera prius fota allio obſtruantur, hoc etiam cruſtam excitat.

Aridum rabidi canis morſui cruſtam inducens.

Salis foßilis drach. octo, chalcitidis ſedecim, ſcillæ tantundem, rutæ uiridis quatuor, æruginis raſæ totidẽ, ſemmis marrubij unã, utere primitus arido, quò cruſta inducatur: deïde cũ roſaceo, ut excidãt cruſtæ. Cuſtodiãtur aũt partes affectæ, ne cicatriceſcãt, dies ad minimũ quadraginta duos.

Cataplaſma ꝙd in rabidi canis morſu os hulceris diductũ ſeruat.

Cæpam cũ ſale & ruta more cataplaſmatis applicato, uel laſerpitium cũ ſale, uel ſalſamentum uetus, uel cinis ſarmentorum cũ oleo, uel allia, uel ſambuci folia, mentá ue, ſeu apiaſtrũ quodlibet per ſe, uel adiecto ſale: iuglãdes cũ cæpa, ſale, & melle, aut cinis ficuũ, cerato exceptus. Abluendũ uerò hulcus aqua qua in chamæmelũ, ſylueſtriſq; rumicis radix elixa ſint. Nec deſunt qui cauſterijs etiã ferreis hulcus adurunt. Potionandi ſunt affecti, ex ſimplicibus quidem lycio, abſinthio, ſucco laſerpitij, & trixaginis, ſcordio & polio. Ex compoſitis uerò potent, Cancrorum fluuiatilium, malleolorum uitis candidæ in uaſe cyprino aut æneo toſtorum cochliaria duo, gentianæ radicis læuigatæ cochliarium, cum uini meraci ueteris cyathis duobus, potui per quatriduum præbeto. Quidam ſanguinis perdicum cochliaria duo porrigunt. Cæterum cancri luna creſcente ſunt capiendi, priuſquam † ſol exoriatur. His qui aliquo die potionem intermiſerint, duplam poſtea portionem, aut triplam interdum præbeto. Quinetiam ex uiperis theriaca magna commoditate exhibetur. Purgandi autem ſunt quotidie medicamento ex ſicyonia, cũ ſaluiæ decocto, aut ſideritidis Heradeæ, quã aliâs Δυάλυσμ uocant, propinato. Sunt qui canis, qui morſum intulerit, hepar ad edendũ exhibent. Porrò uictus ratio eiuſmodi obſeruanda eſt, quæ ueneni uiolentiã pariter hebetet ac extinguat, ſimul et penetrationem ad interiora prohibeat. Vtrunq; aũt horũ præſtabit uini paßi meracioris, uetuſti, purioris, lactisq; potus, conſimiliter etiã allij, cæpis, & porri eſus. Si autem dictis adminiculis ob impedimentũ aliquod ab ipſo ſtatim principio uti ſuperſederit laborans, minimè permittendũ eſt quo caro circuncidatur, aut parti læſæ cucurbitulæ apponantur, aut hulcus denicq; ipſum aduretur, quum iam uirus altius penetrauerit: ſed metaſyncriticis potius adpellatis medicaminibus utendum, hydrophobica uidelicet affectione nondum oborta. Vincit purgatio ex hiera, & lacte ſciſſo. Sudoris item excitatio, dropaciſmus et ſinapiſmus particulatim per totum corpus adhibebitur. Efficaciſſimum tamen omnium auxilium helleboriſmi frequentior uſus deprehenditur.

Cinis clematinus.

ad oppoſitionem cum ſole peruenerit

Victus ratio.

Aduerſus

Aduerſus non rabientium canum morſus. Cap. IIII.

MOrſus uerò canum nulla rabie percitorum, quum & ipſi uenenoſæ cuiuſdam eſſentiæ ſint compotes, protinus acetũ irrorates, morſum expaſſa palma uerberato: deinde uerò nitrum cum aceto contritum deſuper ex alto deſtillabis, ſpongiamq; nouam aceto, aut ipſo aceto ſo nitro imbutã imponito per triduum, idipſum irrigans, nam omnino malum diſcutit: uel eruaceam farinam oleo maceratam impingito: uel ſpongiam nouam, lanã ſuccidam, aceto & oleo madefactam imponito. Vel rubi fõlia cum aceto contuſa ſuperinducito: aut cæpam cum melle ſubactam, uel origani coma, et ſale, æquis portionibus cum melle, uel marrubium nigrũ, quod & βαλλώτιω nuncupãt, adiecto ſale. Feruidis iam mordicibus, plurimum contulerit, ſi eruinam farinam melle maceratam impoſueris; quandoquidem peculiariter hiſce prodeſſe creditur. Sed eis qui iam inflammationem experiuntur, ſpumam argenti aqua contritam inungito.

De ueſpis & apibus. Cap. V.

QVi ab apibus percuſsi ſunt, eos dolor ictus comitatur, & rubor loci, cum tumore partium in ambitu ſitarum, aculeus in loco percuſſo relinquitur. Eadem quos ueſpa pupugit concomitantur, ſed intenſiora, præterquam quod ſpiculum ueſpa non relinquit. Succurritur autem utriſq;, ſi obliniatur locus luto, ſeu ſtercore bubulo, aut liquore ficulneo, uel ſycamori fõlijs læuigatis impoſitis, uel maluæ, aut etiam farina hordeacea cum aceto ut cataplaſma impacta. Fouendus præterea locus muria, uel aqua marina eſt.

De phalangijs. Cap. VI.

PErcuſsis à phalangio locus quidem ipſe quaſi ab impacto aculeo rubeſcit: neq; intumeſcens tamen, neq; per ambitum calidus, ſed mediocriter ſubrubidus eſt, perfrictionibus horret, & pruriginoſus eſt. Concomitatur autem à phalangijs percuſſos, frigiditas, tremor, totius corporis grauitas, ſudor gelidus, dolor intenſus, pallor, & continuus eijciendæ urinæ pruritus: quibuſdam uerò eiuſdem in expellendo difficultas, pudendi intenſio, oculi humentes & lachrymoſi, diſtentio rigorq; circa inguina & poplites, cõuulſionibus nõ diſsimilis, uellicatio ſtomachi uehementior, linguæ torpor obſcuritasq; ut impeditus reddatur ſermo, uomitiones aquarum, uel aranearum textis ſimilium. Neq; deſunt quibus per lotium aluumq; eadem feruntur, deſcendenteſq; in aquam calidam, dolorem nullum ſentiunt, mox ualidiſsimè dolitant. Præſenti ita affectis præſidio eſt, forinſecus cinis ficulneus appoſitus, cum ſale trito in uino maceratus: uel radix ſylueſtris mali Punici contrita, uel malum terræ cum farina hordei

Comites ictus phalangii.

aceto

aceto immersum. Marina aqua calidiori fouenda sunt hulcera, aut apiastri decocto, cuius etiam folia pariter sunt inijcienda. Lauacris insuper frequentibus indulgere utile est. Vtendum iam potionibus, quæ ex abrotoni constant semine, anetho, aristolochia, cicere syluestri, cymino Aethiopico, baccis cedrinis comminutis, platani cortice, trifolij herbæ semine, & fructu myricæ: horum uniuscuiusq; drach. duas cum uini cyatho potui dato. Et uiridium cupressi galbulorum decoctum cum uino temperatum. Sunt qui cancrum fluuiatilem in succum redactum addito lacte, & apij semine exhibitum, præsentaneam opem conferre asserunt.

De araneæ ictu. Cap. VII.

EST quoddam etiam araneorum genus, quod ubi hominem pupugerit, ualidus circa medium præcordiorũ labor excitatur, rubor itidem & lotij expellendi difficultas sequitur, quandoq; etiã suffocatio quædam. Leuantur autem icti hisce remedijs: Cymino syluestri Thebaico, uel uiticis semine, & populi albæ foliis epotis, uel allia sola sumpta, conferũt: uini insuper meracioris sorbitio ab omni periculo subtrahit.

De scorpionis ictu. Cap. VIII.

INflammari confestim à scorpij ictu percussúq; locus incipit, durusq;, & ruber ac distentus, supraq; modum rigidus cum dolore redditur, & nunc quidem feruor, mox etiam algor alternatim occupat: quandoq; sequitur dolor, qui itidem alternis nunc meliuscule habet, mox iterum intenditur & recrudescit. Accedit insuper sudor, horridus quidã sensus, tremor, & extremarum corporis partium frigus, extolluntur inguina, uere trumq; extenditur, sæpius item feruntur cum strepitu per sedem pedes, rigent pili, discolor cutis redditur superficies, dolorq; tota percipitur cuticula tanquam ex acu pungente. Succurrit autem efficacissimè quam primum instillatus uulneri ficulneus cremor. Ipse etiã qui percussit, plaga sua dissipatus, attritusq;, & impositus scorpius: Post hæc salem tritum cum lini semine, & altheæ herbæ, qui hibiscus est, semen imponito. Subuenit & sulphur uiuum terebinthina resina exceptum. Prodest pariter & galbanum emplastelli more extensum, & parti affectæ impositũ: nepita quoq; læuigata, & cataplasmatis modo imposita: & hordeacea polenta uino cõfecta, & in rutæ decocto exhibita. Neq; minore efficacia succurrit semen trifolij herbæ, tritum uulneri inditum. Præterea potionandi sunt his satis efficacibus: Aristolochiæ drach. duobus, præcipue corticis cum uino, gentiana tusa, pulegioq; ad summum elixato, lauri baccis numero decem læuigatis, & nepita diu multumq; cum posca elixa. Cõfert etiam cyperis, cum uino sumpta. Similiter & ruta, & ficulneum lac, & laserpitij, si ad

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

De mure araneo. Cap. XII.

MVris aranei morſum conſequuntur dolores pulſatorij, rubores ſecundum unumquodq; dentis ueſtigium, ueſicæ circa morſum ſanioſo humore turgentes exurgunt, liuorem contrahunt propinquæ partes omnes, detractaq; puſtulæ cuticula, candidum apparet hulcus, ad membranas enim neruoſas laceratur. Ad hæc depaſtione his quæ ſerpũt nõ abſimili orta partes corruptæ decidunt. Accedunt poſthæc grauiſſimus inteſtinorum dolor, lotij reddendi difficultas, gelidiq; ſudoris undiq; fluxus. Succurrit autem ipſis ex galbano ſplenium emplaſtellum per ſe, uel tritũ ex aceto impoſitum, uel hordeacea farina cũ oxymelite cataplaſmatis modo impacta. Quinetiam ipſe araneus mus, qui morſum inflixit, diſſectus, ſuoq; uulneri impoſitus, ſubuenit: & pyrethrum emplaſtri more adhibitum, malicoriaq; dulcis mali Punici decocta, uel malua ſylueſtris, allia itẽ trita, & ſinapi læuigatum cum aceto. Præterea cõmendatur ex calida muria facta fomentatio, deinde ex hordeo combuſto concinnatum cum aceto cataplaſma. Salutare eſt in potu propinare abrotonum cum uino decoctũ, uel ſiſymbrium, uel ſerpyllum, uel herbam erucam, uel galbanum, uel ſaluiam, uel cupreſſi molliores galbulos cum oxymelite, aut pyrethrum cum uino, aut chamæleontis radicem, aut coagulum hœdinũ agninuḿue, gentianæ radicem, ſeu uerbenacam: cæterum eadem cataplaſmatis quoq; modo impingitur. Murem etiam ipſum qui momordit in pollinem contritum cum uino hauriunt. Prodeſt medicamentum etiam illud, myrrhæ pondo drach. ſex, corticis ariſtolochiæ quatuor. Cæterum cõtra aranei muris & ſcolopendræ morſum, ſales cum liquida pice emplaſtri modo illinito, uel liquorem cedrium addito melle, uel allium cum fõlijs ficulneis, aut cymino, uel folia nepitæ, ſeu hordea, adiecto etiam aceto.

Medela morſus muris araneꝰ.

De uiperæ maris & fœminæ morſu. Cap. XIII.

AUipera quĩ mare, tum fœmina, uel id genus alijs animalibus uenenum relinquentibus demorſos, intra principia ſtatim dolor in loco morſu compuncto, inde in uniuerſo corpore cõmitatur. Apparent autem bina in uulnere foramina perexiguis admodum interſtitibus inter ſe ſpacijs, unde à principio ſanguis ſanioſus, aquoſuś que humor defluit, deinde oleoſus, in omnibus indiſcriminatim uiridi æruginis colore, quod ferarum eſſe uenenum quidam autumant. Conſequuntur tumores circa ictum rubicundi ac luridi, pallor corporis, uertigo, reſolutio ſtomachi, animi deliquium: nonnullis uomitiones bilioſæ, mictionis anguſtiæ: inſurgunt præterea iuxta locum haud aliter atque in ambuſtis puſtulæ.

Accidentia morſus anguis & uiperæ.

Occupat & hulcus depascendo serpens, progrediens ad finitimas partes, cruentantur his etiam gingiuæ, accedit his tremor, sopor, seu capitis grauitas, & frigidi sudores. Minore uerò periculo euadere creduntur, qui ab echidna, id est, fœmina, quam qui ab echi, hoc est, mare fuerint icti, sed minus etiam ex ijsdem periclitantur, qui nutrimentum præsumpserunt. Cæterũ in medendo efficacissimum præstat auxilium allij esus, meracioris q; uini potio adeò, ut si quis eius sustineat usum, alijs sanè nullis opus habeat præsidijs. Comedant etiam porros, cæpas, & salsamentum acerrimum, quidã ranarum ius, ipsas q; decoctas in cibo dederunt. Conducunt hæc quoq; in poculis cum uino singula, marinæ testudinis sanguis exiccatus cum cymino syluestri, leporis hinnuli ue triobolari pondere coagulum, aridi ceruini genitalis drachma, anchusa tenui folio tota: hanc uerò aliqui etiã pro amuleto, collo suspendunt: porri liquoris dimidiatæ heminæ mensura in melicrato, foliorum apiastri succus, & ruta syluestris, contubernalium gallinaceorum cerebrum, panacis radix cum uino decocta, agarici drachma, baccæ iuniperi, asphodeli radix, pistacia læuigata, uiticis semen, æ refactæ mustelæ inueteratæ drach. duæ, echini cum radix, tum liquor, cancri non tam fluuiatiles quàm marini, cum priuatim, tum adiecta pediculari herba, quam Græcè staphidagriam nuncupant, saleq; & polio, mali terræ radix cum myrrha, & gentiana, baccarum lauri æqua portione melle excepta.

Curatio de morsorum a uiperis et anguibus.

acetabulum Oribasii remediũ efficacissimum.

Mirificum porrò cõtra uiperæ morsum Oribasij illud, Anisi † in aceto tincti, piperis cuiuslibet drachmæ quatuor, aristolochiæ corticis, opij, castorij, myrrhæ, uniuscuiusq; drachma. Passo diluta ad fabæ Græcæ magnitudinem informato, habita cuiusq; uiriũ ratione cũ uini immodice diluti cyathis tribus exhibeto. Aliud ex Lyci commentarijs medicamentũ ad uiperarum morsus efficax: Myrrhæ, castorij, piperis, sandarachæ, singulorũ drachma, seminis anethi acetabulum passo trita exhibe. Aliud ex Archigene: Cancros uiginti cum sufficiente farina triticea in mortario summa cura contundito, nepitæq; salisq; nonnihil confundito, redige in pastillos, et arefacito. In usu uerò cataplasmatis modo cũ lacte impingito, unũq; cũ mulso potui dato. At si ad manũ fluuiales, inquit, cancri non sint, marinis utitor. Extrinsecus uerò opem strenue uiperinis morsibus fert stercus caprillũ plagæ cum uino illitum: uel lauri folia cocta cũ oleo, aut baccæ lauri, aut nepita, erice, ruta, apium, abrotonum, galbanum, splenij modo iniectum, origanum uiride læuigatum: pulli gallinacei discerpti ac calidi etiamdum admoti. Adglutinanda insuper crebro erui farina in uino macerata, raphani cortex læuigatus, scilla elixa, polenta hordeacea ex oxymelite, cucumeris syluestris folia cum tenuissimo hordeaceæ farinæ pol-

Quæ foris adhibenda sunt in uiperæ morsibus.

line

line, sex uini pariter cum tenuissimo hordeaceæ farinæ flosculo: ruta, sale, melleq; adhibitis, furfures elixi in aceto, cinis cũ aceto, cedrius liquor addito sale, pix liquida itidẽ adiectis salibus. Foueri locũ trifolij decocto expedit, aut elixatione pulegij, seu muria acida. Vbi uerò uesicæ sanguinolentiæ euaserint, ipsas confestim scalpello exasperabis, ita ut cutem non detrahes: mox inde largiore aqua foueto, atq; lenticulam coctam cum melle donec sanitatem recuperent, illinito. Cæterũ ex uiperis confecta antidotus peculiari quadã efficacia in huiusmodi morsib. pota et imposita opitulatur.

De Amphisbæna & Scytale. Cap. XIIII.

COmparia omnino in amphisbænæ, & scytales morsibus usuueniunt. Remedia sunt igitur ipsis eadem, quocirca priuatam descriptionem, sortita non sunt.

De Dryino, Galeni uero præfatio. Cap. XV.

VItam dryinus in radicibus quercus agit, tam malefica parataq; ad nocendum ui, ut si quis calce modò eum premat, cute hominis pedes denudet, & totis cruribus tumorem laxũ ac spatiosum inducat. Ferunt præterea quod maiori admirationi futurum est omnibus, nudari cutem manus pariter eorum, qui curationem eius tractauerint: & si quis pœnam ab eo illatæ iniuriæ sumpturus, bestiolam perimere tentauerit, tetri admodum odoris fluxum emittere, suoq; graueolenti odore omnium aliorum odorum sensum tollere. Ab hoc animalculo percussis, circa morsus locum cum rubore tumor excitatur, & emergunt in ijsdem partibus orbiculatim pustulæ, defluit aquosæ saniei aliquãdo humor, urgent morsiones stomachi, & circa umbilicum torsio. Succurrit dryini morsibus cum uino pota aristolochia, trifoliũ item herba, & hastulæ regiæ radix parimodo sumpta, & quercus cuiuscunq; glandes concisæ ac potæ. Ilicis itidem radices tusæ, locoq; icto cataplasmatis more impositæ auxiliantur.

De Hæmorrho & Prestere, quod est Dipsade. Cap. XVI.

AB hæmorrhi morsu graues statim dolorum uexationes insurgunt, & ex cruciatus continuitate breuia strigosaq; reddũtur corpora, multus etiam erumpit ex morsu sanguis: & quicquid est toto corpore cicatricum rumpitur, & sanguine manat, cruenta egeruntur excrementa. Et qui effluit sanguis in minimos quasi globulos densatus est. A pulmone sanguinem extussiunt, euomentes auxilio destituti ut conclamati pereunt. A dipsadis morsu æstus intolerabilis premit, sitisq; adeo indomita ac pertinax, ut neq; satiari, neq; intermitti queat, poculentaq; affatim ægri hauriunt, eadẽ tamen sitis perpetuò excruciat, haud aliter quàm Dipsas.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ueternosi,& malisoporis delationi obnoxij. Erasistratus iecur, & uesicam,& laxius intestinum ipsis affecta esse prodidit. Dissectis nanq; eorũ corporibus,corruptæ quodammodo eædem offenduntur partes. His igitur lactucæ semen cum semine lini cataplasmatis instar impositum succurrit:necnon & satureia læuigata,& ruta syluestris,& serpyllum cũ aspho delo tritum. Potui autem quamprimum centaurij radicis drachmæ duæ cum uini cyathis tribus,uel mali terræ radix itidem,nasturtumq; pariter & gentiana salubriter exhibentur. Curatio.

De Ceraste & Aspide. Cap. XIX.

TRes aspidis esse species GALENVS testatur,nam unã ex eis Cherseam,id est,terrestrem nuncupat,alteram chelidoniam,tertiam ptyada.quæ omnium pernicioſissima est: siquidem erecto in anteriorem partem collo, ex interuallo longitudinem quod satis fore coniecerit emensa,uenenum in hominis corpus iaculatur. Hanc ferunt Aegypti reginam Cleopatram, quum deuicto Antonio, Augustum uictorem timeret,ne in seruitutem se & triumphalem abriperet pompam,sinistræ mammæ feriendæ admouisse,ab eaq; demorsam occubuisse. Ita enim mortem longe celerrimam inuehit. A ceraſtis porrò morsu locus cum duritie in tumorem attollitur,& pustulas agit,ex icto autem loco fluit aquosa sanies, quãdoq; nigra,interdum subpallida,& colore porraceo: uniuersum uaricum modo corpus tumet,pudenda arriguntur,mente capiuntur,oculorum caligo exoritur, conuulsione tandem rigentium modo decedunt. Ab aspide ictis uulnus his quæ acu puncta fuerunt,simile,exiguum admodum, & absque tumore apparet. Sanguis non multus, sed pauxillus & ater destillat, caligo subita oculorũ acies obnubilat,uniuersoq; statim corpore multiplex, sed leuis,nec sine uoluptate lãguor urget. Proinde scite Nicander cecinit: Acuir perit absq; labore. Cleopatræ interitus. Aspidis morsus.

Color demorsi permutatur atque uiresci,aliquantulus oris uentriculi morsus infestat, frons perpetuò conuellitur, palpebræ absque sensu, quasi in somno uacillent, contremiscunt, & interhæc mors inuadit, uix diei quadrantem immorata. Vtrisque igitur his ocyssimè mutilatio succurrit. Quam ob causam mature pars icta si fieri possit, à reliquo corpore amputetur,aut confestim omnis circumsecanda ad os usque in uulneratis partibus, illisq; adiacentibus caro est,deinde etiam quæ supersunt cauterijs persequenda. Horum nanq; uirus ueluti & Basiliſci, haud aliter quàm lac bubulum in arterijs sanguinem ac spiritum perniciſsimè congelat.

De Basi-

De Basiliſco. Cap. XX.

HAec fera in mortalium conſpectum rarenter quidem uenit. Eraſiſtratus uerò tradit, quum Baſiliſcus momorderit, plaga ſub aureo colore fulget. Eiuſdē ictibus ſuffragari putat caſtorij, ſi potentur, drachmas treis, ſimiliterq; papaueris liquorem. Nos uerò horum nihil experientia comprobauimus.

De paſtinaca marina, & Muræna. Cap. XXI.

INter has quæ in mari degunt feras, paſtinacæ quidē & muræne cognitio omnibus liquidò patet, nobiles enim atq; omnibus cogniti piſces ſunt. Morſibus autem horum ſuccurrunt ſucci ficulnei ſtiriæ quatuor, uel paulò plures, cum foliis ſerpylli tribus aut quatuor potæ, & quæ aduerſum uiperæ morſus remedio ſunt.

De dracone marino. Cap. XXII.

MArini draconis ictus plumbo confricandus eſt, uel trito ſerpyllo, lenteue decocta, aut ſulphure cum aceto obſtruendus, uel ipſo dracone diſſecto. Locus percuſſus hominis urina fouendus. Dandum inſuper abſinthium in diluta uini potione, uel ſaluia, aut ficulneorum ſurculorum ex dulci uino dilutum, aut piſcis ipſius cerebellum.

De ſcorpio marino. Cap XXIII.

ICtui ſcorpionis marini medetur mullus diſſectus, & impoſitus, ſulphur igne intactum cum aceto infricatum, baccæ lauri tres tritæ, & in potu ſumptæ.

Præparatio ſanguinis teſtudinis marinæ. Cap. XXIIII.

TEſtudinis marinæ ſanguis ad reponendum hoc modo præparandus eſt: In ligneo fictili uaſe ſupinam teſtudinem inclinato, eiusq; caput protinus amputato. Congelatum autem ſanguinem in plures particulas per harundinem ſecato, impoſitoq; uaſi operculi inſtar cribro ad ſolem collocato, arefactum uerò auferens in uiperarum morſibus, quemadmodum traditum eſt, utere, drachmis duabus cum ternis aceti cyathis.

De Crocodili ictibus. Cap. XXV.

ADuerſus crocodili ictus, nitrum cum melle læuigatum, tantiſper dum bulcus repurgetur, imponito, mox melle, butyro, medulla cerui, adipe anſerino impleto. Porrò GALENVS *teſtatur à crocodili morſu percuſſos adipe ipſorum uulneribus impoſita, exactè periculo liberatos cognouiſſe.*

De hominis morſu. Cap. XXVI.

NOn à noſtro inſtituto alienum fuerit, cum uenenatis animalibus

hominis

hominis quoq; morsus describere, siquidem longe pernitiosiores cæteris vulceribus uidentur, quicunq; ab hominibus inferuntur morsus, præsertim si ieiunus momorderit, priusq; legumina pro cibo sumpserit, maximè lenticulam. Ea propter quæcunq; communiter alijs uirulentis prodesse docuimus, eadem in his quoq; extrinsecus morsui inter principia adhibere conueniet, exceptis nimiũ acribus, & deurentibus. Priuatim uerò morsu prius oleo perunctio, fœniculi radicem cum melle tritam ut cataplasma impinge: uel fabaceam farinam cum posca & oxyrhodino emplastri modo impone, identidem immutans. Emplastro autẽ utere ex squamæ æris, galbani, æruginis, uniuscuiusq; uncia, ceræ libra, plumbaginis libris duabus, olei sextario: Plumbago cum oleo prius elixata æruginem assumet et squamulam, ubi coierint quæ liquefiunt, adijciuntur. Postquam uerò inflammatio quieuerit, ueluti comunne uulnus, hæc etiam curato.

De uenenis. Cap. XXVII.

Postquam de uenenum ictu morsú ue relinquentibus bestijs compendio tradidimus, consentanea ratione sermonem de uenenis quoque aggredimur. Simplicia quidem persequentes, & horũ significationes remediáq; præsentanea tum communia, tum peculiaria. Cõposita autem de industria præteribimus. Sunt etenim, qui uariorum lethaliũ medicamentorum compositiones confecerint, quæ legentibus officere plus quàm prodesse possunt. Neq; enim indicia horum exacta in his qui assumpserunt deprehenduntur, ut quis ipsis conueniens applicet auxilium. Quum autem hæc uaria, ex ea quæ in ipsis præpollet facultate conspiciantur, fortasse id etiam quod administrabitur, quispiam uarium sedula præpensione accommodans, modò ex æquo, modò ut præualeat medendi obibit operã. Auspicandum igitur etiam hic denuo loci à methodo præseruatiua est.

De præseruatione uenenorum. Cap. XXVIII.

Inter ea quæ de letalibus uenenis traduntur, ea quæ de præcautione agit ardua magis ac difficillima species est, propterea quod qui uenenis homini insidiantur clanculum, tanto astu id machinantur, ut peritißimo cuiq; facilè imponant: quoniam uenena amaritudine, admixtis dulcibus spoliant, & odoris grauitatem odoramentorũ mixtura adimunt. Nõ raro ceu ad leuandam ualetudinem, opisq; ferendæ gratia in ægritudinibus hæc propinare creditis, puta absinthium, abrotonum, opopanacem, castorium, quibus uenena permiscent, etiam in cibarijs nempe solidioribus, uel obsoniorum uarietate compinsentes ipsa exhibent. Quam ob causam, qui in istiusmodi suspitione fuerit, condita elaborataq; cibaria omnia uitare debet, omnesq; intensas gustu qualitates, quæ ex dulcibus uidelicet sal-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ſabuntur, decrementum eius hebetantia, præſertim oleum, quod euidenter ex eo datur argumento deprehendere. Si quiſpiam cantharide, aut calce aqua non extincta, aut quauis acriore alia re cutem exhulcerare ſtatuerit, is ſi prius oleo præunxerit corpus, non exhulcerabitur: imò neq; ſpiſſarc, ſi antea oleo oblitum fuerit, corpus poteris. Vomitus præterea non ob id modò quod uacuet, et noxiũ humorem educat, ſalutaris eſt, ſed quod aſſumptum interim uenenum, odore, coagulatis grumis, colore arguit. Odore quippe & amaritudine cicutam, colore ceruſſam et gypſum, globulis concretis lac, uel nuper iugulati animalis ſanguinem: uiru autem, & materiæ qualitate, & odore, leporem marinum, & rubetam ranã prodit, ita ut per hæc facilè ad accommodata ſingulis remedia iter pateat. Oleo autem maluæ decoctum admiſceatur, uel adeps anſerina, uel pinguium carnium ius, uel gallinaceorum, uel lixiuium ex lignorum cinere factum. Facit item ad hoc nitrum cum hydromelite tritum & hauſtum, & uinum uetus copioſe potum, & quæ ex adipe & butyro conſtant. Deiecto uerò per uomitũ quod hæſerat in aluo, acerrimo clyſtere reliquias in inteſtina delapſas educemus. Poſt hæc uerò propinandum eſt lac, nam quod moleſtum eſt & uirulentum, facilè ab illo permutabitur. Dantur inſuper quæ communi dote cunctis uenenis accommodata ſunt remedia: cuius generis habentur, rubrica lemnia, abrotonum, agaricum, irion, radix eryngij, paſtinacæ erraticæ ſemen aut nepitæ, nardum Celticam, caſtorium, uiridis ferulæ medulla, nerij, quod rhododendron appellant, flores, uel rhododaphnes, marrubij cremor, ſilphium, eiuſq; liquor, ſagapenum, panacis, aut peucedani ſuccus & radix, ariſtolochia longa, rutæ ſylueſtris ſemen, Betonicæ (quam ceſtron dicunt) fõlia, ſingula cum uino drachmæ unius pondere. Cõfert inſuper & polij elixatio, & pix liquida in ecligmate ſumpta. Egregie uerò præter cætera opitulantur antidota prædicta, & magis adhuc ex uiperis concinnata theriaca, uerùm neutiquam eandem poteſtatem habent, quum letalibus uenenis ſuccedunt, & quum eadem anteuertunt. Quæ enim antidoti quantitas præſumpta ſufficeret cõtra afflictionem & calamitatem, quas uirus comites habet cauendam, idem antipharmacũ poſt ueneni hauſtum adauctum in quadruplum, aut quintuplum exhibitum iuuit: neq; id ſemel modò per diem, ſed bis, ita enim ad miraculum uſq; in arte præclaro uidetur ipſi quoque GALENO.

Vomitus uſus.

Enumeratio ſimplicium uenenorum.

Cap. XXX.

EX uenenorum catalogo, animalia mortifera hæc ſunt: Cantharis, bupreſtis, ſalamandra, picearum eruca, lepus marinus, rana rube-

Animalia exitioſa.

Semina letifera.

Liquores mortiferi.

Radices uirulentæ.

Plantæ capitales.

Animalium partes.

Metalla.

Importunitas uini & aquæ.

ta, & muta paluſtris rana, hauſtæ hirudines. Ex ſeminibus: Apollinaris herba, coriandrũ, pſyllium, cicuta, nigella. Ex liquamentis autem meconium, quod opium dicunt, carpaſi liquor, opocarpaſon Græcè uocatum, thapſia, elaterium, & mandragora. Ex radicibus: Chamæleon, aconitum, thapſia, ixia, helleboris, agaricum atrum, & ephemeron, quod colchicum nonnulli à Colchide ubi naſcitur appellant. Ex ramoſis & holeribus capitalia ſunt: Smilax, quam aliqui thymion, Romani uerò taxũ appellant, ſolanum furioſum, quod & dorycnion dicitur, ſardonia herba, quæ ranunculi ſpecies eſt, corniculatum papauer, pharicum, toxicum, ruta ſylueſtris, & fungi. Ex animalium uerò partibus: Recens taurinus ſanguis, coagulatum lac, melq; in Heraclea Ponti genitum. Ex metallicis: Gypſum, ceruſſa, calx, auripigmentũ, ſandaracha, ſpuma argẽti, adarce, plumbum, & quod nomen obtinuit argentũ uiuum. Ex ijs quæ in uſu quotidiano habentur, uinũ liberalius à balneo ſine interſpiratione potum, aut paßum, uel aqua gelida conſimiliter.

De Cantharide. Cap. XXXI.

HIs qui cantharidas hauſerint, notæ accidũt omnium grauiſſimæ, nam ab ore fermè ad ueſicam uſq; cuncta morderi ſentiuntur, guſtu, picem aut ſimile quiddã cedrio liquori reſipiunt, inflammantur in dextra parte præcordia, urinam ægerrime emittunt, ſæpiusq; per eam ſanguis fertur. Quinetiam excernuntur per aluum ſtrigmenta haud aliter atq; dyſentericis, animæ deliquijs, ſatietate & ſtomachi faſtidio laborãt, & uertiginibus concidunt, poſtremo abalienantur mente. Succurrit ipſis uomitus citatus cum hydrelæo, & lactis potus, cretæ cimoliæ drach. quatuor, cum mulſa: nuclei pinei, cucumeris ſemen, ius bubulũ pingue, uel anſerinum, & ouinum. Carnes præbeantur gallinaceorum, aut agninæ, uel ouillæ, uel porcellorum deniq;, flacceſcentes longiore coctura, & pingues cum lini ſemine elixæ. Vinum largum & dulce, thuris corticis drach. quatuor. A cibo ducenda aluus eſt, iniecto clyſtere ex ſucco oryzæ, uel chondri, uel tragi, uel ptiſanæ, uel maluæ, uel ſeminis lini, uel altheæ, uel fœnogræci. Quandoq; mulſa cum nitro abſterſo inteſtino, oportet hæc rurſus infundere: Poſtea uerò inflammationem experta, præſidio ex ſemine lini, ac hordeo mitigare, intra initia nanq; ſtatim offendunt. Deinde dulcium aquarum balneis utendum. Vtile fuerit deniq; ipſos ungento cum irino, tum roſaceo potionari.

De Bupreſte. Cap. XXXII.

QVi bupreſtidem potauerunt, uiroſo nitro ſimile quiddam in ſapore ſentire uidentur: urget ſtomachi & alui grauiſſimus dolor, in-

turge-

turgeſcunt eædem partes difflatæ, ut in cutem ſubeuntibus aquis: totoq; corpore cutis extima intenditur, lotiumq; ſupprimitur. Opitulantur autẽ his eadem quæ hauſtis cantharidibus opem ferunt, priuatim poſt uomitiones et purgationes, quas clyſteribus molimur, ficus aridæ in cibo remedio ſunt, & cum uino pota earum decoctio, uel cum lacte hauſta, uel œnomeli te: pirorum omne genus eſſe, & lac muliebre potare expedit.

De Salamandra. Cap. XXXIII.

SAlamandram qui hauſerunt, linguæ inflammationem ſubeunt, & ad ſermonem linguæ impedimentum, & cum torpore quodam reſolutioneq; aliqua tremorem, pallorq; corporis partes aliquas per ambitũ inficit, perennẽteq; ueneno diutius, ſæpenumero putrefactæ defluũt. Quibus præſtabimus cuncta, quæ contra cantharidas inſtituta ſunt: priuatim uerò illis exhibebimus reſinam piceæ, uel pinus, aut galbanum cum melle, uel nucleos pineos cũ chamæpityos decocto, uel urticæ folia cum lilijs & oleo decocta. Conducũt etiam oua teſtudinis marinæ, aut terreſtris elixa: rarum item eſculentum ius, cũ quibus pariter eryngij radix decocta ſit.

De picearum eruca. Cap. XXXIIII.

PIcearum erucam hauſtam comitatur illico oris & palati dolor, linguaq; inflammatio uehemens, ſtomachi, aluiq;, & inteſtinorũ dolor, cum pruriginoſo tenſionis ſenſu: corpus uniuerſum æſtuat, ciborum faſtidiũ urget. Quibus eſt ſuccurrendũ haud aliter, quàm qui cantharidas deuorauerũt, peculiariter tamen ſimplicis olei loco Melinũ exhibebimus.

De lepore marino. Cap. XXXV.

QVi leporem marinum potu ingeſſerunt, corruptis piſcibus ſimilem in guſtu uiroſum ſaporem ſentiunt, progreſſu deinde temporis aluus intenſo dolore afficitur, lotiũ ſupprimitur, etſi quando eruperit, purpureum colorem refert. Omne piſcium genus auerſantur & odio habent. Exudant graueolentia & ſanguini promiſcua. Quibus opis ferendæ gratia lac aſininum, paſſum'ue cõtinue exhibendum eſt, uel radicis maluæ foliorumq; decoctum, uel peucedani radix trita cum uino, uel ueratri nigri, aut ſcammoniæ ſucci drachma in aqua mulſa, ſuoq; calore adhuc tepens anſerinus ſanguis. Solos fluuiatiles cancros, ſi ſuſtinere queant, offerre conuenit. Indicium autem ſalutis eſt, quum piſcibus quoq; ueſci poterint.

De rubeta rana'ue paluſtri. Cap. XXXVI.

RVbeta ſeu paluſtris rana deuorata, tumores corporis cum pallore buxeo intenſo concitat. Superaccedunt ſpiritus difficultas, grauis animæ orisq; fœtor, & ſingultus, quandoq; inuoluntarium ſeminis pro-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

atq; hæc ſingula cum uino ſumpta, conferũt. Quies porrò imperanda his eſt, ut, uelut ebrij uillum edormiunt, ſomno concoquant.

De Coriandro. Cap. XL.

NEquit ob odoris uehementiam latere coriandrum, uocem autem hauſtum denſiorem ac ualidam reddit, furorem inducit ebrietati non abſimilem, turpia dictu qui hauſerũt, blaterant, totoq; corpore odorem coriandri ſpirant. Succurritur infectis, ſi antea, ut præmonſtratũ eſt, uomitione oleo aut irino citata uirus eduxeris, merum unà cum abſinthio; & per ſe epotũ, ouaq; euacuata, in ſeipſa detrita cũ muria abſorpta: quin ipſa ſeorſim quoq; muria in eundẽ uſum potãda eſt. Prodeſt etiã ſalſum ius, ex gallina et anſere, atq; paſſum deniq; admixto lixiuio ſumptũ.

De pulicaria herba. Cap. XLI.

PSyllium, potatum toti corpori algorem & torporem cum † exhul ceratione animiq; triſtitia infert. Cui omnia conueniunt, quæ contra coriandri hauſtum remedio ſunt. † exolutione

De Cicuta. Cap. XLII.

CIcutæ potus tantam oculis caliginem offundit, uertiginemq; excitat, ut ne minimum quidem eminus poſſint cernere, ſingultũ cit, amentiam inuehit, & extremarum corporis partium frigiditatem: deniq; ſuppreſſo à motu omni in arteria ſpiritu, conuulſione ſuffocantur qui cicutam hauſerint. Quam ob cauſam inter initia ſtatim, ueluti in alijs decretũ eſt, uomitui operam dantes, cicutam excutiemus. Poſtmodum euacuatione facta, quod ad inteſtina prolapſum eſt excernamus: tũ deniq; ad id quod primas in hac prouincia tenet adminiculũ deueniemus, meraci potus per interualla propinantes, in quibus profuerit lac bubulum uel aſininum potui datum, uel abſinthium cum pipere communi et caſtorio, rutam itidem & mentam cum uino: & cardamomi, uel ſtyracis drachmam, uel piperis cum urticæ ſemine ex uino, uel lauri teniora fõlia: ſilphium itidem et laſer cum uino & paſſo exhibebimus. Quinetiam uinum dulce ſeorſim potatum abundè proficit

De papaueris ſucco, quem Meconion uocant. Cap. XLIII.

PApaueris ſucci (qui opium dicitur) potum, ſequitur cataphora, quæ ſopor quaſi ueternoſus eſt, cum tam uehementi algore & pruritu, ut ſæpenumero inualeſcente ueneno tãta erumpat prurigo, ut ab ea qui id potarũt excitentur. Odorq; opij per totũ corpus exhalat. Succurrendũ his eſt, poſt citatũ oleo uomitũ, et acrioris clyſteris infuſionẽ aceto mulſo. Melle inſup cũ roſaceo calido, et meri multũ cũ abſinthio, & cinnamomo, & aceto

Opium totũ corpus graueolens reddit.

& aceto calido per se præbendum, nitrum itidem cum aqua, rutæq; semen
piper cum pipere, † origanum cum castorio & oxymelite: uel satureiæ, uel origani decoctum cum uino. Oportet etiam eos qui papaueris liquorem potarint, naribus odoramentis adhibitis excitare, & in calidum solium deducere, fomentisq; ob enatam prurigmem fouere. A lauacro confert iurium esculentorum pinguium usus cum uino aut passo. Proderit etiam medulla cum oleo pota.

De Carpesiæ succo. Cap. XLIIII.

ET carpesiæ succus in potione haustus, soporem grauiorem, præcipitemq; strangulationem inducit. Opem his sentiunt, quibus, qui cicutam biberunt, succurritur.

De Mandragora. Cap. XLV.

SOpit etiam protinus graui somno, potamandragora, comitaturq; exolutio, inexpugnabilisq; somni necessitas, nihil à morbo quem lethargum nominant, dissidens. Proficit priusquam aliquid eorum accidat, uomitus, à uomitu mulsa, & nitrum, & absinthij decoctum cum passo aut uino dulci sumptum. Caput rosaceo & aceto irrigandum. Corpus excitandum & commouendum. Iuuat olfactus piperis, sinapis, castorij, rutæ tritæ in aceto, liquidæ picis, non tam accensi, quàm extincti lucernarum funiculi odor. Quod si difficulter excitabuntur, quæ sternutamenta eliciunt, admouere: alijsq; communibus auxilijs aduersus mandragoræ haustum uti conuenit.

De Aconito Cap. XLVI.

AConitum repente inter bibendum cum adstrictione quadam linguam edulcorat, uertigines, præcipue in assurgendo offundit, humiditatem oculorum cit, grauitatem pectoris & præcordiorum inducit, & crebri spiritus consequentes deflantur. Quocirca in huius curatione, ueneni educendi gratia ciendus est uomitus, & ducenda clysteribus aluus. Vtemur etiam ad expellendum uirus aconiti, potionibus origani & rutæ, uel marrubij cum uino, uel absinthij, uel erucæ, uel abrotoni, uel chamæleæ, aut chamæpitheos. Expedit præterea aconito infectis, liquoris balsami drachma cum uino, coagulum itidem hœdi, uel leporis, uel hinnuli cum aceto. Prodest etiam ferri recrementum, aut uinum in quo ferrum, uel aurum, uel argentum candens extinctum sit. Lixiuia insuper cum uino confert. Confert itidem elixæ gallinæ, uel carnium pinguium cum uino epotum. Chamæpitys priuatim aduersus aconitum succurrit,
Chamæpitys. quæ in Heraclea quidem Ponti, ubi aconitum prouenit, holocleros nuncupatur, Athenis uerò didonia, in Euboea sideritis.
Holocleros.
Didonia.

De Ixia.

De Ixia. Cap. XLVII.

Ixias, quæ ulophonon quoq; uocatur, inter potandum ocymo quiddã simile guſtu & odore præfert, uehementem linguæ inflammationem & amentiam excitat, omnes retrimentorum uias obſtruit, & cum animi deliquio ſtrepitum latratumq; inteſtinorum ac uiſcerum ſuſcitat, neq; tamen uel tantillum excernitur. Opem his præſentaneam adfert poſt uomitionem, aluiq; deiectionem, potum cum largiore uino, aut aceto, uel oxymelite abſinthij dilutum. Rutæ ſylueſtris ſemen, uel laſeris radix, necnon hircinæ origani decoctum, cum aliquo ſupradictorum, aut lacte, aut reſina terebinthina, aut nardo, uel caſtorio, uel laſerpitio, quorum ſinguli oboli cum uino expediunt. Et iuglandis nucis nuclei cum uino læuigati, aut reſina, rutaq;, ita ut ſingula pondo drachmã æquent. Cõferunt itidem oleaſtelli herbæ † drach. duæ, uel bini ſucci thapſiæ denarij, cũ mulſa, & acetum deniq; calidum per ſe potum. oboli bini

De Ephemero, Cap. XLVIII.

Si quis ephemerũ, quod colchicum aliqui, quia in Colchide naſcitur, aut ſylueſtrem bulbum appellant, in corpus acceperit, prurigimem uniuerſo corpore ſentit, non ſecus quàm ij, qui urticæ aut ſcillæ irritamentis laceſſuntur. Mordentur interea, & cum ponderoſa grauitate ſtomachus æſtuat. Inualeſcente dein morbo, cruenta ſtrigmentis mixta per aluũ ſecedunt. Quibus ſanè non aliter atq; ijs qui ſalamandrum hauſerunt, uomitionibus & clyſteribus ſuccurrendum eſt, priuſquam uenenum inualeſcat. Exhibenda eſt potui foliorum quercus, aut glandium, aut malicoriorum, aut ſerpylli elixatio cum lacte, aut ſanguinalis herbæ ſuccus, aut palmitum uitis, rubi ue, uel tenerarum ferularũ medullæ, myrti ue cũ uino. Quin baccæ etiam myrti tuſæ, friatæ, & in aqua maceratæ, earum diluto, liquoréue epoto, præſenti remedio ſunt. Efficax pariter eſt medius caſtanearum (quas glandes Sardonias dicunt) liber, cum aliquo prædictorum ſuccorum hauſtus. Vtilis quoq; eſt origanus, ſi cum lixiuio in potu ſumptitetur. Eximiè uerò priſtinæ ſoſpitati reddũtur, aſininũ, bubulum ue lac bibentes, aut ſi in ore modò contineant atq; uolutent, adeò ut ſi huius lactis adſit copia, nullum aliud deſideretur remedium.

De Taxo arbore. Cap. XLIX.

Arbor quæ ſmilax, & à quibuſdam thymion, à Romanis uerò taxus appellatur, pota, algorem uniuerſo corpori inducit, ſtrangulationes, & celerem interitum infert. His qui eam hauſerunt, eadem remedia, quæ cicutæ in potu ſumptæ, auxiliantur.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

De Toxico. Cap. LIIII.

VIdetur quidem toxicum inde nomenclaturã mutuaſſe, quod Barbari ſagittas cuſpidesq; ſuas, quæ toxeumata appellãtur, eo inficerent. Conſequuntur eos qui ipſum biberint, labiorum & linguæ inflammationes, incoêrcita inſania, uarijs mentem perturbans imaginibus obuerſantibus. Quocirca per ardua eorum eſt curatio, raroq; ad priſtinam incolumitatem perducuntur, qui toxicum hauſerunt. Vinculis ergo cohibendi, ut curæ ſubijciantur, & uiolentia quadam cogendi, ut paſſum cum roſaceo potent, tum ut uomitionibus reddant. Raporum ſemen itidem cum uino potatum. Peculiariter ualet quinquefolij radix, & ſanguis hircinus, atque caprillus compari modo epotus. Ad hæc cortex quercinus, aut fagi, & ilicis cum lacte tritus. Mala etiam cotonea comeſta, uel cum pulegio conciſa, & aqua bibita: præterea amomum, & balſami cum uino ſemen. Neq; unquam, niſi longo tandem ſpatio temporis conualeſcunt, ita tamen, ut qui iam periculis defuncti ſint, lectulo diu decumbant: & ubi ſurrexerint, †ſtupore cõſternati, nec mente ſatis conſtantes reliquo uitæ curriculo degunt. †tabefacti

De Fungis. Cap, LV.

FVngorum alij genere, alij nimietate officiunt: omnes tamen ſumpti, præfocationes ſtrangulationibus & ſuſpendio ſimiles concitant. Quibus abſq; dilatione quamprimum ſuppetias ferre communi ſubſidio conuenit. Oleo igitur ad uomendum, qui fungos hauſerunt, cogantur. Mirabiliter autem iuuantur lixiuium, ex uitium ſarmentis, & pyraſtri ligni cinere percolatum cum poſca, ſaleq; aut nitro potantes. Proſunt & pira ipſa ſylueſtria, aut folia una cum fungis elixa: ſiquidem quam habent fungi ſtrangulandi uim, auferunt, eademq; menſa auxiliantur. Conferũt præterea gallinarum oua decocta, & in poſca ſumpta, addita mali terræ drachma, uel abſinthij cum uino. Prodeſt mel linctum, & cum aqua potum: apiaſtrum itidem cum nitro, uel panacis radix, ſemenq; ex uino: fex item uini deuſta cum aqua, & flos æris cum aceto: raphanus quoq; aut ſinapi, aut naſturtium eſu proficiunt. Sed quoniam fungi quidam à uenenatis beſtijs corroſi non tantum ſtrangulant, ſed etiam inteſtina exhulcerant, exhibendum in eo diſcrimine largius abſinthium, & ficuum originiq; decoctum. Aqua porrò mulſa & uomitus inde petitus, deſcenſus item in calidæ aquæ ſolium, hordeacea deniq; polenta præcordijs impoſita, confert.

De ſanguine taurino. Cap. LVI.

SAnguis tauri recens mactati potus, ſpiritus anguſtiã & ſtrãgulationem ingerit, tonſillarũ gutturis & ingluuiei meatus, nõ ſine ualida

neruorum conuulsione obturans. Inuenitur autem horum lingua rubra, dentes corrosi, & inter eorum commissuras coagulati sanguinis globuli. Nõ tentandæ in hoc periculo uomitiones sunt, densantibus magis in stomacho grumis, quoniam uomitionis attractione in sublimia trahũtur, eleuanturq;. Exhibenda uerò sunt, quæ coadunati sangninis concretionẽ discutiendi, aluum deijciendi naturam obtinent. Grossi itaq; succo turgentes, cum posca & nitro præbentur. Conducit huc etiã omne coagulum cũ aceto, pariter & laseris radix cum suo liquore, itidem & brassicæ semen, & ex siculneo cinere lixiuium, conyzæq; fõlia cum pipere, & ranunculus cum aceto. Aluus præter hæc subducetur. Solenne est his qui periculo defuncti reduces sunt, per inferna teterrimi odoris excrementa reddi. Stomachum aluumq; hordeacea farina & mulsa delibutã reddere, expedit.

De lacte coagulato. Cap. LVII.

EOs qui lac cui admixtum est coagulum hauserunt, uniuersa ac frequens suffocatio corripit, eo quod in grumos quosdam coalescit. Quibus iuuandis antidoti loco, coagulum cum aceto exhibeas, & sæpius id sumere compellas. Succurrunt etiam nepitæ fõlia arida, item eorundem
aceto *succus, aut laserpitij radix liquorue cũ posca. Thymus itidem addito † uino, & lixiuium luto traiectum aut uino factum, salsilago nulla admittetur, ne magis lac coêat, & in caseum densetur. Vitandæ in hoc malo uomitiones sunt: siquidem hærens in uentriculi angustijs conglobatum in grumulos lac, ad exitum eluctando suffocat.*

De uenenato melle, quod in Heraclea nascitur. Cap. LVIII.

QVi mel in Heraclea Pontica natum comederint aut biberint, eisdem planè incommodis obruuntur, quibus qui aconitum hauserunt, quare eadem, quæ relata in aconito, conueniunt. Saluberrimo autem remedio existit, qui id deuorauerunt, aquæ mulsæ, admixtis rutæ fõlijs, continuus potus.

De Gypso. Cap. LIX.

GYpsus hausta in lapidem durescens, strangulationem procreat: proinde eadem auxilia quæ contra fungos competũt, huc transferre cõuenit. Inter quæ maluæ decoctum olei uice præbetur: pingue enim quum sit, lubricumq; uomitum inducens, interiora non patitur deradi corpuscula, quod lapidescens gypsus efficit. Expedit oleum cum aqua mulsa & ficuum decoctio, uel ex siculneo cinere, aut sarmentitio factum, cũ largo uino lixiuiũ. Quinetiã origanũ, aut thymũ cũ lixiuio siue aceto: Passũ deniq; & maluæ decoctũ hoc modo affectis per clysteres infundẽda sunt.

De Ce-

De Ceruſſa. Cap. LX.

CEruſſa ſuo ſe prodit indicio, utpote cuius color celari non poteſt: nam uoluntarie ſumpta, palatum, linguã, interſtitium quæ ſe dentes contingunt, niueo candore inficit. Singultus præterea cit, tuſſim, linguæ ariditatem, artuum frigiditatem cum delirio & mentis perculſione, corporisq; torporem, motumq; difficilem ingerit. Quo in periculo conſtitutis aqua mulſa utiliter exhibetur, aut ficuum, aut maluæ decoctum, aut lac calidum, aut ſeſamum in uino ſolutum, aut ex uitium ſarmentis luxiuium, aut amaracinum oleum, aut irinum. Et perſicorum oſſa cum hordei decocto, uel thus, uel prunorum gummi, uel qui in ulmorum ſoliculis continetur liquor cũ tepida aqua, ſed ab unoquoq; euomant. Confert etiã thapſiæ ſuccus, uel ſcãmonij cremoris triobolus cũ aqua mulſa potatus.

De Calce, Sandaracha, & Auripigmento. Cap. LXI.

DIfferuntur alui & interaneorum cum grauiſſima mordicatione doloribus, qui calcem, ſandaracham, & auripigmentum hauſerint. Præbentur igitur omnia, quæ eis frena imponere & ſoluere poſſint, quæq; pariter † mitigent, aluumq; lubricam reddant: cuius farinæ, bibiſci & maluæ ſuccus eſt, ſeminisq; lini decoctum. Aut tragi, aut oryzæ. Quin etiam lac cum mulſa liberalius ſumptũ, iuraq; eſculenta pinguia, quæ inculpatum ſuccum generent.

† facilem nomitum

De ſpuma argenti. Cap. LXII.

STomacho, aluo, & inteſtinis ingentem grauitatem cum grauiſſimis circa umbilicum torſionibus ingerit ſpuma argenti potata: præterea pondere nonnunquam ſuo inteſtina ſauciat, ſupprimit lotium, intumeſcit ſumentibus eam corpus, & plumbeo colore inficitur, deformitatemq; concipit. Confert igitur à uomitione ſtatim ſylueſtris † horminij ſemen cũ uino potui dare, myrrhæ itidem drach. octo, abſinthij, hyſſopi, aut apij ſemen. Prodeſt etiam piper, uel † cyperi flores ex uino potaſſe: columbarumq; agreſtium fimum ſiccatum, cum nardo, uinoq;.

† terebinthi

† cypri

De plumbo. Cap. LXIII.

COmparia planè his qui plumbi ramentum, uel loturam hauſerũt, accidũt: iiſdem itaq; remedijs, quibus ſpumæ argenti ſuccurritur.

De argento uiuo. Cap. LXIII.

ARgentum uiuum nõ ſecus quàm ſpuma argenti potatum afficit. Similibus igitur auxilijs utriq; ſubueniendum, lac tamen liberaliter hauſtum, peculiarius ipſis uidetur ſuccurrere. Sed euoment etiam illi.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

HYPOTHESIS
LIBRI SEXTI.

In hoc uolumine totius operis sexto, omnis Chirurgia exponitur, quæ tam carnis, quàm ossis uitia considerat, inq; fracturarum & luxationum explicatione concluditur.

CAPITA LIBRI SEXTI.

Procœmium in artem medendi, quę administratione manuũ absoluitur. Cap. I
De combustione, quæ capiti illippientibus, ægre spirantib. & elephanticis adhibetur. II
De affectione Hydrocephala, hoc est, aqueo humore in capite concepto. III
De arteriarum incisione. IIII
De uasorum disectione, quę angiologia uocatur, eorumq; adustione. V
De frontis incisione, qui hypospatismus dicitur. VI
De syncipitis quadam incisione, quem periscyphismũ appellant. VII
De consutione superioris palpebræ, alijsq; modis. VIII
De ustione palpebrarum medicamentis facta. IX
De Leporario oculorum affectu, qui Logophthalmon dicitur. X
De sutura & adustione per medicamenta. XI
De Ectropio. XII
De euulsione pilorũ palpebrã irritantium, quam anabrochismum uocãt, & adustione per ferrum. XIII
De uesiculis palpebræ, quę Grę cè hydatides dicuntur. XIIII
De palpebris coalescentibus. XV
De grãdinibus, palpebræ tuberculis, quæ Chalazia dicũtur. XVI
De uerrucis & inangularibus tuberculis, quæ Græcè Acrochordones et encanthides dicuntur. XVII
De Pterygijs, hoc est, oculorum unguibus. XVIII
De uuarionibus oculi seu staphylomatis. XIX
De oculo suppurato, quod hypopion dicunt. XX
De suffusionibus. XXI
De ęgilope abscessu oculi. XXII
De auditorijs meatib. nõ peruijs. XXIII
De ijs quæ inauditorium meatum inciderunt. XXIIII
De Polypis. XXV
De Curtis, quæ colobomata dicuntur. XXVI
De epulidibus & parulidibus gingiuarum abscessulis. XXVII
De dentium euulsione. XXVIII

De ancy-

De ancylio, id est, incuruatione, aut retractione linguæ q̃ laborantes ægre sermonem faciunt. XXIX
De tonsillis. XXX
De uua. XXXI
De spinis gulæ infixis, eximendis. XXXII
De gutturis incisione. XXXIII
De abscessu. XXXIIII
De strumis. XXXV
De seuationibus, pultationib. & mellifauijs, quę Græci steatomata, atheromata, & melicerides uocant. XXXVI
De aneurysmate, id est, dilatatione. XXXVII
De Hernia gutturis, quã bronchocelem appellãt. XXXVIII
De ganglio. XXXIX
De uenarum sectione. XL
De cucurbitularum impositu. XLI
De adustione axillæ. XLII
De adnatis digitis & sedigitis. XLIII
De suppuratorum adustione facienda. XLIIII
De Cancro. XLV
De maribus quibus perinde ac fœminis mammæ turgescũt. XLVI
De iecoris adustione. XLVII
De lienis adustione. XLVIII
De stomachi adustioue. XLIX
Aqua intercutem qua ratione educatur. L
De ijs quibus prominet umbilicus. LI
De abdominis membranæ uulneribus, deq; intestini, uel omenti prolapsu. Inibiq; uentris resarciendi ratio ex GALENI commentarijs, tradit. LII
De recutitis. LIII
De hypospadiæis. LIIII
De phimo, hoc est, glande præputio præcluſa. LV
De præputio glandi adhærescente. LVI
De circumcidendis. LVII
De thymis naturalium. LVIII
De syphone & clystere uesicæ immittendis. LIX
De calculo. LX
De partib⁹ circa testiculos. LXI
De hydrocele, id est, hernia aq̃sa. LXII
De carnoso tophaceoramice. LXIII
De uaricoso ramice & flatuoso. LXIIII
De hernia intestinorum. LXV
De bubonocele, hoc est, inguinis ramice. LXVI
De scroti laxatione, quam rhacosim dicunt. LXVII
De ratione faciendi eunuchũ. LXVIII
De hermaphroditis. LXIX
De nymphe amputanda & caudatione. LXX
De muliebrium locellorũ thymis, cõdilomatis, & hęmorrhoidibus. LXXI
De muliebrib⁹ genitalibus nõ perforatis, & phimo. LXXII
De uteri abscessu. LXXIII
De fœtuũ extractione, & excisione, LXXIIII
De secundis relictis. LXXV
De coxarum adustione. LXXVI
De fistulis & fauis. LXXVII

De ani

De ani fistulis. LXXVIII
De hæmorrhoidibus. LXXIX
De condylomatis seu tuberculis & rimis. LXXX.
De ano nõ perforato. LXXXI
De uaricũ excisione. LXXXII
De dracunculo. LXXXIII
De extremarum partiũ amputatione. LXXXIIII
De unguiũ pinnulis, quæ pterygia dicuntur. LXXXV
De ungue collisso. LXXXVI
De clauis, formicis, et uerrucis. LXXXVII
De telis extrahẽdis. LXXXVIII
De fracturis, et quæ sint ipsorũ differentiæ. LXXXIX
De fracturis in capite. XC
De cerebri mẽbranæ inflamatione. XCI
De naribus fractis & contusis. XCII
De inferiore maxilla cõfracta, & aure collisa. XCIII
De fracta clauicula. XCIIII
De scapula. XCV
De pectore. XCVI
De costis. XCVII
De coxendicibus & pubis ossibus. XCVIII
De uertebris, spina dorsi, et osse sacro. XCIX
De brachio. C
De cubito & radio. CI
De summa manu, ipsiusq; digitis. CII
De femore. CIII
De genuum patella. CIIII
De tibia. CV
De pede summo. CVI
De instauratione carnis. CVII
De fracturis, quæ cum uulnere accidunt. CVIII
De immodici fracturarum calli superexcrescentia. CIX
De distortorum membrorum concretione. CX
De fracturis quæ non occalescunt. CXI
De luxatis. CXII
De inferiore maxilla. CXIII
De iugulo & summo humero. CXIIII
De humero luxato. CXV
De cubito. CXVI
De brachialis & digitorum luxationibus. CXVII
De spinæ uertebris. CXVIII
De coxæ luxatione. CXIX
De genu luxatione. CXX
De malleoli luxatione, inibiq; etiã de pedum digitis. CXXI
De luxationibus cum hulcere. CXXII
De luxatione cum fractura. CXXIII

FINIS

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

nulli aduſtiones capiti infligunt. Vnam in anteirore parte ſupra id quod ſynciput nuncupatur. Alterã paulo hac inferius ſupra frontem tamen ubi capilli finiunt. Tertiam ad occipitiũ, Binas reliquas iuxta oſſa quæ ſquãmata adglutinamenta uocantur paululum ſupra aures. Vnam ex his, late re dextro, alteram leuo. Vt pluribus ſquammis detractis humorum copia craſſitudoq; perſpiratu ab imis partibus capitis deriuata extrahatur, atque ita luminibus nihil detrimenti inferat. Lieni quoq; aliud ferramẽtum inuſtoriũ adhibetur, quo principi melancholici recrementi membro percuti inductam cruſtulam ſuccurratur.

De affectione Hydrocephala hoc eſt aqueo humore in capite concepto. Cap. iii.

QVum humor quĩ eſſentia aquoſus eſt, capitis cutem inflat, morbus peculiariter hydrocephalus nuncupatur. Accidit autẽ infantibus ſecundum illico partum, capite ipſorum ab obſtetricibus inſcite preſſo, uel ex abdita cauſa, uel ex uaſis, uaſorumue ruptura, & ſanguine qui effunditur in ocioſam quandam ſubſtantiam conuerſo, uel cum materia ob meaculorũ raritatem in aquam euadit, ſeq; inter cutem et caluariæ mẽbranã (περικράνιον Græci uocãt) recipit. Aut enim hãc caluariæ pelliculam & cutem uel membranam caluariæ & os, uel os & membranam cerebri humor intercedit. Quibus igitur inter cutem et membranam quæ caluariã uelat, humor colligitur, tumor tractabilis comitatur, concolor, doloris expers, in ſublime incuruatus, qui exigua parte ad digitorũ cõpreſſionẽ ſubſidens facilè cedit, rurſumq; leuatur. Quibus uerò inter caluariæ membranam & os humor conſedit, cætera quidem reſpondent, tumor uerò durior multo exiſtit, ac tardius cedẽs, utpote pluribus, etiam ſuccumbens partibus, maioreq; cruciatu afficit. Quibus uerò humor cerebri membranam & os interiacet, tumor quidem exiſtit, ſed non adeò mollis, neq; niſi uiolenter cõprimatur, cedens. Siquidem infantium os recens adhuc compactum quum ſit, facilè cedit, ac potiſſimum ubi rarefactis futuris humori exitus datur. Id quod uel inde ex facili cognoſcitur, quod quum ex aduerſo locus impellitur, humor ex conſtrictione in altum refugit. Dolorem hi maiorem ſentiunt, caput uniuerſum diſtrahitur, frons ipſis foras prominet, fixis luminibus intuentur, perpetuoq; illachrymãt. Quibus ſanè tanquam conclamatis manus curatio denegãda eſt. Tametſi Chirurgicorum nonnulli terebratione undiq; adacta os exemerint, ueluti in capite de fracturis capitis referemus. Quum uerò cuti & membranæ caluam tegenti humor interiacet, cum puſillo tumore, una inciſione per mediũ traſuerſim caput ſecandum eſt. Si inter pericranium & os humor cum gran-

diore tumore conſtiterit, duas per mediũ ſe mutuo ſecantes diuiſiones moliemur. Si grandior adhuc tumor emergit, ternas, H literæ figuram æmulantes. Poſt manus curationẽ, exempta humoris colluuie, cõcerptis linteolis inſertis ſcite deligabimus, & in tertium uſq; diem œnelæum inſpargemus. Poſt hæc faſcijs reſolutis emmoto mederi ſtudebimus. Si os longiore temporis ſpacio carnem contrahere cunctetur, parcente manu radetur.

De arteriarum inciſione. Cap. IIII.

IN diuturnis oculorum defluxionibus, & uitio uertiginoſo arterias poſt aures ſecare ſolemus. Tõdẽda igitur prius poſterior capitis pars, & notanda digitis. Ex loci etenim pulſu arteriæ ſitus ex facili deprehendetur. Mox ipſam ad os uſq; diuiſione duos digitos lõga incidere cõuenit, quæ ſcriptorio tamẽ atramento antea fuerit inſignita. Si uerò arteria ſubtus percipi nequeat, interuallum triũ circiter digitorũ, ab auribus metiendum eſt: atque ita manu iniecta, arteriæ per tranſuerſum incidantur, tantiſper dum pulſatorius ſanguinis fluor abunde fluxerit, diuiſa caluariæ membrana, ne extenſione inflammetur, raſoq; oſſe cuneolum ex panniculo uulneribus inſeremus. Deinde modo per linamenta medicamine imbuta curandi utemur. Si etiam hic os carne non recepta nudum manſerit, ſimiliter raſura adhibenda eſt.

De uaſorum diſectione, quæ angiologia uocatur, eorumq; aduſtione. Cap. v.

IN doloribus qui alteram modo capitis partem exercent, tam diuturnis quàm breuibus et acutis cum calido & acri in oculos fluxu, itaut temporum etiam muſculi cum tumore incaleſcãt, uaſorum capitis diuiſionem omnes approbarunt. Detonſis igitur primũ temporũ capillis, locoq; calfacto, uel collo conſtricto, uaſa digitis notabũtur. Si hoc modo eadem in conſpectũ uenerint, atramento ſignabimus. Cutem à lateribus leuæ manus noſtræ digitis, ſãmuliq; leuabimus, ipſiusq; uenã linea leuiter incidemus. Mox ubi totã penetrauerimus, hamulis oras excipiemus, inſtrumentisq; ad id factis, hanc denudatam undiq; abſolutam ſuſpendemus. Et ſi tenuis fuerit, retuſo hamulo, ſubiecto et circuntorto uno in loco præcidemus, ita ut partem ipſius quandã apprehendamus. Si uas amplum fuerit, acus cui duplex filũ ſubiectũ fuerit, uel linum crudum, uel tale quippiam haud imbecille, trãſmittenda eſt. Venaq; primum in rectum ſcalpello diſſecata, ſanguineq; quantum opus eſt, fuſo, in utraq; extremitate quod denudatum eſt lino uincere, et partem quæ intercepta eſt, uel illico, ubi ſoluetur abſcindere ac tollere conuenit. Sunt qui cauterijs mucronatis uaſa abſq; inciſione ad multam profunditatem adurãt. Poſtquam manuũ opera abſoluta eſt

dicerptis

diſcerptis filatim linamẽtis aridis uulnere oppleto ſplenioq; ſuperaccommodato, deligãdum eſt. Poſt ſolutionem uerò, quum uidelicet uincula deligaturæ computruerint atq; exciderint, carnem generantibus aridis, & linateolo exceptis, cicatriciq; inducendæ idoneis medicaminibus curationem quæ reſtat, abſoluemus.

De frontis inciſione, qui hypoſpatiſmus dicitur Cap. VI.

AB inſtrumenti ſpecie nomẽ Chirurgiæ inditũ eſt. Vtendũ autem hypoſpathiſmo in ijs in quorum oculos defluxio multa & calida deſcendit, et uultus ruber apparet, & in fronte ſenſus quidam ac diſcurſio uermium modò aut formicarum percipitur. Detonſis itaque primum iuxta frontem capillis mandabimus ægro, ut inferiorem mãdibulam commoueat. Muſculorumq; ad tempora motum uitantes, treis lineas in fronte rectas paribus inter ſe ſpacijs diſtantes ſecabimus, quarũ ſingulæ longitudinem binorum digitorum æquent, altitudine uſq; ad os tendãt, trium inuicem digitorũ interuallo diductas. A ſectione hypoſpathiſterem ſpathám ue ſubter inijcientes, à ſiniſtri temporis linea ad mediam uſq; incipiemus. Totum illud ſpatium quod interiacet unà cum caluariæ membrana excoriantes. Deinde rurſum ſpathulam à media inciſione ad reliquam adigemus. Mox ſcolopomachærij aculeati cultelli aciem imprimam ſectionem conijcientes, ut acies eius interiori cutis carni, retuſa pars oſſi accommodetur, uſq; ad mediam lineam adigemus, ut omnia à capite ad oculos deſcendentia uaſa, non tamen uſq; ad ſummam cutem ſecemus: rurſumq; à media ad extremam ipſum demittemus, ſimili modo uaſa amputantes. Poſt uerò mediocrem ſanguinis inanitionẽ, expreſſis acurate grumis, tria linamenta cõtorta ſingulis lineis ſingula inſinuabimus, linteoloq; cõplicato aqua imbuto ſuperaccommodato deligabimus. Poſtero die œnelæo non hulcera modò, ſed temporum etiam muſculi, auresq; inflammationis ergo inſpergantur: tertio die reſoluentes plurimo fotu utemur, & Baſilico roſaceo diluto linamentis madẽtibus inſertis reliquam curationem proſequemur.

De ſyncipitis quadam inciſione, quem periſcyphiſmum appellant. Cap. VII.

QVibus complures altæq; uenæ copioſum ad oculos fluxum demittunt, his periſcyphiſmus adhibendus eſt, quod malum indicia comitantur huiuſmodi: Primũ quidem offendes lumina hoc morbo laborantium alimentum non ſentire, parua et ad intuitum impotentia, hirquis ipſorum corroſis, palpebris exhulceratis, pilis defluis, lachrymæ adhæc tenues admodum, & cum caliditate acres, tormentũ in capitis pro

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

hirquum tendentem perducimus, ſolius cutis altitudine, poſt eam aliam lunarem adhibemus, initio ibidem accepto ubi prior obelo ſimilis linea coeperat, adeò ſurſum tẽdentes, ut omnem ſuperuacuam cutẽ circũ ſcribamus deſinentesq; ſimiliter ibidem ubi commemorata linea. Deinde cum cutis duabus lineis circumſcripta myrtaceum fõlium imitetur, in angulum qui ad dextram noſtram ſpectat, hamulo infixo, cuticula hæc uniuerſa excoriãda eſt. Mox uibicibus ſpongia deterſis, tribus aut quatuor ſuturis uulneris oras cõmittemus, à media inciſione auſpicãtes, ſic ut acus in interiore illa ſectione defigatur, filũ autem ex lana ſit. Superfluum eius amputantes, non prope ſuturas, ſed ut trium circiter digitorum longitudo ocioſa ſuperſit, quam ad frõtem retractam aliquo emplaſtro gluten habente adglutinabimus, palpebræ pilos mucrone acus à ſuturarum nexu liberabimus. Modus hic quidem curationis, quæ manuum opera adminiſtratur communis & tutior eſt. Sunt qui excoriationem planè deuitent, eóque poſt illam ſubtus factam lineam palpebria uulſella, hoc eſt, ſpecillo ad palpebræ rotũditatem figurato, ſuperfluam cutem ſcalpro eleuatam excidunt, fibulasq;, ut dictũ eſt, inijciunt. At ſi in parte modo aliqua palpebræ ex pilis oriatur ſtimulatio, illi etiã ſoli manus opera adhibenda eſt. Poſt hæc pãniculis implicitis, poſca irrigatis ac ſuperaccommodatis, deligabimus, ad tertiũ uſq; diẽ dilutiore poſca ipſam imbuentes particulam, tertioq; die ligaturã ſoluemus, ac ſuperfluis filorum partibus amputatis palpebris uel croco, uel glaucio, uel aliquo prohibente inflammationem collyrio oblinemus: uerbi cauſa, ex croco roſisq; compoſito. At ſi inflammẽtur fibulæ emplaſtrum etiam aliquod lene ſuperimponendum & ueluti lacte inſtillato oculũ placabimus, relaxatas poſtmodũ fibulas præcidendo extrahemus. Nouimus ipſi quendam, qui palpebra, ut comprehenſum eſt, excoriata, ſuturas minimè adhibebat, ſed cicatricẽ inducente medicamento curationẽ proſequebatur. Plaga enim ad cicatricẽ perducta, palpebra particulatim ſublata pilos in exteriorem partem inclinare cogebat. Non ſecus etiam alius quidã neque excoriatione palpebræ, neq; externis duabus ipſius inciſionibus utebatur, ſed interiore tamẽ ducta linea uel digitis uel hamo rugas palpebræ ſubleuabat, duabus item harundinulis uel reciſamentis bracteis quibusdam, palpebram longitudine, ſcalpellum uerò anguſtiũ latitudine æquantibus, totã ſuperuacaneam cutem mediam interceptam extremis utrinque reuinctis oris ipſius, cõſtringebat. Atq; ita tota poſterior cutis alimentum non ſentiens, eoq; emoriens, intra decem aut quindecim ad ſummum dies unà cum arundinulis aut lamellis illis bracteis abſque ullo ferè cicatricis veſtigio excidebat. Hiſtoria.

De ustione palpebrarum medicamentis facta. Cap. IX.

VStione palpebrarũ cũ medicamentis adurentibus, prisci omnes, ut paucis expediam, resspuerunt, quum ob medicamenti acrimoniam oculis infestam, tum quod ex immodica adustione logophthalmica nascitur affectio, qua quum bient palpebræ, qualicunque ex occasione oculorum acies offenditur. Quandoquidem uerò multi pilorum punctionem usq; experiuntes, ne uocabulum quidem consutionis crebro audire sustinent, nosq; inuitos detinent, tanquam deploratis hanc ex medicamento adustionem molimur. Compositio quidem medicamenti huiusmodi est: Calcis uiuæ partes duæ, Saponis Gallici uel cõmunis tantum dẽ. Sunt q; spumæ nitri parteis quatuor adijciũt. Hæc omnia percolato lixiuio, uel saponario, uel alio, ficulneo, uel querceo læuigata, urina incorrupti pueri excipientes mucrone specilli myrtacei folij figura, palpebræ inijciemus, tantum spatij deurentes, quantum etiam in suturæ fuisset à nobis comprehensum. Quum prima iniectione cutis fuerit adusta, medicamento spongiola detracto, rursumq; aliud impositũ tandiu cuti inhærere sinimus donec nigrorem contrahat. Sin autem minimè nigrescat, etiam tertium inijciemus. Nigrefacta iam cute & crusta oborta, reliquum medicamentum detergendum est, Balineis deinde & perfusionibus quousq; crusta deciderit, utendum: à cuius casu, rasilibus linamentis, & collyrijs leuibus plagæ cicatrix molienda est.

De leporario oculorum affectu, qui lagophthalmon dicitur. Cap. X.

LAgophthalmi dicuntur, qui superiorem palpebram sursum retractã habẽt. Quod uitiũ uel è natura, uel ex cicatrice uulneris, eiusq; uel sua sponte facti, uel ex cõsutione, uel adustione, ut modo dicebamus, inartificiosa prouenit. In qua uel mediocris tantum adhiberi potest correctio, si idoneam crassitiem palpebra nacta sit: haud enim conuenit ipsa cicatrice diuisa, et oris cũ linteolis diductis, deligatione etiam usq; ad ultimam prorsus curationem uti: neq; nimium exiccantia, sed relaxantia magis unguenta adhibere. Cuiusmodi est fœnogræci cremor superfusus, & Basilicum tetrapharmacum resolutum & linteolo illitum.

De sutura & adustione per medicamenta. Cap. XI.

QVot pilorũ affectibus superior palpera, totidem etiam inferior obnoxia est. Nam naturæ suæ modò amplior effecta, inuertitur, & phalongosim & geminatum pilorum succrescentium ordinem, Græci distithiam uocant, sustinent. Eodem igitur suturæ modulo

hic

hic quoq;, inuerſo tantum linearum ordine, utendum eſt, prius enim lunaris, quo ſanguinis fluxus impediatur mox obeli figura, linea incidi debet. Sub pilis prorſus repudianda eſt ſectio, quoniã inferior palpebræ genuina ſua grauitate prõpte innectitur. Reliqua curãdi ratio perinde atq; in conſutione tractata eſt, hic quoq; competit, niſi quod reſtantia filorum capita, fronti minimè ſunt adglutinanda. At ſi in hoc etiam caſu, manuum adminiſtratione repudiata, uſtionẽ potius per Medicamẽta deligere malis, hãc quoq; à nobis iam traditam habes.

De ectropio. Cap. XII.

VT in palpebra ſuperiore uitium logophthalmum uocatum, ſic in inferiore ectropium accidit. Niſi quod hoc naturaliter nõ euenit, ſed interdum ex relaxatione medicamentis imid efficacibus illatis, præcedẽte inflammatione: interdum ex ſutura uel aduſtione parum dextrè adminiſtrata palpebra inuertitur. Acum igitur quæ duplex linum habeat, in caruncula à ſiniſterione hirquo ad dextram uſq; traijcimus, poſtea extremis utriſque acus lino adplicato caruncula attollimus, & ſcalpello ſuccidimus, ſimul cum caruncula acu ſequente. Si palpebra ſic formam ſuã receperit, et æqualiter fuerit reſtituta, de manus opera erimus cõtẽti. Sin carne ablata adhuc inuertatur, cyathiſcũ ſcalpelli iuxtà mucronẽ ſectæ palpebræ ſubijciemus, internaq; parte palpebrã binis lineis ſecabimus, quæ à duobus factæ inciſionis angulis auſpicãtibus in faſtigiũ mucronatũ ad Λ literæ Græcæ inſtar coëant, caruncula detrahemus, ut uertex ipſius deorſum ad oculum, Baſis ſurſum ad cilium adpellatum reſpiciat. Deinde hiantes plagæ oras, acu laneum filum trahente coniungemus, geminis conſutionibus cõtenti. Cæterum ſi ex ſutura uel uſtione acciderit inuerſio, ſub inferioribus etiam palpebræ pilis iuxta priorem cicatricem ſimplex linea incidenda eſt, labrisq; diductis linamenta inſinuanda, & reliquis deinceps præſidijs, ueluti in leporina adfectione docuimus, utendum eſt, exceptis fotibus donec ſutura conglutinetur.

De euulſione pilorum palpebram irritantium, quam anabrochiſmum uocant, & aduſtione per ferrum. Cap. XIII.

IN quorum palpebra pili, qui oculum pungunt, multi non ſint, ſed unus modo aut duo, uel ad ſummum tres mutuo inter ſe propinqui, anabrochiſmum, id eſt, illaqueationem probamus. Quæ fit hoc modo: Acu tenuiſſima accepta, per auriculam eius capillũ muliebrem, aut ſimpliciſſimum byſſinum filum tranſmittimus, duobus ſimul capitibus commiſſis, ſic, ut filum duplicem habeat anſulam inſtar ſinus, alterumq; filum huiuſ-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

hydatidis reliquiæ, si quæ fuerint, consumantur. Post solutionem, si non urgeat inflammatio, illitis collyrijs, uel lycio, uel glaucio, uel croceo, medebimur. Si inflammatione conflictentur, cataplasmatis ad hoc comparatis alijsq; præsidijs curabimus.

De palpebris coalescentibus. Cap. XV.

COmmittitur interdum superior palpebra cum cilio inferiore, interdum cum tunica adnata, nonnunquam cum ipsa quoq; oculi cornea coalescit. Vitium hoc oculum ad munia sua ignauum ac difficilem reddit, proinde uel specillo patenti palpebræ loco inserto, uel hamulo subiecto eleuabis, & scalpello pterygijs secandis idoneo cõmissuram dissoluito. Circumspecte ne cornea membrana saucietur deuitans, ne procidentiæ ex hoc detur occasio. Post abscissionem oculo liquorem instillabis, palpebris cum linamentis, ne rursum cohærescant, diductis, lanam oui albore imbutã inserito. A tertio dein die attenuantibus & cicatricem inducentibus, collyrijs utendum.

De grandinibus palpebræ tuberculis, quæ Chalazia dicuntur. Cap. XVI.

CHalazium est segnis cuiusdam humoris in palpebra concretio, quod si exteriori palpebræ subsidet, incisione transuersim forinsecus scalpello facta, specillo deinde uel aliquo id genus instrumento tollitur. Si spacioſa & hians est diuisio, sutura oras committemus, & emplastrum inducemus. Si exilis plaga est, simili modo curabimus. Si ab interiori parte sub cartilagine pellucet, inuersam palpebram linea tranuersa interius incidentes, Chalazium extrahetur, quo facto, muriæ instillatione utimur.

De uerrucis & inangularibus tuberculis, quæ Græcę Acrochordones & Encanthides dicũtur. Cap. XVII.

PAlpebrarũ uerrucas & inangularia, quia in maiore cantho oriuntur, adpellata tubercula, (Græcè Encanthides) uulsella comprehensas scalpello amputamus, friatam deinde in pollinem chalcitidem superaccendamus.

De pterygijs, hoc est, oculorum unguibus. Cap. XVIII.

HOc uitium accidit quum membrana quædam neruosa à maiore angulo ut plurimum orta paulatim ulterius ad interiora procedit, oculumq; offendit, tum quia cõtrahendo bulbũ moueri non sinit, tum quia procedendo uniuersam pupillam operit. Tenuibus sanè & albicantibus,

quoniam facilius curantur. Hunc ad modum manuum curatio adhibenda est, diductis palpebris, unguem hamulo paululum mucrone intus recuruato excipimus, sublatumq; acu pilum equinum & linum ualidũ ducente, paululũ in summitate inflexa, per mediũ traijcimus, limoq; uinctum sublimem suspendimus, seta equina partem pupillæ uicinam quasi serrando desecantes, ad finem usq; excoriamus. Totum uerò ipsius reliquũ, quod angulo maiori inhæret, radicitus excidimus: ita ut naturalis anguli caruncula relinquatur, ne ea ablata rhyas sequatur, hoc est, perpetuus humoris descensus. Sunt qui unguem sublatum, ut diximus, scalpello huic muneri dicato totã succîdunt, excoriant, summa tamen cura adhibita, ne corneæ membrana attingatur. Post manuum operam læuigati salis momentum loco inijcimus, lanamq; candido oui liquore irriguam deuincimus. Facta aliquandiu post solutione muriam instillabimus. Si inflammatio subsequitur, dedicatis huic malo auxilijs utemur.

De uuationibus oculi, seu staphylomatis. Cap. XIX.

VVatio siue staphyloma est membranæ quæ cornus speciẽ habet, unà cũ acinali, quæ ἐχινοειδὴς nuncupatur, debilitatæ incuruatio, modò ex defluctione, modò ex hulceratione originẽ trahens. Huic autem uitio manum administramus, non ut luminis speciem iam abolitam restituamus, hoc enim nequit fieri, sed ut laboranti mediocrem uenustatis gratiam conciliemus. Oportet igitur acum ab inferiore parte sursum per radices scaphylomatis traijcere, deinde alteram acum duplex filum trahentem, ab angulo qui ad manum spectat, ad alterum per radices uuationis transmittere, tum manente priori acu lini sinus amputari, atq; ita uuæ superiora, inferioraq; filis deligare, mox acu extracta lanam albumine oui insuccatam superaccommodare. Ab huius inde solutione blandis infusionibus oculus fouendus est, quoad unà cum staphylomate fila excidant.

De oculo suppurato, quod hypopyon dicunt. Cap. XX.

DE purulentis oculis abunde erit, GALENI orationem apposuisse, quæ ad hunc modum se habet: Ocularius quidã nostræ ætatis medicus Iustus nomine, ex capitis concussione plerosq; suppuratione oculorum uindicauit. In sella quippe rectos collocabat, mox capita ipsorum utrinq; à lateribus comprehendens ita quatiebat, ut pus ipsis descendere euidenter cõspiceremus, quod deorsum propter substantiæ grauitatẽ manauit, tametsi suffusiones nequaquam permanere, nisi accuratè admodum constringantur, ualeant. Progrediens rursus idem GALENVS, inquit, sæpe autem puris multum simul eduximus, cornea tunica paulu-

lum

lum: ſupra locum illum, qui iris à quibuſdam, ab alijs corona appellatur, ubi omnes tunicæ inter ſeſe committuntur, inciſa: id quod GALENVS in libro Curatoriæ artis prodidit. A puris excretione uel aquæ mulſæ, uel cremoris fœnogræci melle temperati inſtillationibus expurgantes, deinceps reliquam curationem accommodabimus.

De ſuffuſionibus. Cap. XXI.

SVffuſio eſt hebetis cuiuſdam humoris in membrana quæ cornus ſpeciem refert, iuxta pupillam colluuies, quæ uel uidere, uel lucide uidere impedit. Ex frigiditate potiſſimum & imbecillitate ſpiritus uiſorij prouenit, eamq; ob cauſam ſenibus magis & longo morbo confectis accidit, ex uiolento item uomitu et plaga, alijsq; pluribus de cauſis euenit. Atqui de ſuffuſionibus, quæ adhuc efficiuntur, nullam manus adminiſtrationem requirentibus in tertio uolumine facta eſt mentio, nunc eas quæ conſummatam concretionem, & firmam conſtitutionem acceperunt, indicijs ſuis denotabimus. Cuncti igitur ſuffuſi fulgorem uel multum, uel paucum intuentur, eoq; diſcrimine ab hebetudine & glaucedine diſtat ſuffuſio, quod hebetudine & glaucedine affecti ne fulgorem quidem penitus cernunt. Rurſum itaq; ſuffuſionum & concretionem, & differentiã, & quo modo his manuum adminiſtratio ſit adhibenda, GALENVS te docebit. Oculum, inquit, ſuffuſione laborantem concludimus, polliceq; compreſſam palpebram ad oculum hac illac impellimus. Poſtea oculo recluſo, animaduertentes ſuffuſionem intuemur. In quibus humor nondum exacte concreuit, fuſio quædam ex digiti impreſſura obuenit, quæ primo latior comparet, deinde rurſus in ſuam figurã & magnitudinem redit. Sed in quibus humor ad perfectã duritiem coaluit, nulla neq; latitudinis, neq; figuræ ex compreßione immutatio obuiat. Quoniam uerò hæc earum & quæ modicè, & quæ ſupra quàm par eſt induruerũt nota communis eſt, colore ipſas diſcernemus. Nam quæ ferri colorem uel cœruleum, uel plumbi referunt, mediocriter coaluerũt, & ad deductionem accõmodatæ ſunt. Quæ uerò gypſo aut grãdini ſimilem colorem habent, ultra modum compactæ & induratæ ſunt. Hæc ubi ex GALENO didicimus. Collocato inſedili homine in lucido citra ſolem loco, ſanum oculum ſumma diligentia colligabimus, tum apertis alterius palpebris: ab iride appellata eum ad minorem hirquum, aliquantulum ad ſpecilli mucronis inſtar deducemus, & retuſo punctorij ſtili capitulo locũ ubi pungendum eſt notis deſignabimus, in leuo quidem lumine, dextera, in dextro, leua manu operãtes. Mox teretem ſpecilli mucronem inuerſum acriter notæ deſignatæ impingimus uſquedum inani loco incidimus. Ea nobis erit menſura, ut tam altè pene-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

De auditorijs meatibus non peruijs. Cap. XXIII.

HOc uitium à primo natali die accidit, membrana quadam auditorium meatum obstruente, nunc in summo tantum, nunc in alto. Postea facta prius secundum meatum exhulceratione, caro enim superexcrescens ipsum cicatrice obturat. Si igitur in alto fuerit membrana auditum impediens, difficilis erit omnis conatus, dissecare tamen ipsam tenui aliquo instrumento tentandum est. Si in summo, aculeato cultello, quod Græci scolopomacherium uocant, hanc diuisam, si opus est, etiam detrahemus. Si carnis incrementum fuerit, id scalpello ad ungues accommodato, uel spathula polytica auferemus. Deinde linteolum ex lacinijs adpositæ ad meaculi mensuram contortum aqua imbutum, in læuoremq; detrita chalcitide, uel tali aliquo arido aspersum inuolutumq;, ne caro rursus increscat, in meatū demittemus: quod tamen, si inflammatio infestat, protinus tollendum est. Si meatus sanguine manat, spongia aqua frigida madens imponenda est, aliaq; ad hoc consecrata remedia conuenienter adhibebimus.

De ijs quæ in auditorium meatum inciderunt. Cap. XXIIII.

INcidunt in aures non solum calculi, sed etiam uitrum, fabæ, & siliquarum ossicula. Vitrum utique & calculi propriam magnitudinem seruant, fabæ & siliquarum ossicula, & id genus reliqua naturali corporis humiditate inflata, extremos cruciatus inducunt. Oportet itaque specillo auriculario, uel hamulo, uel uulsella hæc eijcere. Vel uiolenta capitis concussione aure supra circulum aliquem posita. Sæpe etiam numero hæc per calamum sugendo extrahimus, exugentes quemadmodum aquam qua auribus inciderit, cæra circumquaque calamum quà auri inijcitur obturantes, ne usquam spiritui exitus pateat. Lapillos & reliqua huiusmodi corpuscula, specillo lana inuoluto, rhesinaq; terebinthina imbuto: uel glutinoso quodam obluto leniter in aurem demisso, extrahimus. Si uerò non successerit, sternutamentum proliciente remedio naribus indito, os simul & nasi foramina obturato. Si nec horum quidem ulli obtemperauerit, antequam inflammatio & conuulsio, uel periculum demum aliquod fuerit subsequutum, manuum scalpelliq; opera auferemus. Collocabitur itaque laborans, ut auris eius auersa sit, retro eam quæ fibra dicitur ad basim ipsius & lunata figura, linea exilis inciditur, latiusculaq; specilli parte corpusculum quod inhæret, extrahemus. Deinde ablato illo plagam consuetam haud aliter atq; cruenta medemur.

De Po-

De Polypis. Cap. XXV.

Polypus tumor eſt, qui præter naturam intra naſi foramina concreſcit, à marini animalis polypi ſimilitudine nomen ſortitus, tũ quia carni eius ſimile eſt uitium, tum quia quemadmodũ ille ſuis cirrhis piſcantes ulciſcitur, manus ipſorum ſuis flagellis implicans. Ita & hoc uitium nares laborantium obſtruit, difficultatem quũ reſpirandi, tum loquendi exhibens. Duri itaq; & tactui reſiſtentes polypi, ſubliuidi & malefici, utpote cancri naturam reſipiſcentes, non ſunt attingendi, fragiles autem magis, laxiores torpentesq; neq; maligni, manus opera curandi ſunt. In ſella igitur aduerſus ſolarem radium hominem figurabimus, leuaq; manu narium eius meatum dilatatum tenentes, dextera ſpatha huic rei dedicata polypicáue ad myrtacei folij formam obuſta polypum uel excrementum carnis in orbem circumcidemus, eam in partem ferramenti acie impoſita, ubi naribus adhæreſcit, deinde auerſa manubrioli parte exciſam carnem eximemus. Etſi naſi meatum purum effectum uiderimus, ad remediorũ auxilia deueniendũ eſt: ſi qua polypi particula ſuperfuerit alterius ferramenti, ad polypum eradendũ facti, acie immiſſa, relictum corpus cũ tenſione, torſione, et raſura ſtrenuè cãucemus. Maleficos autem polypos gracilibus & oliuaribus ferramentis candentibus adurere conuenit. Poſt aduſtionem, præſidia uſtionibus dicata adhibenda ſunt. Aſcalpelli uerò uſu manuumq; opera, ſpongiæ loco exacte deterſo, poſcã uel uinum in nares infundimus. Etſi liquor per palatum ad fauces tranſierit, bene ſe habebunt functiones manuum: Sin minus, indicat polypi caruncula circa oſſa, quæ à colando ethmoides dicuntur, hærere: uel ſuperius, quæ inſtrumenta polypica nondum comprehenderunt. Linum ergo mediocri craſſitudine funiculi aut faſciæ inſtar, ueluti per duorum aut trium digitorum ſpaciũ nodis innexum in foramen ſpecilli inſerimus, deinde alterum extremũ ſurſum ad colatorios uſq; meatus propellimus, idem per palatum ad os uſq; eijcientes, utraq; manu apprehendentes ultro citroq; trahimus, tanquam nodis ceu ſerra ſuperfluam carnem perforantes. Poſt hæc meatus funiculari linamento apertus ſeruandus eſt. A tertio dein die Paſtillo Muſæ, & id genus alijs reliquias uitij abſumemus, unaq; locum exiccabimus: paſtilli poſtremo quæ cicatricem faciũt, adhibendi ſunt. Plumbeis fiſtulis ſcite, ſi res exigat, toto curationis tempore, naribus iniectis.

De curtis, quæ colobomata dicuntur. Cap. XXVI.

Curta uerò in auribus aut labris hoc compendio ſanantur. Principio ſanè cutem ab inferiore parte excoriamus, ac leuiter detrahimus, poſtea commiſſis inuicem uulnerum oris, & eo quo in callum induruit

ruit

ruit ablato, mox fibulis conſarcinamus & conglutinamus.

De epulidibus & parulidibus, gingiuarum abſceſſibus. Cap. XXVII.

EPulis caro quædam eſt ſuperflua iuxta dentium aliquem in gingiuis exorta. Parulis uerò puſillus circa gingiuas abſceſſulus eſt. Epulidem ergo uulſella aut hamulo ſublatam excidimus. Parulidem orbiculatim exciſam linamentis impoſitis curamus. Scio ego parulidem ſæpenumero phlebotomo ſolum punctam pure euacuato deſijſſe. Poſt ſcalpelli uſum uino protinus, ſequenti die mulſa collui mandamus. Tertio die antherum, id eſt, floridum remedium, aridũ uulneri, donec abſoluatur curatio, inducemus. Si putrilago gingiuas infeſtat, & conuenientia huic remedia nihil ſubueniant, tenuibus, retuſis, candentibuſq; ferramentis aduretur.

De dentium euulſione. Cap. XXVIII.

DEntem qui eximendus eſt, uſq; ad radices circumſcarificatum forcipe paululum cõcutientes, euellimus. Si dens eroſus eſt, id foramen tenui linamento replendum eſt, ne ſtrictus ſub forcipe confringatur. Euulſo dente, reſtantes carunculæ ſale tenuiſſimo infriatæ conſumentur. Mox uino uel poſca, quoad ſanatio finiatur, collui debet. Quoniam autem ſuperflui quidam dentes agnaſcuntur, eos qui radici inſerti concauitatibus hærent, ſcalpro exciſorio excindemus, qui non ita inſeruntur, forcipe educendi ſunt. At ſi dentium aliquis ſupra quàm par excreuerit, uel cõfractus fuerit, quod prominet & ſuperuacaneum eſt lima, rhinarioue aterẽdũ eſt, adhæreſcẽtesq; ipſis, ceu aſſolet, ſquamulæ, uel ſpecilli latiuſcula extremitate, uel raſorio cultello, uel limula deniq; expurgandæ ſunt.

De ancylio, id eſt, incuruatione, aut retractione linguæ qua laborantes ægre ſermonem faciunt. Cap. XXIX.

ANcyloglóſſum uitium eſt linguæ, quod aliâs ex natiuitate euenit, quum membranæ quæ linguam cõtinent, duriuſculæ ac breuiores à natura productæ ſunt. Alias ex cauſa accidentaria, quum ſub lingua ex hulcere aliquo durior cicatrix relicta eſt. Quibus natura hoc uitiũ cognatum eſt, ex eo quod tarde in ſermonem prorumpunt, & nulla præcedente exulceratione uinculum iuſto maius cõſpicitur, cognoſci poſſunt. Qui ex aduentitia occaſione hoc patiuntur, cicatricem euidenter conſpicuam præferunt. Deſidere itaq; in ſedili ægrum oportet ita figuratum ut lingua eius ſurſum ad palatum attollatur, & nerueum illud per tranſuerſum ſuccidetur. Quod ſi ex cicatrice aliqua curuitas linguæ prouenerit, uncino callus apprehenſus extrahendus eſt, & laterali linea incidendus,

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

lidas, & strangulatum etiam aliquando inferat. Cõtractas igitur uuas, orbiculares non oblongas, cruentas uel liuidas, manu non attingamus. Tenues autem, oblongas, in summo muris caudæ modo attenuatas, resolutas, non adeo sanguinolentas, sed albicantes manu curabimus. Statim enim ab inflammatione uindicantur. Idq; tantum præcidendum est, quo longior uua quàm secundum naturam existit. Nam si prorsus tota præcidatur, ut summum thoracis regionibus adfert nocumentum, ita mutos interdum efficit. Collocato itaq; ad solis radios laborante, os quantum potest diducere iubebimus. deinde uuaria forcipe aut uulsella, quod superuacuum est præhensum, & ad inferiorem partem tractum ferramento ad id facto, uel scalpello sutorio, præcidimus. Ab opere autem patrato, agenda eadẽ sunt, quæ in uenarum sectione comprehensa sunt. Non raro autem propter ægrotantis pauorem, uel ob sanguinis profluuij metum, uel ob medicamenti siccitatem ferrum deuitamus, & adurente potius medicamento eam consumimus. Vbi illud quod in palpebrarum adustione dictum est medicamentum, uel id genus aliud adhibere conuenit, eoq; instrumento quo uuæ aduruntur sinus implere, et homini os quammaximè potest diducere iusso, lingua per ministrum forcipe ad id accommodato depressa, tantam uuæ partem instrumento dilatato apprehendimus, quantam amputari competit. Medicamentum autem substantiam habeat, neq; nimis liquidam, ne diffluens ab uua deerret, inferiora autem membra adurat. Ob hoc etiam homini præcipimus, ne per uniuersum adustionis tempus deglutiat, neq; nimis durum, quo facilius uuæ insidat. Si uno iniectu summa uua nigritiem contraxerit, contenti simus: si minus, bis utemur, toto administrationis tempore ægro os apertum deorsum inclinante, ut sputum eliquatũ, & medicamenti portiunculæ ex ore effluãt. Horæ enim unius spatio uua emoritur, tertio quartóue die excidit. Post ustionem indice molli lana aut stippa inuoluto, gurgulionem undiq; extergimus, uel aqua os collui iubebimus. Colli autem regionem ex chamæmelino fouebimus, quemadmodum in illis quibus tonsillæ fuerunt ablatæ, ob communem quam cum his habet affectionem. Gargarizationes insuper & illitus pari modo adhibenda sunt.

De spinis gulæ infixis eximendis. Cap. XXXII.

DVm estur sæpenumero spinæ tum piscium, tum aliorum quorundam diuersis gulæ partibus deuorantur. Quæ igitur oculis subiacent, uulsellis ad spinas eximẽdis factis, quæ priuatim acanthobola dicũtur, extrahẽdæ sunt. Si uerò in inferioribus gulæ locis, ad glutiẽdi orificiũ

hæserint, alio modo educentur. Nonnulli maiora corpuscula, ueluti caulem lactucarum, aut panis bucceas deglutiendas exhibent. Alij spongiolam puram ac mollem cum filo ipsi alligato deuorari iubent, & mox apprehenso filo rursum extrahi, idq; sæpius ut spina spongiæ infixa simul educatur. Leonides autem cataplasmata quæ concoquant exterius imponere præcipit, cuiusmodi ex cruda polenta oleo & aqua subacta conficientur, ut spina suppurata ultrò excidat. Si eadẽ hora qua spina infigitur, uel priusquã in uentriculo fiat concoctio in laborantẽ inciderimus, eo quod infixum est in cõspectũ nõ ueniẽte digito uel pinna in os demissa euomere mẽdabimus. Sic enim interdum accidit, ut unà cũ uomitu quicquid infixũ est, eijciatur.

De gutturis incisione. Cap. XXXIII.

CHirurgicorum optimi hanc quoq; manuum curationem descripserunt. Antillus igitur ita tradit, in his qui angina laborant, ut de ratione uictus docebitur, manuum administrationem repudiamus, quum inutilis futura sit incisio, ubi arteriæ omnes & pulmo affectus est. In ijs autem, qui circa os & mentum inflammationem experiuntur, aut etiam tonsillis, quæ faucium os operiunt, nulla laborante arteria, nõ alienũ est, quo strangulationis periculum euitetur, gutturis incisione uti. Mox quum in opere sumus, infra gutturis caput spatio trium ipsius aut quatuor orbium partem quandã asperæ arteriæ (tota enim diuidi sine periculo nequit) amputabimus. Nam hic locus est accommodus, tum quod ex carnis sit, tum quod uasa procul à parte diuisa sint dissita. Reflexo itaq; in posteriorem partem ægrotãtis capite ut guttur manifestius in conspectũ ueniat, transuersa linea inter duos circulos ipsum incidemus, ut cartilagine intacta, membrana tantum cartilagines inuoluens, discindatur. Quod si quis meticulosior in hoc opere fuerit, uncino is cutem eleuatam prius diuidet. Postea sic guttur ipsum aggressus, uasis omnibus, si forte occurrant, præteritis, sectionem faciat. Hactenus Antyllus. Coniectabat autem is gutturis incisionem, tum ex spiritus quodam cum murmure eruptione, tum ex uocis interruptione. Quum autem strangulatus periculum præterijt, oras plagæ renouatas futuris committemus, ita ut cutis sola absq; cartilagine consuatur. Et quod cruentis facit medicamentum adhibebimus, si non glutimetur carnem inducente remedio utemur. Eadem curatio erit adhibenda, si quis nobis obtigerit, qui finiendæ uitæ desiderio iugulum sibi sauciauerit.

De abscessu. Cap. XXXIIII.

QVod abscessus carnium seu carnearum partiũ corruptio & mutatio sit, et quæ nam origo eiusmodi, quotq; eius sint discrimina.

quarto

quarto libro satis superq; disertatum est. Nunc eos tantum quibus citra manuum scalpelliq; operam mederi non datur, persequemur, quum exacta in pus facta fuerit mutatio. Quàm ex his facilè cognouerimus, quod dolores, febris si præcesserit, rubor, pulsus, & reliqua inflammationis signa diminuuntur, & in mucronem tumor acuminatur, & ad digitorum compressuram pus sublabitur, potissimè in abscessibus qui summa occupant, tunc ad manuum ministrationem ueniendum est. Si uerò neq; tactu subsidat, neq; fastigietur tumor, eo quod in alto delitescit alias mutationis notas animo reputantes, scalpellum adhibebimus. Sciendum autem quod abscessus ante absolutam interdum in pus mutationem, incidi uel crudos conuenit, si uel propē articulos, uel principem aliquam partem cōsistant, ne immorante putredine uel ligamentum, uel membrum aliquod necessarium pariter corrumpatur. Abscessus porrò digito uicinos ante perfectam maturationē, uel crudos aperire præcipit Hippocrates, ueritus ne in perforationem procedant. Incisiones itaq; non pari linea sunt omnes faciendæ. Nam in fronte naturales, in capite capillorum exortus sequemur, cura decoris, quatenus fieri potest, habita. Recta uerò linea brachia secamus, & cura secundum musculos & tendones. Neruis & arterijs principibusq; corporis partibus magno studio euitatis. Nunc in rectum, nunc transuersum, pro ut res exiget, abscessum diuidentes. Minores quidem abscessus una, maiores pluribus, iuxta magnitudinis rationem, tenuioribus tamen, & effluxioni idoneis lineis incidemus. Plurimū fastigiati, crudi, tenues, & emortui latius sunt excidendi, ut plaga in trianguli, aut myrtacei folij, aut alterius anguli figuram euadat. Nam orbicularis ad recipiendam cicatricem est aptior. Qui uerò non sunt fastigiati, simplici duntaxat linea sunt aperiendi. Sed quum ingentem sinum inuenimus, si carnosa cute & ad glutinandum sufficiente operiūtur, sat est, si idoneis ad puris exitū sectionibus utemur. Si tenuis & ex carnis admodū cutis superiacet, in longitudinē dissecetur. Deinde facta simplici diuisione, si corpuscula utrinq; sita gratilia ualde & macilenta uidebuntur, excidenda sunt. Functione manuum iam obita, spongia locus abstergēdus est. Si exiguus est abscessus, & unica facta linea, simplici lineamentorum iniectione utendum. Si amplius & multotiens ferrum expertus, lemniscum, hoc est, linamentum aliquod in longitudinem implicitum, per foramen est traijciendum, simili modo plagæ linamentis implendæ sunt. Si sanguinis eruptio comitetur, aqua frigida, uel posca utendum. Si ita non sistatur, scobs chalcitidis est inspergenda, quæ sæpe ob flaccidam putredinem admouetur. Splenia hyeme, & neruosis in partibus uino cui oleum adiectum sit madefacta imponamus.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

mur, medicamentuḿque ad cruenta idoneum ſuperaccommodemus.

De ſeuationibus, pultationibus, & mellifauis, quæ Græci ſtearomata, atheromata, & meliceridesuocant. Cap. XXXVI.

HAec quoque in abſceſſuum genere quum ſint, eo tamen diſcrimine diſſident, quod qui propriè abſceſſus dicuntur, inflammationem experiuntur, & dolore afficiunt, acreḿque humorem & corrodentem continent, neque peculiari aliqua membrana ſeu tunica amiciuntur. Quin & hæc quoque inter ſe differunt. In adipinis enim nodis, ſteatomatiśue contentus humor adipi ſit, ut præ ſe fert appellatio, ſimilis, qui in pultaceis nodis ſeu atheromatis, atheræ, id eſt frumentaceæ pulti, qui in melleis ſiue meliceridibus humor, mellis ſpeciem refert. Diſcernes autem hoc modo: Nodus adipinus ſeuatióue durior eſt alijs, tactui renitens, baſimq; firmiorem habẽs. Melleus uerò nodus, tangentibus quaſi laxum quoddam corpus ſubſidet, & lente quidem cedit fluit́que, celeriter autem ad ſitum priſtinum reuertitur. In manuum functione haud aliter ac ſtrumæ curantur, inciſione, excoriatu, ſuturis, & reliqua medendi ratione. Soluḿne membrana uioletur cautio eſt, ne humor qui continebatur effuſus manuum actioni impedimento ſit, & partem aliquam relinquat. Vnde occaſio fit, ut plerunque circa brachialia, & malleolos, & articulamenta ad mouendum facta, denuo uitium tale renaſcatur: ſicuti & ſtruma ſiuel tota, uel portio ipſius relicta. Si huiuſmodi quid inciderit, præſtat nõ ſuere, ſed exedentibus medicamentis reliquias conſumere.

De aneuryſmate, id eſt, dilatatione. Cap. XXXVII.

ANeuryſma tumor eſt mollis, digitisq; cedens, cuius origo ex ſanguine et ſpiritu eſt, de quo GALENVS *ſic tradit: Aperto arteriæ orificio, affectus aneuryſma appellatur. Accidit interdum ex uulnere, quotiens cutis exterior ad cicatricem perducitur, permanẽte abſq; cicatrice arteria, nec coaleſcente, nec carne obſtructa. Deprehenduntur his notis affectiones huiuſmodi arteriarum pulſu: imò ſi manu comprimamus, tumor quodammodo euaneſcit, recurrente quæ ipſum efficiebat in arterias ſubſtantia:* Hæc GALENVS. *Nos uerò ipſas inter ſe hunc in modum diſcernimus: Quæ apertione uenarum obueniunt, proceriores ſunt, & in alto conſiſtunt, & ad compreſſuram digitorum ſonitus quidã exauditur, quum nullum huiuſmodi ſonitum, quæ ex ruptura eueniũt, efficiãt, & circulares magis ſunt, & in ſummo ſubſident. His itaq; quæ in axillis inguinib. & ceruice exiſtunt, quæq; alia loca infeſtant, et prægrandi magnitudine ſunt aneuryſmatis propter uaſorum amplitudinem manus ad-*

hibenda non eſt. Quæ extremis partibus, brachijs, cruribus, & capiti obueniunt, ferro aggredi hoc pacto conuenit: Si per nerui arteriæue dilatationem tumor emerſerit, cutem recta linea per longitudinem incidemus. Deinde arteriarum labia uncinis diſtracta, quemadmodum in uaſorum diſſectione comprehenſum eſt, excoriantur, & inſtrumentis huic rei dicatis circũpurgata arteria denudabitur, traiectione acus duobus funiculis et lino utrinq; facta deligatione utendum, ſecta arteriæ parte ſcalpello per medium & cum ambiente membrana unita, quæ pus maturant, uſq; dum funiculi excidant, medicamenta ſunt inducenda. Si rupturæ fertur acceptum aneuryſma totum id, quatenus fieri poteſt, unà cum cute digitis prehendendum eſt, poſtea acu duplex filum ducente inferius tranſmiſſa, & fili anſula forcipe præciſa, ſic binis utrinq; filis, ueluti de ſtaphylomate dixi mus, tumor eſt deligandus. Si metus eſt ne fila hæc corrupta dilabantur, altera duplici ſimiliter filo inſerto traijcienda eſt acus per totum, quæ priorem premat, atq; pari modo anſula præſecta, quatuor filis tumor eſt uinciendus, uel tumore per medium adaperto atq; eximanito, cutis circumcidenda eſt, ea quæ ligata eſt relicta. Splenioq; ex œneleo ſuperaccommodato, linamentis medicamento imbutis medebimur.

De hernia gutturis, quam bronchocelen appellant. Cap. XXXVIII.

BRonchocele ingens & rotũdus in ceruice tumor eſt, mutuato ab interioribus colli partibus nomine, cuius differentiæ ſunt duæ. Siquidem aliæ adipationes, aliæ partium dilatationes præſentant. Quas ex ijſdem quibus aneuryſmata notis cognoſcemus, & ceu uitium conclamatum deuitamus, quum omnia ſimiliter aneuryſmata, maximè quæ in collo oboriuntur, cum periculo propter arteriarum amplitudinem manuũ operationem admittant. Seuationes autem referentes, perinde atq; adipationes curentur, ſeparatis, intactisq; uaſis, quemadmodum in ſcroſularũ curatione explicuimus.

De Ganglio. Cap. XXXIX.

GAnglium eſt nerui in nodum coitio, ex ictu uel defatigatione magna quidem ex parte, in brachiali & malleolo, & locis quæ articulis mouentur, aljs itẽ corporis partibus, proueniens. Comitatur hoc malum tumor concolor, renitens & dolore uacans. Quem ſi uiolenter quis præmat, torporis quendã ſenſum exhibet, nõ altè, ſed ſub ipſa cute oriens, ad latera tantum nutans prorſum aut retrorſum nequaquam etiam ſi uiolenter adigas. Ab his, quæ crura, aut brachia, aut extimas partes occupãt, ſcalpelli operam arcemus, periculum enim ne ſi quid illic excidatur membrum

brum illud mutilum reddatur. Quæ in capite & fronte eueniunt, opere chirurgico ita curamus. Cutis scalpello diuiditur, & siquidem parua sunt uulsella comprehensa ex radice præciduntur. Si grandia, uncinis transfixa excoriataq; auferuntur, futuris oræ committuntur, medicamentumq; cruentis uulneribus dicatum injicitur.

De uenarum sectione. Cap. XL.

QVanquam sanguinis detrahẽdi ratio per uenas neminem fugiat, tamen ut ea medicinæ portio, quæ manus opera administratur, numeris omnibus consummata sit, & ob artificiosas eius distinctiones, non erit etiam hic nobis silentio tanquam despicabilis prætereunda. Prima igitur incisionis uenarũ intentio est, ut sanguen superfluũ euacuetur. Sanguinis uerò redundatio duplex indicata est, una quidem ad uires, etiamsi uenæ fartæ non uideantur, quo in statu homines illico imbecilles infirmiq; redduntur, quum natura onus ueluti sarcinam quandã sustinere non queat. Altera uerò ad ipsa, quæ sanguinem cõtinent, receptacula, ipsa sanguinis transfusione speculata, etsi uirtus citra molestiam id perferat. Vnde ruptis interdum uenis, sputum cruentum, uel aliæ sanguinis fluxiones accidunt. Redundantiam ergo sanguinis, quæ ex uirtute spectatur, corporis grauatio arguit. Venarum copiam, distentio, & quod illæ fartæ inturgescunt. Vtraq; autem eximanitionem necessariam esse significat. Quocirca inter morbi statim principia, si necessitas urgeat, sanguinẽ interdum per uenas detrahas, sola prius ciborum in uentriculo concoctione, aut etiam iusta sanguinis in iocinore elaboratione considerata. Quod si per initia alicuius ergo uenæ sectio prætermissa fuerit, ultra etiam septimum diem eam incidere haud erit absurdum, si id usus & necessitas expostulet, & ægri uires non renuant. Oportet autem eum, qui sanguinem detrahere uult diligenter dispicere, num multa recrementorum in intestinis retentio sit, & deprehensam leni prius clystere euacuare, ne uenæ ab intestinis putridam aliquam retrimentorum essentiam attrahant. Atq; ijs quidem, qui propter urgentem affectum sanguinis detractionem postulant, quouis tempore, accessionum duntaxat particulariũ febrium uigore euitato, uenam incidemus. Si continua fuerit febris, matutinũ tempus omni no magis erit oportunũ. Qui uerò nullo infestante morbo, sed tutelæ potius, ac præcautionis gratia sanguinis euacuationem exigunt, his uer competit. In ætatibus porrò cautio est, ne ad quartum & decimum usq; annũ: item post sexagesimum annum unquam sanguis per uenas detrahatur, ni si irrecusabilis aliqua necessitas huc nos compellat. Et in uniuersum, qui imbecillioribus uiribus præditi sunt, ab eiusmodi eximanitione arcẽdi sunt.

c gal. l. de ps. sagu. c peri me to con c mato c. 11 Lo.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

modißimum est expectare dum sanguinis tum color, tum essentia seu habitus conuertetur. Alius nanq; in inflammatione sanguis, quam secundũ naturam, existit: quoniã supra modum incalescens, siquidem prius erat crudior, rubicundior, & flauior euadit. Sin prius eiusmodi extiterit, in atrũ ex adustione permutatur. Non perpetuo tamen hæc expectanda mutatio est, sed non raro priusquam hæc fiat, desistere congruit, idq; duplici nomine, uel ob uirium imbecillitatem, quam ex pulsuũ attrectatione cognosces: nam tum uehementia & magnitudine inæquales sunt, uel etiam obscuri, quin & tenor fluxionem frangens exhaustas iam uires portendit: Vel ob inflammationis malignitatem, quæ interim nihil remittit, sed uehementius impacta est. At si nihil horum obstiterit, laborans sq; uigenti ætate sit, expectanda erit sanguinis mutatio, eoq; magis, si cœlum ambiens temperatum fuerit. Quod si sanguis ante conuenientem euacuationem sistetur, id quod uel propter timiditatem & animi deliquium, uel propter grumum, uel ob uiolentam constrictionem, aduersus singula certabimus. Animi defectum, odoratis naribus adhibitis, reficientes. Constrictioni relaxato uinculo subuenientes, grumum sanguinis, uel olei infusione uel digitorum fotu dissoluentes. Reliquus mittendi sanguinis apparatus nulli non cognitus est. Sed ita in cubiti uenis agitur. In fronte autem sanguinis detractio, ut in capitis doloribus hoc modo fieri debet. Fronte prius ablutione fota, ceruicem habenula excipimus, inserto tamen iuxta guttur digito, ne afflictus præfocetur turgentem iam in fronte uenam acie phlebotomi aut scalpelli diuidemus. Ad eundem quoque modum iugulares uenas extantes, ob inueteratam lippitudinem acuto specilli capitulo secamus, sanguinis eruptionem promouentes. Venas insuper linguæ subditas, in anginarum affectu, uitata constrictione, linea transuersa incidimus. Quidam eas quæ in magnis hirquis conspiciuntur uenas, in capitis uel oculorum diutinis afflictionibus pari modo feriunt. In quibus etiam internas narium uenas uel mucronato specilli nucleo contundunt, uel asperatis quibusdam instrumentis irritantes disrumpunt. In capitis itidem morbis post aures sitas diuidunt. Sicuti quæ poplites perreptant, in renum cruciatibus. At quæ in membrorum cacuminibus propagantur, quæ supra uincula eminent, eas manuum inter se attritu, & pedum incessu turgescentes plenitate sanguinis aperiunt: In liene laborantibus, sinistra manu eam potißimum, quæ minimum digitum & proximum intercurrit. Si iecur male habet, in dextra. Extremarum nanque partium inanitio, quo ex longinquiore loco fit, eo efficatiorem auersionem efficit. Sed in pede, sicuti

Ratio secandi uenam frontis.

in coxendicum & locellorum affectionibus, ea quæ ſupra interiorem malleolum extat, aperienda eſt.

De cucurbitularum impoſitu. Cap. XLI.

CVcurbitulæ neq; inter morborum initia, neq; corpori plethorico ſunt applicãdæ, ſed toto prius exinanito corpore, cũq; nihil amplius particulæ influit, et mouere quippiam, agitare item & ad exteriora trahere opus eſt. Leuis igitur cucurbitula inflationes diſſipat, ſtomachi fluxiones cohibet, ſanguinem attrahit, & profluentem cõpeſcit aduerſæ parti adglutinata, & ex alto in ſumma traducit: uno uerbo, humorum traductionem, ſpirituum extractionem molitur. Sed quæ cum ſcarificatione adhibetur, efficatiorem cauſis diffłationem præbet, ita ut ſenſibiliter ex alto noxias materies euocet: neq; enim ſanguinem ſolum, ſed alios quoq; humores elicit, præcipue cum flamma maiore accommodata. At ſi à corpulentioribus particulis, multaq; carne præditis, ſanguen detrahere molimur, conciſa prius ſcalpello cuticula, cucurbitulam defigemus. Sin à gracilioribus et excarnibus magis, leuem prius cucurbitulam adglutinabimus. Vbi uerò intumuerit eadem in parte membrum, cute ſcalpello exaſperata, ipſam denuo applicabimus. Etſi paululum detrahere ſtatuimus, unica. Si amplius, pluribus inciſionibus utemur. Si ſanguis qui continetur tenuior appareat, ſumma leuiter: Si craſſior, ſcalpello altius adacto ima ſcarificabimus: & quum ex ictu in grumum coactus ſanguis erit euacuãdus. Terminum autem möderatæ inciſionum altitudinis, ſola cutis craſſitudo præſcribet. Quidam ut uno ictu tres plagas inijcerent, inſtrumentum in hoc excogitarunt tribus ſcalpellis æqualibus ſimul iunctis, hoc nos inutile exiſtimãtes, ſimplici ſcalpello utimur. Alij uitreis cucurbitulis uſi ſunt, ut per eas ſanguinis, qui eximanitur, menſura in extractione perluceſceret, ſed in attrahendo æneæ cum maiorem ſuſtineant flammam, longe efficatiores ſunt uitreis, quæ facilè franguntur. Quin etiam qui cornibus corpori adplicatis, ore ſugentes trahunt, inaniũt quidẽ minus, ſed nihil exiccant, ſicuti quæ cum flamma, quum res exigit, adhibentur. Applicaturi autem cucurbitulam, particulam prius rectam conſtituamus, dehinc ei extere hanc imponamus. Nam ſi iacentibus ipſis deſuper ardens linamentũ ex lucerna inducamus, miſerè adurit, nullo id uſu exigente. Cucurbitulæ amplitudo nonnunquam particulæ ſubiectæ accõmodabitur. Qua de cauſa complures ſunt cucurbitularum in paruitate & amplitudine differentiæ. Quemadmodum etiam proceriore collo, & inferiore ſpatio ſeu uentre latiore ad extrahendum efficatiores formamus. Cauendum uerò eſt, ne mammillis cucurbitulæ adglutinentur, in ipſas enim quum inciderint, &

in

in nimiũ tumorem excreuerint mammæ, non facilè auelli poterunt: quod si acciderit, ſpongijs aqua calente imbutis, cucurbitulas circumfoueto, ita enim remittuntur. Sin ne ſic quidem ſucceſſerit, cucurbitulas perforabis.

De aduſtione axillæ. Cap. XLII.

LVxato in humeri membratura articulo, in quibuſdam brachij caput ſubinde & frequenter excidit, uel propter humiditatem immodicè ſuperantem, uel quod continuo prolapſu locus luxationi obnoxius euaſerit, quo in caſu ad uſtionem deueniendũ eſt. Oportet igitur ægro uel ſupino, uel inſanum latus inclinato, interiorem alæ cutem quà potiſſimũ articulus excidit, duabus leuæ manus digitis, uel uncinis eleuatam tenuibus & oblongis ferramentis candentibus adurere, quoad cauterium contraflexum, duas una impreſſione cruſtas excitauerit: etſi magnũ inter has fuerit interuallum, mucrone ſpecilli per utraq; foramina traiecto, aliã in medio cruſtam faciemus, tantiſper dum ferramentũ ſpecillo inciderit, adurentes. Et Hippocrates, binas alias inuſtiones faciendas cenſet, iuxta utriuſque præfatæ mediam æquali illis ſpatio diſtantes, quadratæ figuræ inſtar. Altius tamen cute non aduremus, quoniam nerui, glandulæ, & alia ſubiecta ſunt, quæ inflammationem creare, & difficultatem offieiorum adferre poſſunt. Curantur aduſta autem porri cum ſale trito impoſitione & alijs cruſtis inducẽdis opibus, poſt hæc manus cautè exerceatur.

De adnatis digitis & ſedigitis. Cap. XLIII.

AGnaſcuntur digiti in manu, modò quidem ad pollicem, modò uerò ad minimum digitum, iuxta autem alium quempiam raro uiſum eſt. Horum itaq; agnatorum alij ſola carne conſtant, alij oſſa etiam et ungues quandoq; in ſe continent. Oſſa habentium, alij ab articulo communi cum altero digito commiſſura innixi, alij ab internodio & digitorũ fiſſura procedunt. Atq; ij qui inde exoriuntur, perpetuò ſunt immobiles, reliqui interdum motu agitantur. Carneorum uerò digitorum expedita eſt præciſio. Nam totum quod ſuperuacaneũ eſt, ſemel ſcalpello tollitur. Qui uerò ab articulo emergunt, horum difficilior eſt tractatio. Ab internodio exorſi ita curantur, primo caro undique uſque ad os exciditur, deinde os ipſum uel ſcalpro, uel ſerra comminuitur. Reliquam uerò curationem radendo, & cicatricem inducendo, ſicuti in oßium uulneribus comprehenſum eſt, abſoluimus.

De ſuppuratorum aduſtione facienda. Cap. XLIIII.

VStionem ſuppuratis efficaciſſimas ferre ſuppetias compertũ eſt. Oportet igitur radice longæ Ariſtolochiæ oleo imbuta ipſis impoſita candenti ferro cruſtas excitare. Vnam inter iugulorum compagem

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

De maribus quibus perinde ac fœminis mammæ turgeſcunt Cap. XLVI.

QVemadmodum mulierculis, ita & maſculis etiam ſub pubertatis tempus mammæ aliquatenus turgeſcunt, ſed pleriſq; rurſus ſubſidunt, nonnullis uerò ut ſemel orſæ ſunt, pinguedine ſubaleſcente creſcere pergunt. Quæ res quum indecora corporis figura effœminatæ naturæ probrum adferat, digna eſt cui ſcalpelli curatio admoueatur. Lunata igitur per imam mammillæ partem inciſione facta, cutiq; excoriata, adipeq; è medio ſublata oræ futuris committentur. Si forte ob magnitudinem, partibus ſuis ſicut in fœminis ad ima inclinauerit mammilla, duabus lunari figura plagis in extremis inuicem coëuntibus, ſic ut minor à maiore comprehendatur, ſecandum eſt. Cuteq; quæ inter duas lineas exiſtit, à carne diducta exẽptaq; pinguedine, ſimili modo fibulis eſt utendũ. Quod ſi aberrantes minus quàm conueniat exciderimus, tunc habenula, quæ ſupereſt rurſus adempta, ſuemus, medicamentumq; cruentis uulneribus dicatum inducemus.

De iecoris aduſtione. Cap. XLVII.

SI quibus in iocinore abſceſſus eſt, cruciatus cum grauitate obuenit, carnoſa ipſius uiſceris ſubſtantia afflicta portenditur. Si acutior dolor magis infeſtarit, pus in tunica potius collectum indicatur, aduſtioq; in hunc modum eſt facienda. Ferramentum candens oliuari figura mucronatum paulo ſupra inguen ad terminũ iocinoris adurendo inijcimus, quò cruſtã excitet uniuerſaq; cute exuſta, & ad tunicã uſq; aduſtione adacta pus excernetur. Poſt euacuationẽ phacomelite, & his q̃ aqua mulſa cõſtituũtur, et ſpecieb. carne replẽtib. poſtea uerò cicatricẽ inducẽtib. utemur.

De lienis aduſtione. Cap. XLVIII.

CVtem lieni circumfuſam, hamulis ſubleuamus, longoq; ferramento candenti penitus aduſtionem traijcimus, ut unico adactu geminæ cruſtæ inducantur. Hoc ter facimus, quo omnes numero ſex cruſtæ conſiant. Marcellus tamen tridente fuſcinula, uel tridenti ſimili ferramento uſus, treis unica impreſſione cruſtas excitauit.

De ſtomachi aduſtione. Cap. XLIX.

IN diutinis ſtomachi fluxionib. recentiores aduſtionẽ adhibuerũt. Alij cauterijs mucronatis treis cruſtas excitauerũt, unã iuxta gladialem cartilaginẽ, alias duas inferius triãgulari figura totius cutis altitudine. Alij ſolã unã ad uentriculi orificiũ, ſed ampliorẽ moliuntur cruſtã. Nõ deſunt q̃ ne ferro q̃dẽ, ſed ijs quæ iſcæ adpellãtur, aduriũt. Sũt aũt iſcæ ſpõgioſa q̃dã corpuſcula, q̃ in quercub. ac nucib. proueniũt, barbaris frequentiore in uſu Iſcæ.

usu. Sinunt autem hulcera aliquandiu absq; cicatrice aperta manere, quin etiam prius lacerant quo plurima per ipsa euaporatione hostium uentriculi ab influxionibus illæsum permaneat.

Aqua inter cutem qua ratione educatur. Cap. L.

AQuæ intercutis constitutionem, quotque eius differentiæ, quæ causæ, quibus notis deprehendi, quibusque medicamentis curari possit, tertio uolumine tradidimus, ibidemque demonstrauimus, solum Asciten manuum & scalpelli operam postulare, quam in præsentiarum explicabimus. Rectum igitur hominem constituamus: sin minus, in sedili collocabimus. Si ne hoc quidem ob imbecillitatem tolerare potest, huic curationi minime idoneus est. Recto itaq; homine constituto famulis à tergo stantibus mandabimus uentrem manibus comprimere, tumoremq; deorsum ad pubem usq; depellere. Nos scalpello sumpto aculeato, seu quo uena secatur phlebotomo adpellato, si intercus ex partibus iuxta intestina originem habuerit, sub umbilico ad perpendiculum fermè, tribus digitis interpositis abdomen usq; ad peritonæum membranam incidemus. Si à primario iocinoris affectu uitium hoc ortum contraxerit, à leua umbilici parte, si à liene cœperit à latere dextro sectionem moliemur. Ne enim ea in parte cui incumbent incidamus, cautio est. Cuteq; superiacente instrumenti acie excoriata, paulo superius quàm prima linea incisa sit, membranam peritonæum uocatã, quoad inani loco scalpellus excipiatur, perforabimus. Mox æneam fistulam ad scriptorij calami instar temperatam per peritonæi foramen conijciemus, per quam humor pro cuiusque uirium ratione effundendus est, quas ex obseruatione pulsus deprehendemus. Quare peracta, recipienda fistula est, & humoris sistenda effusio, linea quippe hoc alternata continuo sistetur fluxio. Nos tamen securitatis gratia linamentum intortum in solam abdominis plagam conijcimus, afflictoq; lecto recumbente & refocillato, sequenti die rursus humoris momentum pro uirium ratione per fistulam euacuabimus, atq; ita posterioribus etiam diebus faciundum est, donec quamminimum humoris relinquatur: summa ubiq; cura habita, ne uniuersim euacuemus. Complures etenim imperitè admodum manum admoliti, unà cum humore uniuerso, uitali etiã spiritu euacuato hominem insubide interfecerunt. Qui uero securitati magis consulunt, tantum humoris per hanc chirurgiam educunt, quantum laborantis uirtutem ingenti pondere subleuare posse uideatur. Reliquũ medicamentis aquagijs, sabulo, sole, siti, exiccantibusq; cibarijs consumunt. Vstione uerò utuntur in stomacho, iocinore, liene, abdomine, umbilico, quinq; crustas, Alij ferramentis tenuibus & candentibus, alij iscis adpellatis,

tis, uel alia id genus materia inducentes. Maximáq; pars hac potius methodo nullam prorsus perforationem (quam paracentesim nuncupant) experta sanitati restituta est.

De ijs quibus prominet umbilicus. Cap. LI.

VMbilici prominentis uitium nũc abdominis membrana ea in parte rupta, uel omento, uel intestino prolapso prouenit, nunc segni humore sub umbilico collecto, carne interdum succrescente. Interim sanguine ex uenæ et arteriæ ruptura profuso, ceu in delatationibus (quæ Græci ἀναῤῥίσματα dicunt) quandoq; non sanguine, sed spiritu solum irrumpente. Si omentum prolapsum fuerit, circa umbilicũ concolor, tumor mollis, dolore uacans, & inæqualis conspicitur. Si intestinum, præter enumerata tumor inæqualior est, & digitis impressis aboletur, crepitãs aliquando, balneis et distentionibus magis augmẽtatur. Si humoris colluuies subest, mollis similiter attactu apparet tumor, ad digitorum uerò compressionem non cedit, neq; minuitur, neq; increscit. Si præter reliqua inditia tumor liuidior sit, carnisq; subcrescentia durior, etiam tactui resistit, semperq; in eadem amplitudine manet. Si ex flatu prominet umbilicus, tumor tangentibus mollis comitatur, qui impulsus quendam sonitum ædit, & digitorum compressu euanescit. Manus itaq; opella hunc in modũ adhibenda est: Erecto homini locato, spiritum continere ut uenter distendatur præcipimus. Deinde tota umbilici excrescentia atramento scriptorio circumlatim notata, resupinatóq; homine, scalpello tumorem quà nota atramenti fuerit, undiquaq; scarificabimus. Post hæc media parte hamulo eleuata, lino uel neruo quà scarificatio est uincicmus (sic enim fortius, ne delabi possit, continebitur) ansulam nexui superaccõmodantes, mox tumore qui constrictus est in uertice inciso indicem demittemus, scrutabimurq; adamussim nunquid intestini aliquod inuolucrũ, uel omenti particula simul uincta sit. Si intestinum fuerit relictum, laxato funiculi sinu ansulaue introrsum depellemus. Sin omentum, eo retracto, superuacaneam eius partem, deligato prius quodcunq;, ut solet, occurrerit conceptaculo, amputabimus, duplicem inde acum simplex filum trahentem per scarificationem factam traijciemus, linorumq; ansulis præcisis, ueluti in aneurysmate comprehensum est, quatuor capitibus constringemus, atq; ubi corpora supra uincula computruerint, exciderintq;, linamentis curationem reliquã consumabimus, operam dãtes, ut cicatrix caua magis subinde reddatur. Hæc quippe, si uel omento, uel intestino malum fertur acceptum, moliemur. Si uerò caro, aut humor, aut sanguis uitium causarit, media tumoris parte orbiculatim præcisa, quicquid extra abdominis membranã peritonæũ nun-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

do ſubiacente peritonæo, ad contrarium ueniendum eſt, id quoq; ab interno extrorſum unà cum cohærente toto abdomine tranſuendum eſt, atque ita quidem iterum atque iterum quoad uniuerſum uulnus parimodo conſutum fuerit, faciundum. Interuallum uerò ſuturarum, quo plaga quæ ſubeſt conſtringenda eſt, breuiſſimum eſſe debet: quo uerò cutis integra, firmáque permaneat, non admodum breue inter ſuturas cutis, ne alibi rumpatur, utile eſt, proinde euitatis utriſq; extremis, mediocritas præferenda eſt. Eadem ſanè & in ſutura habenda eſt fili ratio. Durius nanq; cutem abrumpit, mollius breui rumpitur. Veluti etiam ſi ſummis orarum finibus acus inijcitur, reliquum cutis, quoniam tenuiſſimum eſt, ſi uim patitur, rumpi cogitur. Sin plurimum à ſutura comprehenditur, inconglutinatum relinquetur. Hæc quidem omnibus hulceribus quodammodo communia ſunt, maximè tamen in conſuendo uentre ſeruanda. Vel igitur quemadmodum demonſtratum eſt ſuperius nobis agendum, huc diligentia adhibita, ut membrana, quæ peritonæum dicitur, cũ abdomine coaleſcet: id quod quia neruoſa eſt, uix ſperare audeas, uel ut alij factitant, ea quæ natura cognata ſunt, peritonæum pentonæo, abdomen abdomini inuicem committemus. Fiet autem hoc modo, abdomen ſolum ab exteriore parte introrſum acu eſt traijciendum, mox utriſque pentonæi labris tranſmiſſis, rurſum acus per utraq; hæc labra à foris introrſum conijcienda, deinde ab interiore parte foras per alteram abdominis oram reducenda. Hæc ratio à communi illa & expedita, qua uno adactu per quatuor oras ſimul acus traijcitur, in eo differt, quod membranam abdominis totum intra abdomen occultat. Medicamenta ad hæc eiuſdem materiæ, cum ijs quæ cruentis inijciuntur, accommodata ſunt. Ne autem aliqua principalior particula per conſenſum afficiatur, totum quod inter inguina & alas exiſtit, lâna molli oleo moderate calido imbuta, fouere ac circundare expedit. Satiúſque fuerit, ſi idem per clyſterem inteſtinis infundatur. Nam ſi quid in inteſtinis conuulneratum ſit, uinum nigrum, auſterum & tepens injiciendum eſt, eoq; magis ſi totum inteſtinum uulneratum ſit. Craſſa quippe inteſtina curationem promptius recipiunt, tenuia uerò difficilius. Ieiunum uerò, quoniam uaſorum multitudinem amplitudinemque, tenuem ac neruoſam tunicam continet, & quod bilem meracam totam recipiat, & quod ex omnibus iocinori proximum exiſtat, irremediabile eſt. Imæ porrò uentris partes carnoſiores fidenter curari debent, quandoque enim proficit: non modò quod craſſiores ſint, ſed quod medicamenta ſanantia cõmodius hoc loco ſubſiſtant. Quæ enim os uentris ac ſtomachi affligũt, præterquã quod tranſitu tantũmodo remedia attingũt ſenſus,

acumine curationibus aduersantur. Cum autem membrana peritonæum appellata rupta, omentum prolapsum est, liuidumq; aut nigrũ sit, laqueo priusquam nigrescat exceptum, ne sanguinis eruptione periclitetur, infra uinculum amputandum est, atq; in imo consutionis fine uinculi capita dependeat, quo facilius, cũ ex uulnere suppurante eructentur, eximi possint.

De recutitis. Cap. LIII.

IN recutitis, hoc est, ijs quibus glans penis præputij penuria non contegitur. Quidam decoris gratia duplicem curationi modum excogitarunt. Interim quidem in superiore parte iuxta pubem colis tergus orbiculatim incidentes, ut facto diuortio continui deorsum trahatur, quoad glandem ipsa operiat. Interim uerò subtus glandis radice cutem scalpello ab interiore cole excoritãtes, deinde inferius trahentes, mox linteolo quodam molli præputium undiquaq; deligantes, sic utiq; ut linteolũ aliquod inter cutẽ & colem, qua excoriata est, interponatur, ne glandi agglutinetur. Hic modus Antyllos magis arridet, fusius ipsum explicãs. Nobis summatim ea tantummodo recensere idcirco placuit, quoniam rarenter huiusmodi curationis opera exigitur, eo quod nullam functionibus obeundis difficultatem pariat hoc uitium: neq; adeo indecorũ est, ut eo magis glandem, cruciatu qui manuum administratione conciliatur, deligere malis.

De hypospadiæis. Cap. LIIII.

PLerisq; à natali die glans minimè perforata est, sed sub cane nuncupato, qua glans suspensa est, foramen habent: unde neq; meiere anterius, nisi membrum obdomen uersus admodum reflexerint, neq; liberos procreare possunt, quũ semen ipsorũ in uuluam recta eiaculari nequeat. Accedit his, quod indecorum admodum hoc uitium existit. Omnium igitur ut simpliciſsimus, ita & tutiſsimus medendi his modus est, qui fit per amputationem. Resupinato itaq; homine, glans sinistræ manus digitis ualidè attollenda est, deinde scalpelli acie iuxta coronam amputanda, plaga non obliqua, sed concaua & rotũda instar sculpturæ, ut in medio quædã glandem repræsentans eminentia relinquatur. Quoniam autem sanguis profusio sæpius comitatur, sanguinem sistentibus medicamentis utendum: sin minus, tenuibus ferramentis candentibus adurendum.

De phimo, hoc est, glande præputio præclusa. Cap. LV.

PHimosis causa duplex est, interdum enim præputiũ glandem operiens retrahi rursum non potest. Interdum retractum reduci nequit, quæ species proprie Periphimosis nuncupatur. Prior differentia uel ex cicatrice in præputio concreta, uel ex carnis incremento. Secunda ex

colis

colis inflammatione prouenit, quum retracto præputio glans ita intumescit, ut id amplius non admittat. Si igitur prima ſpecies phimoſis cauſa fuerit, curationem hunc in modum moliri expedit. Aegro accommodatè collocato, præputium anterius tractum, iniectis in ſummitatem ipſius tribus aut quatuor hamulis, miniſtris quantum fieri poteſt diſtendendum atque aperiendum exhibemus: poſt hæc ſi ex cicatrice foris contractio nata fuerit, ab interiore parte tribus quatuoŕue locis ſcalpello ſeu aculeato cultello præputium lineis directis, æquali inter ſe ſpatio diſtantibus, incidimus. Eſt autem duplex circa glandem præputium, os itaq; eius à parte interiore diuidendum eſt, diſſoluta enim hoc pacto contractione, quæ ex cicatrice concreuerat, præputium facile inducemus. Si uerò carnis eminentia ab interiore parte adnata phimoſim creauerit, carnem omnem, præputio retracto, ſcarificabimus carnis deinde excreſcẽtias, quæ inter inciſiones extant, derademus: poſtea tabulum plumbeũ papyro ſicca inuolutum glandi uniuerſæ circundabimus. Sit autem tabulum binis foraminibus, undiq; æqualibus præditum. Sic enim huius circumpoſitu inducto præputio, rurſum coaleſcere prohibebitur. Diſtenta tum à plumbo, tum ab inuoluta papyro, quæ ex amento turgeſcẽs, magis adhuc cutem à cole diducet. Ad hũc igitur modũ, ſiue ex cicatrice, ſiue ex carnis eminentia phimus extiterit, faciendum eſt. Si autem periphymoſis nuncupata infeſtauerit, ſiquidem in uetuſtatem inciderit, coaleſcit, & nullo remedio eliditur, niſi quis perinde ac recutitus tractari uoluerit. Sin autem nondum coaluerit, lacerationibus, hulcuſculisq; in longitudinem ternis aut quaternis, aut pluribus orbiculatim excitatis, oleo copioſiore tepido fouentes, ulterius protrahemus.

De præputio glandi adhæreſcente. Cap. LVI.

GLans & præputium inuicem cohæreſcunt exhulceratione præcedente. Oportet itaq; aduerſa ſcalpelli acie uel ferramento polypo accõmodato ſpathulam retrahere quantum licet, ea quæ reſiſtunt ſubſecare, ſumma adhibita cura, ut glans ab agglutinato præputio purè ſeparetur. Si uerò id difficile ſit, glãdis potius aliquid ad præputiũ, quàm econtrario ſumendum eſt: quum enim præputium tenue ſit, facile perforatur. A diſſolutione uerò commiſſuræ, linteolum tenue aqua gelida imbutum, inter glandem & præputium, ne rurſum coaleſcant, inſerendum eſt, uino adſtringente cicatricem inducendo.

De circumcidendis. Cap. LVII.

NOn de his qui gentili quadam religione circunciduntur, ſermo nobis impræſentiarum eſt, ſed de ijs quibus affectu in uerendis creato præputium nigreſcit. His ſanè totũ quod nigruerit, circulatim ex-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

quidem recti siphonis demittendi ratio est. Cæterum quoniam identidem incidit, ut exhulcerata uesica collutionem necessariò postulet, ad hoc auricularibus clysteribus in præfatum modum inditis utemur, si modò illis in uesicam enema infundi poterit: sin minus, aluta uesicá ue bubula siphoni adaptata, infusione colluemus.

De Calculo. Cap. LX.

QVandoquidem aliâs de calculorum parente atque rudimentis explicatum est, eosq; pueris in urinæ conceptaculo magis, prouectioribus in renibus creari, locus modum, quo excindi commodè possint, expetit, quem præscribemus, ubi notas prius, quibus calculus in uesica deprehendi potest, exposuerimus. Lotium itaque quod eminguntur, aqueum est, sabulosum quod in eo subsidet, tentigine penis continenter pruriunt. Proinde illis absque ratione, modò relaxatur, modò arrigitur, quoniam irritati, præsertim pueri frequenter illum demulcent & contrectant. Quum calculus in ceruicem uesicæ incidit, extemplo urinæ suppressio fit. Ex ijs porrò quibus calculus exciditur, pueri quidem usque ad quartuordecim annos propter corporis mollitudinem nullo negotio curantur. Senes contrà, quoniam corpus ipsorum rebelle, curationem nunquam fermè recipiunt. Mediæ horum ætates, etiam in hoc medio quodam inter hæc modo se habent. Rursum qui grandioribus calculis laborant, quia inflammationibus sustinendis assueti sunt, faciliùs malo subtrahuntur. Qui exilioribus, difficilius ad sanitatem perducuntur, contrarias ob causas. Quum hæc ita se habeant, ad scalpelli operam profecti, concussione prius utemur, modò quidem per ministrum, modò ab ipso laborante ex alto aliquo loco desiliente, quo calculus ad ceruicem uesicæ decutiatur. Mox ægrotante, ceu rectus in sedili figurato, manibus{q;} suis sub femora porrectis, ut in angustum uesica compellatur. Si igitur attrectantibus nobis calculus in perinæum, hoc est, in spatium quod inter fœmina est à testibus ad sedem procidat, quassatu illuc deiectus, ad scalpelli operam accingemur. Si non sublabatur, leuæ manus digitum, si puer est laborans, indicem: Si prouectioris ætatis, medium, oleo prius illitum, in anum demittemus, resupinis{q;} que digitis ipsum perquirentes, repertum paulatim traducentes ad ceruicem uesicæ deducemus, digitó{q;} que uno aut pluribus inibi constrictum, in exteriora propellemus. Deinde alteri famulo, ut manibus uesicam comprimat, iubebimus. Alteri ut dextera manu testiculos sursum trahat. Sinistra perinæum extendat in alteram partem, qua sectionem tentabimus. Nos sumpto ferramento quod

Notæ calculi.

litho-

lithotomum appellant inter anum & teſticulos, non tamen in perinæi medio, ſed uerſus ſiniſteriorem clunem obliqua linea ſuper lapidẽ parti ſecandæ ſubiectum inciſionem moliemur, ſic ut plaga foris latior ſit, intus non amplius pateat, quàm ut lapillus per eam queat eijci. Interdum enim digitorum uel digiti in ano innixu unà cum inciſione citra euulſionem calculus commodiſſimè exilit. Si non exilierit, unco huic functioni dicato (lithuncum nuncupant) iniecto eximendus eſt. Calculo iam exempto medicamentis ſanguinem ſupprimentibus, ex mãna thuris, aloẽ, ſolidagine, uel etiam myſi, alijſq; id genus ſanguinis profluuium coercentibus, ſiſtemus, lanam atq; linteolum implicitum uino & oleo imbutum, uulneri ſuperinducamus, & calcularijs deligationibus ſexicrurijs utemur. Si metus eruptionis ſanguinis ſit, linamentum ex poſca uel hydroroſato injiciendũ eſt, quod ægroto decumbente crebrius madefaciendum eſt. Tertio poſt die ſoluentes, hydrelæoq; largiore fouentes, tetrapharmacum linteolis inductũ adhibebimus, ſubinde propter urinæ acredinem ſoluentes atq; curantes. Quod ſi aliqua inflammatio ſuperuenit, cataplaſmatis & reſperſionibus in hoc conſecratis utemur, & roſaceum uel chamæmelinum, uel butyrum in ueſicam, niſi quæpiam inflammatio impediat, injiciemus. Pari modo ſi uel depaſcendo ſerpens, uel quodam alio modo maleficum hulcus efficiatur, ſingulis congruentia remedia accõmodabimus. Si deſit hulceri inflammatio, lauacro illis adhibito, emplaſtrum diachylon, id eſt, ex ſuccis ſuper lumbos & imum uentrem accommodabimus. Per uniuerſum uerò curationis tẽpus, quò remedijs quieſcendi locus ſit, fœmora quoq; deligare conuenit. At ſi lapillus paruulus in ceruicem ueſicæ colem ue inciderit, et mingendo excerni nequeat, præputium ualenter in anteriora retractum, ſupra glandis ſummitatem uinciendum eſt. Mox pudendi etiam coles, iuxta finem ad ueſicam ſpectantem uinculo iniecto, deligandus eſt. Deinde ab inferiore parte calculi incidemus ſuper lapidem, qui parti ſecandæ ſupponitur, flexoq; inſuper cole calculus eijciendus eſt, ſolutis poſtea uinculis hulcus à grumis uacuabitur. Vinculum itaq; poſterius iniectum eſt, ne calculus retrorſum remeat. Anterius, ne poſt calculi exemptionem, præputij ſoluti, tergus in oppoſitum recurrens, inciſionem operiat.

De partibus circa teſticulos. Cap. LXI.

Quandoquidem ad Herniarij medici diſciplinam, partium teſticulorum finitiones conferunt, eæ prius à nobis ſunt proponendæ.

Paraſtatæ. Cremaſteres.

Teſticulus igitur ſubſtantia eſt glanduloſa, fragilis, ad ſeminis uim genitalem comparata. Paraſtatæ, id eſt, aſſiſtentes, & Cremaſteres appellati, hoc eſt, ſuſtẽdicula, nerui ſunt, à ſpinalis medullæ ex cerebri mem-

brana

brana propagati, qui cum arterioſis uenis ad teſticulos pertingunt, per quos ſemen in pudendum permeat. Seminaria conceptacula, uenæ ſunt à caua uena in teſtes, quibus etiam alimentum præſtant, ſinuoſis anfractibus pertinentes, † Sinuoſaq; tunica eſt naturæ neruoſæ à gibboſa & anteriore parte teſticuli libera, à concaua & poſteriore ipſi inhæreſcit, ex abdominis membrana originem obtinens. Partem eam, qua teſticulo adnata eſt, poſteriorem adnexum ſiue inhærentiam, Græcè πρόσφυσιν cognominant. Darti ſunt membranæ, quæ exteriorem pellem erytroidi tunicæ adglutinãt, quibus partibus & illa poſt teſticulos annexa eſt. Huic autem pelli exteriori rugoſæ teſticulis circundatæ ſcrotũ Latinis, Græcis ὄσχεον nomen eſt inditum. † Erythroides. Darti.

De hydrocele, id eſt, hernia aquoſa.
Cap. LXII.

HVmorem quendam otioſum atq; hebetem in partibus corporum quæ ſcrotum implicant, collectum, tumoremq; ſenſu perceptibilem inducentem, aquoſum ramicem indigitant. Fit igitur humoris huius magna ex parte circa teſticulos in tunica erytroide, iuxta partem anteriorem, qua à teſticulo ſeparatur, raro extra erytroidẽ colluuies. Subinde peculiria etiã tunica humor cõprehenditur. Appellantq; hoc uitiũ chirurgici Herniã in ſuperuenienti tunica ortã. Si igitur ex præcedẽte cauſa, exempli gratia, partium harum in imbecillitate hoc mali conſtiterit, ſanguis alimenti ratione huc delatus in aqueã, ſeroſam, hebetemq; ſubſtantiã immutatur. Si autem ex plaga, cruenta, aut fæculenta materia comprehendatur. Cõmune inditiũ eſt, tumor abſq; dolore, immobilis in ſcroto permanens, nulloq; caſu euaneſcens: ſed quum paucus ſit tumor, cedens: ſi copioſus, nõ cedens, & quibus in erythroidæ tunica humor exiſtit, tumor rotundus paulo longior oui inſtar apparet, teſticulusq; his planè inibi occultatur, ut qui undequaq; ſit circundatus: Si extra erythroidem membranam ſub tunicis quæ Darti nuncupantur, extiterit, per pauca corpora ſublabitur. At ſi humor in ſupergenita tunica coierit, propter undiquaq; compactũ conglobatumq; tumorem, alterius teſticuli imaginem refert. Si aquoſa ſit materia, ccõolor tumor perlucet. Si fœculenta, aut cruenta rubicundus aut liuidus per tunicã apparet: nam quibus in utriſq; ſcroti partibus ſigna hæc inueniuntur, duplicem ibi herniam eſſe ſcientium eſt. Curationem quæ manuum operam deſiderat, adminiſtrabimus ad hunc modum: Deraſa pube & ſcroto, niſi puer ſit, reſupinum ægrotantem ſuper ſedili collocabimus, multiplici aliquo panniculo natibus ſubiecto, ſpongia uerò ampliore ſcro-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ſuis remedijs, ne battologizemus, occurrendum eſt. Cæterum ſi aduſtionem potius in aquoſa hernia, ſicuti recentioribus placet, probabimus omnia, nihilominus quæ uel ante, uel poſt manuum adminiſtrationem dicta ſunt, exequemur: quinetiam in ipſa chirurgia, excepta modo ſectione quæ ferramento & inciſione ad humoris emiſſarium, facienda ſunt, decem itaque aut duodecim ignitis ferramentis ad r *Græcorum literam formatis, & duobus cultris primum ſcrotum in medio ferramento* r *imitanti aduremus, cultello autem aut retuſo hamulo membranulas excoriantes, ferro candenti gladiolo ſimili præcidimus. Denudata uerò erythroide tunica, quæ facile, quoniam alba & angusta tenuis'ue exiſtit, cognoſcitur, acie ferramenti ad* r *figuram perurentes, humorem effundimus, deinde totum id quod ex ea detectum eſt, hamulis attrahentes, candenti cultro enſem referenti, è medio tollemus.*

De carnoſo & tophaceo ramice. Cap. LXIII.

CAro in parte aliqua corporum inter ſcroti tunicas concreſcens, carnoſam herniam ramicem'ue excitat. Oritur autem ex cæca quadam cauſa, teſticulo fluctionem experto et indurato, uel ex percuſſione, aut negligenti poſt ramicem ſectum, curatione. Committatur autem hos unà cum duritie, concolor tumor. Si tumor in ſcirrhum occaluerit decolor & indolens: ſi malefici naturam reſipiſcat, dolores pungentes conſequuntur. Scalpellum itaque ita habenti admouẽtes, collocabimus ipſum ſicut ſuperius explicitum eſt, incidemusq; ſimiliter. At ſi circa teſticulum caro increuerit, utranque membranam darton & erythroidem conſimiliter ſecabimus: poſtea teſticulo attracto, atque ex erythroide exempto, uaſa à neruo cremaſtere ſeparata uinculis excipienda, ipſeq; neruus præcidendus eſt. Teſticulus autem, qui cum carne coaluerit, tanquam alienus ejiciendus eſt. Si hæc concretio quadam in tunica aut uaſe extiterit, ſcroto diuiſo, ſubiectis'que carni membranis, quicquid ab excreſcentia carnis occupatum eſt, auferetur: quod ſi poſterior commiſſura hoc uitium experitur, omnibus quæ ambiunt ipſam exciſis, teſticulus quoque ipſius ſimul extrahatur: fieri quippe nequit, ut ſine hac teſticulus permaneat. Tophi autem, & in teſticulo, & in erythroide membrana concreſcunt, multo'que renix, duritia, & inæqualitate à carnoſa hernia & aquoſa diſcernuntur. His itaque eadem manuum, quæ & carnoſo ramici, curatio, adhibenda eſt.

De uaricoso ramice & flatuoso. Cap. LXIIII.

VEnas scroti, uel membranarum quæ Darti nũcupantur inturgescentes, uarices simpliciter appellant. Si uerò illis quæ testiculũ nutriunt hoc acciderit, uaricosum ramicem nominant. Notæ huius conspicuæ sunt, locus paulo tumidior, modicè obliquus, racematim conglomeratus, testiculi relaxatio manifesta, & aliæ functionum difficultates, in cursu præsertim, exercitationibus, & itinere. Curationẽ quæ manu fit, talem admoliemur: Aegro appositè figurato, scrotũ manu permulcetur, neruus quo testiculus depẽdet, ad inferiorem partem depellitur. Is autem inde facilius agnoscitur, quod cum ualens sit, uenis tenuior, solidior, magisq; renitens sentitur, maioremq; dolorem adfert ex compressu, iuxtaq; colens constitutus, quo depresso uasa digitis nostris famuliq; in scroto adprehensa, ualideq; distenta, cutem contra ipsas uenas scalpelli acie oblique ductam secabimus, hamulis insuper infixis, subiectas cuti partes eleuatas excorimus, uenasq; ipsas denudatas, ut in capite de Angiologia et Aneurysmati explicatũ est, acu duplex filũ trahente traijcimus, ansaq; fili incisa & quæ incipit, & qua desinit uaricatio, fune deligabimus, facta prius in longitudinem incisione, ac sanguine collecto illic euacuato, remedijs pus mouẽtibus ipsos curare tentabimus tantisper dum unà cum uenis uincula quoq; sua sponte excidant. Leonides uerò tradit, si aliqua ex uasis quæ testiculo alimentum præbent, uaricata fuerint, ita esse faciundũ. Si omnia affecta sint cum ipsis etiam testiculus erit euellendus, ne alimento destitutus contabescat. Flatuoso porrò ramici cum genere aneurysma existat, manuum administrationem non esse admouendam idem autumat, propter præsentaneum, quod in uaricibus à nimia sanguinis profusione euenit, periculum. Recentiores autem cum uitij huius duplex sit generatio, alias ex quatuor uasis testiculum nutrientibus, alias quæ in Dartis tunicis & scroto continentur arterijs, hunc ceu conclamatum repudiant, illum manuum operã curant. Discernimus autem ipsos, quod qui ab arterijs fit, facile ad digitorum compressionem euanescit: qui à uenis testiculum alentibus enascitur uel neutiquam, uel cum multo metu, his eadem quæ uaricoso ramici curatio adhibetur, singulis uenis funiculo exceptis ac deligatis.

De hernia intestinorum. Cap. LXV.

ENterocele, hoc est, intestinorũ hernia siue ramex, est in scrotũ intestini deuolutio, quæ fit ex mẽbranæ abdominis ruptione circa ilia uel laxatione: utraq; igitur hæc, ruptura scilicet & laxatio, uiolentia quadam præcedente, nempe ictu, saltu, aut clamore proueniunt. Laxatio autem proprie, cum ex resolutione, tum ex alia corporis imbecillitate accidit. No

tæutriſq; communes ſunt hæ, euidens in ſcroto tumor, qui in exercitijs, teporibus, ſpiritus retenſione, alijsq; huiuſcemodi occaſionibus maior euadit, digitisq; compreſſus, lentius recurrit, celerius autem rurſum relabitur. Inteſtinum inſuper reſupinatis, ſupernè ſua in ſede permaneãt, donec erecti ſteterint. Stercus autem in ſcroto intercluſum, periculũ ſæpenumero ipſis intulit, dolor enim infeſtat, impreſſisq; interim etiam digitis crepitum ædunt. Hactenus quidem communes: ſingulares uerò priuatim notæ ramicis, quæ ex laxatione membranæ oritur, ſunt, quod non uniuerſim, ſed particulatim, & quibuslibet de cauſis interdum inteſtinum deuoluitur, tumorq; æqualis, & profundiore in loco apparet, utpote inteſtino, quod delapſum eſt, abdominis membrana conſtricto. At quæ ruptura euenit deuolutio, uniuerſim ab initio, & uiolentis de cauſis duntaxat, tumorem immenſum, inæqualem, & in ſumma ſtatim cute præfert, eò quod extra peritonæum elabantur inteſtina. Si igiur rupta membrana peritonæo, omentum duntaxat in ſcrotum exciderit, epiplocele, hoc eſt, omentiramex, ſi omentum inteſtina ſecuta ſint epiploênterocele, hoc eſt, omenti & inteſtini hernia appellatur. Si uerò cum his etiam aqua in tunica erythroide nuncupata contineatur, ex tribus compoſita appellatio inditur: hydrenterepipocele, hoc eſt, aquæ, inteſtini, & omentiramex. Porrò neq; hos, neque ex ruptura inteſtinorum ramicem, manuum adminiſtrationi ſubijciemus, ſed illum duntaxat, qui ex laxatione conſtiterit, ramicem hoc modo curamus: Laborante reſupinato inguinis cutem per famulum ſubleuatam, tranſuerſa linea, ſicut in angiologia expoſitum eſt, incidimus. Etſi quidam non tranſuerſa, ſed recta linea utantur, iniectoq; hamulo diuiſionem ita explicamus, ut per eam educi teſticulus commode poſſit, deinde rurſus in intima cute, nempe quarta, tot hamis infixis, quot ad uulneris magnitudinem ſufficiant, membranulas & adipem retuſo hamo aut ſpecillo excoriantes, ſcalpello excidimus, detectaq; undique & expedita abdominis membrana, indicem digitum in poſteriorem ſcroti partem inter membranam hanc & dartum demittimus, eo´que poſteriorem connexum ſoluimus. Poſt hæc dextra manu finem earum implicantes, ſiniſtra abdominis membranam ad diuiſionem attrahimus, & teſticulum unà cum membrana rubenti, eductum famulo attollendum tradimus, ipſi uerò poſteriorem inhærentiam penitus unà cum membrana rubenti diſſoluentes, digitis contrectando, num inteſtini aliquis anfractus in tunica erythroide relicta ſit, explorabimus: qui ſi inuentus ſit deorſum hũc ad aluũ propellemus, deinde acu magna, linum decies tortum duplex, ducente, extremitate membranæ abdominis qua diuiſionem reſpicit, per medium

Epiplocele.

Epiploenterocele.

Hydrenterepipocele.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

gnato, ægro deinde reclinato candens ferramentum medio illi puncto imprimemus, primum claui, deinde lateribus trianguli ad r Græcæ literæ figuram. Postremo ad latérculi aut lenticulæ instar facilis cauterijs, totum triangulum complanabimus, famulo per totam adustionem saniem panniculo extergente: tam altè adurentes, quoad in mediocris habitus corporibus adipem attingamus. Neq; enim in gracilibus propter siccitatem puncto illi ferrum imprimendum est, ne fortè imprudentes peritonæum aduramus, neque etiam nimium obesis ac pinguioribus, in quibus etiã uel ante iustã adustionem pinguedo occurrit. Vbi sanè, ut mediocrem adustionis habitũ inueniamus, artificiosa coniectura opus est. Secundũ ustionem porrũ cum sale tritũ crustæ imponitur, & inguinali ad x literæ Græcæ figurã ligamento utamur. Sequentibus diebus medicamentis quæ crustã adimunt, puta quæ ex lẽticula et melle cõstãt, et id genus alijs curationẽ absoluemus.

De scroti laxatione quam Rhacosim dicunt.

Cap. LXVII.

QVando scroti tergus sine interioribus suis partibus laxatur, uitium maximè indecorum, quod Græci rhacosim nuncupant, euenit. Leonides itaq; resupinato homine, superuacanea scalpello super tabulam quandam, aut durum aliquod coriũ, excidebat, oraq; plagæ futuris committebat. Sed Antyllus ternis post aut quaternis futuris adhibitis, superfluam cutem forfice acuta uel scalpello abscindebat, futurisq; conglutinatam perinde atq; cruenta curabat.

De ratione faciendi eunuchum. Cap. LXVIII.

QVum nostræ artis consilium atq; unicus scopus sit, ut corpora ab affectione, quæ præter naturã est, in naturalem restituantur, contrariam, eunuchos faciendi ratio, professionem sortita est. Sed quoniam subinde præpotentes aliqui nos uel inuitos castrare homines cogunt, huius etiam rei modus compendiosè referendus est. Duplex igitur est, unus collisione, alter excisione absoluitur. Collisione hoc modo, pueruli etiamdum infantes, in aquæ calidæ peluim collocantur, ut in ea desideant: deinde ubi partes illæ eadem pelui fuerint remollitæ & relaxatæ, digitis testiculi præmuntur, quoad dissipati euanescant, neque subtactum amplius dissoluti occurrant. Excisione uerò, in hunc modum: Homine in sedili resupinato, leuæ manus digitis scrotum unà cum testibus comprimetur, scalpelloq; admoto in rectum duas lineas, unam per alterum testiculum incidimus, ubi proruperint testiculi excoriati, sola tenuissima illa naturali uasorum continuitate relicta, execabuntur. Atque hæc castrandi ratio collisioni in eo præstat, quod qui collisionem experti sunt,

sunt, Venerem nonnunquam appetere solent, parte testium aliqua, ut credibile est, in colidendo subterfugiente.

De hermaphroditis. Cap. LXIX.

HErmaphroditorum uitium ex Hermes & Aphrodites, hoc est, Mercurij & Veneris compositione, appellationẽ sortitũ est, ualde utriq; sexui indecorũ. Cum enim quatuor sint iuxta Leonidem ipsius differentiæ, tres quidem in maribus, una in mulieribus cõsistit. In maribus siquidem aliâs sub scroto in interfœmineo, aliâs in medio scroto genitalis fœminei pilis obsiti forma conspicitur. Tertia uerò his accedit, in qua quibusdam per eiusdem scroti quasi muliebris pudendi rimam urina destillat. In fœminis uerò supra pudendum iuxta pubem mentulæ subinde species inuenitur, quæ tribus quibusdam eminentibus corporibus uno quasi cole, reliquis duabus, quasi testibus. Tertia illa, quæ uiris accidit deformitas, qua per scrotũ urina excernitur cõclamata, et immedicabilis est. Tres reliquæ curationem recipiunt, partibus superuacuis è medio sublatis, & aliorum hulcerum modo curatis.

De nympha amputanda & caudatione. Cap. LXX.

NYmpha quibusdam supra modum excrescit, & indecentem uerecundiam præ se fert: & quemadmodum nonnulli tradunt, alii. quæ partes hac haud aliter atque uiri arrigunt, et in Venerem ruunt, quo circa résupinata muliere uulsella nymphæ superfluum apprehensum, scalpello excindimus: cautione diligenter adhibita, ne nimis altè excidendo penetremus, ne rhyadica affectio inde excitetur. Caudatio porrò quã cercosim dicunt, caruunculæ à locellorum ore propago quædam est, quæ muliebre genitale replet, interdum etiam instar caudæ foras procidit, nymphæ modo abscindenda est.

De muliebrium locellorum thymis, condylomatis, & hæmorrhoidibus. Cap. LXXI.

THymus tuberculum quoddam est, modò rubens, modò candidum plurima ex parte dolore uocans, Thymi corymbis similis. Condylomata uerò rugosæ quædam extuberationes sunt, quemadmodum hæmrhoides ijs, quæ in sede eueniunt respõdentes, interdum etiam sanguinem profundunt. Omnes igitur huiusmodi in mulieribus excrescentiæ, quæ sub aspectum ueniunt, inter detegendum specillo comprehensæ, semispathulæ

thulæ ferramenti acie exciduntur. Et galla læuigata, aut fissili alumine curantur: deligaturam quippe quæ lino fit, in his clariores Chirurgi non concedunt.

De muliebribus genitalibus imperforatis, & phimo. Cap. LXXII.

GEnitalia mulierum compacta & imperforata, interim à natura, interim ex superueniente occasione, morbo aliquo præcedente, fiunt, quandoq; in imo, quandoque in ipsis alis, quæ Græcè περυγώματα *dicuntur, uel in medio etiam spatio, idq; uel ex natura, uel ex obstructione. Obstructio autem uel carne, uel membrana fit. Hoc uitium in Venereo congressu, in conceptu, in partu, nonnunquam in expurgandis mensibus graue impedimentum adfert. Si uidelicet membrana, uel caro totum obstruat. Nam in quibusdam foramen in medio patescit. Causa itaq; inuenta, uel ex promptu, uel etiã dioptra, hoc est, exploratorio specillo ad uuluam aperiendam demisso, siquidem conglutinatio solum fuerit, hanc recta linea scalpello ad fistularem incisionem facto dissoluemus. Si autem distentio, hamulis iniectis medium corpus siue membrana, siue caro sit eleuantes scalpello diuidemus, deinde sanguinis profluuio exiccantibus, sine rosione medicamentis represso, cicatricem inducentibus utemur, priapisco, hoc est, linamento priapi instar facto, suppposito: atq; hoc in his potissimũ fit, in quibus non admodum altè scalpelli administratio est adhibita, ne particulæ rursus coêant. Phimus, hoc est, præclusio, in uteri ostiolo succrescẽs, pari modo curandus est.*

De uteri abscessu. Cap. LXXIII.

VBi circa os uuluæ abscessus emerserit, qui manus administrationem queat admittere, non protinus ad incisionem festinare consilium est, sed propter uteri excellentiam quoad absoluta dispositio eius, auctaq; plurima parte inflammatio creuerit, superiectaq; humoribus corpora attenuata fuerint, expectare, tum deniq; ferrum tentare. Inter agendũ igitur mulier in sedili resupinata ita collocanda est, ut crura ad abdomen fœmina inter se diuaricata, contrahat, cubitiq; eius popletibus subijcientur, ac uinculis accommodatis ad ceruicem deligabuntur. Tunc medicus ex dextra sedens, Dioptra ad ætatem accommodata explorabit, conuenit autem specillo sinus muliebris profunditatem metiri, ne si longior Dioptræ tibia fuerit, uulua comprematur. Quod si Dioptræ tibia sinu amplior reperiatur, duplicia linamenta alis inserenda sunt, sic, ut super ipsa

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

tus attractionem sequens corpus robur eius proterat ac refringat. Postea uuluæ alis per ministrum diductis, medicus leuam manum inunctam ualentibus digitis constrictis attenuatam in ostium uuluæ inserat, ipsumq; dilatet, & oleo infuso relaxabit, demissa manu inquirens, ubi uncus ad fœtum extrahendum commode injiciendus sit. Idonei autem ad infigendum uncum loci, si in caput conuersi deferuntur, sunt oculi, occipitium os ad palatum, mentum, clauiculæ, costarum & præcordiorum sedes. Si in pedes exeunt, ossa pubis, intercostalia & iugula rursum, deinde medicus uncum dextera manu continebit, flexura ipsius digitis occultata, sinistra manu paulatim intromittat, & alicui ex supradictis particulis, eum usque ad uacua infiget, tum alterum ex opposita parte injiciet, ne in alterum latus declinet, sed æquali libramento protrahatur. Deinde æquabiliter attrahere oportet, non solum rectà, sed in latera etiam perinde atque in dentibus eximendis fieri consueuit, neque inter agendum tensionem iterum remittere conuenit. Postea uerò indice digito perunctо, uel pluribus etiam demissis, inter os uuluæ & corpus insertos, & orbiculatim circumactis quasi excoriando resoluere. Si autem pro attractionis ratione uncus sequatur, erit subinde in superiores partes transferendus quoad fœtus perfecta fiat extractio. Si autem manus infantis porrecta fuerit, neque propter angustiam repelli queat, panniculo aliquo circumposito, ne dilabatur, modicè protrahenda, prolapsáque, tota ab humero abscindenda est. Idem si utræque prociderint, faciundum. Simili etiam modo pedes procidentes reliquo corpore non consequente, ab inguinibus amputari debent. Tum reliquum corpus dirigere tentabimus. At si caput iusto maius, angustiasque facit, & hydrocephalus est infans, spathapolypica, uel scalpello, uel aculeato cultello inter digitos occultato, caluariam eius incidimus, ut tumore eximanito concidat. Quod si naturaliter caput tam amplum sit, caluariam similiter forcipe, dentibus aut ossibus extrahendis dicata, confringimus. Si ossa aliqua immineant, hæc quoque eximuntur. At si caput ad thoracem protractum impediat, partes circa clauiculas eodem instrumento usque ad interiora secentur, ut humore effuso thorax extenuetur: sin minus, clauiculæ etiam ipsæ præcidendæ atque extrahendæ sunt, tunc enim concidat, necessum est. Quod si abdomen è mortuo fœtu, aut aquam subtercutem experto, inflatum deprehenditur, unà cum interaneis eadem ratione acuia, euacuandum est. Si in pedes deferuntur, ad os uuluæ inclinatio non difficulter dirigitur: At si thorax uel imus uenter obstructionem præbeat, linamento circũposito attrahantur

atque eodem, quo dictum est, modo, ea quæ ambiunt, findemus. Si uerò reliquis omnibus partibus detractis, caput solum reuersum altius inhæserit, & firmius retineatur, iniectam manum sinistram ad os uteri, si pateat, deorsum in fundum transferemus, caputq; inuestigatum ad ostium ipsum digitis deuoluemus, deinde uno aut altero unco infixo propter hostioli inflammationem nullam uim adhibebimus, sed infusionibus pinguibus et copiosis, insessibus, insperſionibusq; utemur, sic, ut aperto uteri hostiolo aptè, quemadmodum superius demonstratũ est, queat extrahi. Cæterum transuersus infans, siquidem dirigitur, præfatis rationibus eximendus est. Sin minus, concîdi intus & particulatim educi debet. Cura adhibita, ne qua particula ipsius nobis nescijs intus relinquatur. Post manus scalpelli que administrationem obitam, præsidijs inflammationibus uteri dicatis utendum est. Si uerò sanguinis profusio euenerit, etiam huius curandi rationem superius traditam accepisti.

De secundis relictis. Cap. LXXV.

SVbinde usuuenit, ut fœtu extracto, inuolucrum ipsius (quas etiam secundas appellant) in utero firmiter retineatur. Diducta itaque uteri osculo, secundæ inibi relictæ, aliquo in loco globatim conuolutæ, facilè educuntur. Leua siquidem manu calefacta, unctá que in imum uuluæ demissa, secundæ sublabantes eijciuntur. Sed si in fundo uteri adnatæ hæreant, manus similiter demittenda est, & appræhensæ attrahendæ sunt, neque in rectum tamen, ne uterus procidat, neque uiolenter admodum, sed leniter prius, inlatus huc illuc agitandæ, tum aliquantulo ualentius excutiendæ. Hoc enim pacto à connexu absolutæ sequuntur. Quod si uteri orificium conniueat, easdem medelas quas ad hoc recensuimus, adhibere conuenit. Si uires infirmi non fuerint, cientibus sternutamenta & aromatum suffitu ex fictili utendum. Et si os uteri hiauerit, manu inserta, secundas eodem modo educere conabimur. At si neque ita eximi queant, non opus est negotium ægrotanti ulterius facere. Nam secundum paucos dies tabefactæ, & in saniem resolutæ, ultro excidunt. Quoniam uerò odoris grauitate caput aggrauant, & stomachum euertunt, suffitus ad hoc facti adhibeantur, quo in albo cardamomum & ficus aridæ maximè censentur.

De coxarum aduſtione. Cap. LXXVI.

PErinde atque humerus, sic etiam coxendix, madoris nimietate prolapsus, in quibusdam aduſtionem efflagitat. Id quod Hippocrates

crates hac ſententia aſſerit. Quibus coxendix ex diuturno ſuo cruciatu excidit, crus tabeſcit & claudicant, niſi uſtionem experiantur. Oportet itaque eo potiſſimum in loco aduſtionem moliri, è quo articulus excidit, ſic enim redundans humiditas exiccabitur, & locus ex cicatrice inſpiſſatus, os amplius minimè ſuſcipiet, quocirca longe altius adurendum eſt. Recentiores uerò treis adurendo cruſtas concitant, unam retro ad cauitatem clunis, alteram ſupra genu paululum extrinſecus. Tertiam ſupra exteriorem malleolum, qua eſt carnoſior.

De fiſtulis & fauis. Cap. LXXVII.

QVoniam locus iam exigit, ut de ani fiſtulis diſſeramus, haud abſurdum fuerit, ſi prius generatim de fiſtulis omnibus explicemus. Eſt igitur fiſtula ſinus calloſus, dolore aliquatenus carens, qui pleriſque in particulis, plurima uerò parte ex abſceſſibus parum dextræ curatis, exoritur. Callus uerò compacta quædam caro eſt, candida, humore priuata, eóque indolens etiam, neque uena, neque neruo ad ipſam pertingente. Sinus modò quidem ſiccus, modò uerò humidus eſt. Humor interdum abſque intermiſſione fertur, interdum certis quibuſdam temporibus intermittit, ore ipſius obſtructo, iterumque diducto. Fiſtulæ nunc quidem in os, nunc in neruum aut aliquam aliam principem partem terminantur, uel rectæ, uel obliquæ, uel uno ore, uel pluribus peruiæ. Quæ igitur in grandes arterias, uel neruos, uel tendines, commentatione dignos, uel membranam coſtas inuoluentem, uel aliam eiuſmodi principem particulam deueniunt, aut nequaquam omnino, aut ſummaque artificioſáque cautione & diligentia pertractandæ ſunt. Reliquis uerò hoc modo manuum operam admouebimus. Explorabimus primum, ſi rectæ ſint, copario: ſi obliquæ, ſpecillo flexili. Cuius generis ſtannea atque ex ære tenuiſſima. Quæ uerò bina aut pluria habent oſcula, quæ ſpecillo tentari non poſſunt, ſinu per unum ipſius os aduſto, ex clyſteris in reliqua ora tranſitu facilè animaduertimus, ne fiſtula pluribus orificijs dehiſcens, an plures ſint fiſtulæ. Facta huiuſmodi notatione ſiquidem in ſummo fuerit ſinus, anguſtúque demiſſo ſpecillo expandentes, accommodata figura ſcalpello callum tollemus, uel unguibus, uel acie ſcalpelli deradentes. Siq; partes ſuperfluæ lautius diffundantur, circum adimi debent. Sin autem non per ſumma tranſuerſæ feruntur, ſed penitius recte tendũt, ubi quam profundiſſime poteſt ſinus, fuerit diuiſus orbiculatim, uniuerſum callum excidemus. Si quid ex eo relictum fuerit, aduranti id medicamento conſumemus. Si amplius cum ſit, medicamento non obtemperet.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

dium imperforati corporis ſentitur. Obliquæ & labyrinthi modo tortuoſæ inde cognoſcuntur. Quod inſtrumentum iniectum paululũ procedat, pus tamen ad illarum portionum copioſum fertur. At quæ prope inteſtinum tendunt, inde deprehenduntur, quod interdum & lumbrici, & ſtercus per os erumpat, atque omnes ferè callum quendam in orificio præferunt. Quæ porrò ueſicæ ceruicem perforauerit fiſtula, uel ad fœmoris articulum, uel ad rectum inteſtinum tendit, nulla medicina periculo ſubtrahit. Quæ uerò orificio caret, & quæ abdita eſt, & in os terminans, & multipharia fiſſa, ægre: Reliquæ in uniuerſum facile curationem recipiunt, manuum opera hunc in modum adhibita. Reſupinato homine ſic ut cruribus ſurſum porrectis, fœmora ad uentrem inclinent, perinde atque in ijs quibus infuſum aluo immittitur, fieri conſueuit, ſi fiſtulæ extremum in ſumma cute terminabitur, ſpecillo per os ſubiecto ſimplici, linea cutem excidimus. Si profunde in anum fiſtula tendat, demiſſo ſimili modo per orificium ſpecillo, ſiquidem perforatam ab altero ipſam inuenerimus, alterius manus, quæ affecto annulo oppoſita eſt, indice per anum immiſſo, ſcalpelli initium apprehendentes, & paululum recuruantes, foras educimus: & quicquid ſpecillo incumbit, ſimplici diuiſione aperimus. At ſi perforata nondum fuerit, in altum uerò ani duntaxat terminetur, & caput ſpecilli, tentantibus nobis, ſub ſquamea quadam, aut membranea cute digito indici ſublabatur ſpecilli mucrone uiolẽtius impulſo perforabimus, traiectoq; per ſedem ſpecillo, rurſus ſcalpello corpora modo prædicto reſoluimus. Si igitur terebræ aut falculæ fiſtulis ſecandis dicatæ, mucronæ ſinus fundum in ano perforauerimus, eodemq; inſtrumento per anum traducto, totum id quod in medio eſt falculæ mucrone deſecabimus, & poſt exciſionem uulſella uel forcipe omnes quæ ambiunt partes (ſunt autem calli) ex toto adimendæ ſunt, ubiq; uitantes ne muſculum conſtrictorium, qui ſphincter appellatur, offendamus. Nonnulli enim dum imperitius minus altè incidunt, ipſum uulnerauerunt, atq; ex eo in uoluntaria ſtercoris eiectio euenit. Vbi uerò quiſpiam meticuloſior ferrum recuſauerit, Hippocratica deligatio adhibenda eſt? Præcipit enim Hippocrates linum quintuplex crudum, ſpecillo perforato inſertum, per fiſtulam demittere, innexisq; inter ſe initijs conſtringi, donec totum quod inter duo ora ſuperiacet, diſſectum, linum eructet. Quod ſi id deſignare detrectet, linum ipſum pſara uel eiuſmodi quodam arido illinendum, & ultro citroque extrahendum. Sunt qui foramini fiſtulariæ falculæ linum inſertum eodem quo diximus modo propellunt, quod mea ſententia non conuenit.

Nam

Nam cum ſcalpelli operam fugere ſtudent, præterquam quod id non aſſequuntur, curationem prolixiorem conſequuntur. De abditis porrò fiſtulis Leonides hunc in modum prodit: Cum autem profunda fuerit fiſtula, & ſphincterem muſculum forauerit, ſiue à ſede incipiat, ſiue longius procedat, poſt notas indicatas, laxatorio inſtrumento Dioptrio paruo muliebris ſinus modò, anus diſtendetur. Cumque fiſtulæ os apparuerint, ſpecilli mucro in ipſum demittetur in imumq; impelletur, ſuprá que ipſum ſemiſpatula aut ſpata fiſtulis dicata diuidetur. Ipſi uerò cum in huiuſcemodi affectionem incidiſſemus, hac adminiſtrationis ratione uti minimè potuimus, eo quod fiſtulæ cuniculus ſub aſpectum uenire nequiret, quum eſſet inter anum & eius fibulam ſphincterem appellatum, à dextra parte conſtitutus, & diductorium inſtrumentum operationem potius adumbrabat. Cæterum diſtendentibus nobis cum digitis anum, rima quædam inter unam quandam rugam ani quaſi fiſtulæ defluctio, ſe obtulit, pus etiam per ipſam emanabat. Tentauimusque per eandem ſpecilli aciem in fiſtulam demittere ceu ab ipſa manu ducti: dein de dextra manus indice ſphincteri immiſſo, medium quoddam tenue corpus inter digitum & inſtrumentum deprehendimus, quare cultello uiolentius digito adacto fiſtulæ fundum ſurſum conuerſum perforauimus, extractóque ſpecilli capite totum id quod inter duo fiſtulæ ora habebatur, ſub aſpectum noſtrum uenit: dico autem ab eo quod à principio ad humoris emiſſarium ſitum erat, & eo quod à nobis factum fuit ſcalpello incidentes, ſpecillum liberauimus.

De hemorrhoidibus. Cap. LXXIX.

QVum hemorrhoidum notio ex ipſo qui uacuatur humore conſpicua ſit, priuſquam aggrediamur, copioſiſſimo infuſo utendum eſt, quo & inteſtini retrimenta eximantur, & anus ſimul ad diuortium & exitum promptior reddatur. Collocabimus igitur ægrotantem ſupinum aduerſus lumen lucidum, ſiquidem deligatione uti animus eſt, linum quinquies tortum ferramento quo ora uenarum in ani corona uel uuas adurere conſueuimus, labris hæmorrhoidum circumponentes ſingulas, hoc fune aſtringimus una duntaxat relicta, qua ſanguis redundans effluere poſſit. Idem & Hippocrates præcipit. Secundum uerò aſtrictionem linteolum oleo madens, & ligamentum ſedi accommodatum adhibendum eſt, ægróque quieſcendum, oleo tepido, aut aqua mulſa ad uentris curationem utendum, cataplaſmate item poſt hæc ex micis panis & croco, ubi hæmorrhoides exciderint, uino cicatrice inducimus. Leonides uerò deligatione non utitur, ſed uulſella uuæ dicatam hæmor-

hæmorrhoidas ampliter præhensas, scalpello excindit. Post manuum administrationem, manna & amylo cum chalcitide, uel medicamento ex cremata spongia & pice, adq; absolutam aduſtionem fausſino pastillo, utitur. Alij uerò instrumenti, quo uua aduritur, utriculis medicamẽto quod adurat repletis, hæmorrhoidas perinde atq; uuam ussertũt.

De condylomatis seu tuberculis. Cap. LXXX.

SEdis condyloma loco solum ab eo quæ in muliebribus naturalibus suboriuntur, dissidet. Rugosum etiam ipsum ani tuberculum uel ex inflammatione, uel rima præcedente prognatum. Primo igitur tuberculum mox ubi occaluit, condyloma, appellatur. Oportet igitur huic haud aliter atque illis uulsella apprehensis, excisione, & crustam inducentibus medicamentis mederi. Rimas autem quæ ex duritie stercoris potissimum eueniunt, & cicatrice temporis spatio occallescentes, uel unguibus, uel scalpello perradentes, recentes faciemus, & ad cicatricem conuenienter perducemus.

De ano non perforato. Cap. LXXXI.

INfantibus recenter editis anus à natura imperuius interdum reperitur, eo quod membranæ obductione obstruitur. Hæc igitur digitis, si fieri potest, dirumpenda est: sin minus, scalpelli acie eam aperientes, uino curabimus. Quoniam autem adultis etiã subinde ex praua hulceris curatione anus conglutinatur, instrumento ad id facto cohærentiam istam diruptam curabimus, fistula plumbea aut cuneolo quodam per totum curationis curriculum, ne rursum coëat, scitè imposita. Debet autem cuniculus medicamento prius, quod cicatricem inducat, oblini.

De uaricum excisione. Cap. LXXXII.

DIlatatio quædam uenæ uarix est. Nunc in temporibus, nunc in ima uentris parte sub umbilico, nõ raro circa testes etiam, crebrius uerò in cruribus eueniens: hic sanè magna ex parte è melãcholica materia originem trahit. Eorũ igitur, qui in testiculis insurgunt, administrationem capite de Varicoso ramice explicauimus. Iis uerò quæ in cruribus oboriuntur, pari modo manuum operã admoliemur, ab interiore scilicet fœmoris parte, ubi etiam ipsorum origo, ut plurimum, cernitur, auspicantes: inferius siquidem in plures dispersi propa

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

redinem experta, exciſionem quæ ſerra fit deſyderent, ante quàm cor pora oſſibus circumiecta primum incidere neceſsitas eſt. Quod dum primum fit, deinde longior in ſerrando mora protrahitur, periculum eſt ne ſanguinis profluuium ſequatur: Meritò Leonides non omnia primum corpora, niſi penitus putrefacta immortuaq; eſſent, excidebat. Sed eam modo partem, ubi non plures eſſe uenas aut arterias oppinabatur, principaliter uſq; ad os aperiebat, deinde os protinus ipſum ſerra execabat, panniculo lineo partibus præciſis ſuperpoſito, ne ſerra per ipſas ultro citroq; tracta, dolores crearet, deinde reliquo exciſo ferramentis candentibus uaſa adurebat, & ſanguinis fluore linamentis inſertis repreſſo, conuenientem deligaturam adhibebat, præſidioq; pus commouente curabat.

De unguium pinnulis, quæ pterygia dicuntur. Cap. LXXXV.

PTerygium in unguibus excreſcentia carnis eſt, partem unguis opperiens tam in pedis, quàm in manus pollicibus potiſsimum cueniens, in pedibus quidem ex offenſione ut plurimum. In manibus autem, ex neglecta reduuia, cum inflammata, tum in pus conuerſa, creatur. Siquidem pus cũ inueterauit, unguis radicem exedit, ipſumq; corrumpit, ac totum ſubinde abolet, magnaq; ex parte mediam eius portionem omnino conſumit. Iuxta unguis radicem particulam quandam putrefactam, quandoq; totam radicem à roſione immunem relinquit: os etiam ipſum interim corrumpit, odor grauis ſentitur, digitus ſummo expanſus ac liuidus cernitur. His in hunc modum manus admouenda eſt. Totam unguis partem relictam ſcalpelli acie ſubſecantes auferemus, deinde cauterijs exhulceratã aduremus. Pterygium enim ex genere depaſcentium eſt, quæ niſi aduſtione cohibeatur, continenter ſerpit: ſi negligatur, totum digitum corrumpit. At ſi oſſi & unguæ integris, exterior unguis angulus deliteſcens, carnem ipſi agnatam pungat, inflammationem excitet: Oportet ſi imulantem unguis particulam tenui ſpecillo aut tali aliquo inſtrumento ſubiecto eleuatam, ſcalpelli acie præſecare, & quod eminet, adurente, & cruſtas inducente medicamento conſumere. Hac quippe adminiſtrationis ratione plerique reſtituti ſunt. Sin amplius fuerit quod eminet, primum id ſcalpello circumcidi, mox ſuperinduci medicamentum debet.

De ungue colliso. Cap. LXXXVI.

QVandoquidem sæpenumero unguibus ex cõtusione collisis, cruciatus comitantur, qui ad Chirurgiam nos compellunt, abũde erit GALENI *uerba hic apposuisse, inquit enim: In unguibus contusis ipsa experientia liquidò edocti sumus, sanguinis detractionem sopire dolorem, cum pulsus, & cruciatus intensissimi oboriuntur. Debet unguis non recta à superiore parte deorsum uersus ad imam, sed obliqua linea acute aciei scalpello incidi, sic, ut sanie excreta, resecta eius pars quasi operculum quoddam subiacentium corporum efficiatur. Nam si in rectum seces à superiore parte deorsum, qua carnis excrescentia unguem occupat, fit, ut subiecta ungui caro per mediam diuisionem excrescat, atq; ingentes rursum inde dolores non aliter quàm in paronychijs nominauimus pareat. Qua incisione omnem prorsus ægro dolorem adimi cernes. Sequentibus uerò diebus licet nobis succisam illam unguis particulam leuiter attollere, uel unguis saniem excernere, ac rursus quasi operculum quoddam subiectæ carni, quemadmodum memorauimus, unguem imponere, reliqua totius digiti curatio, cum ad mitigandum, tum addiscutiendum tendat.*

De clauis, formicis, & uerrucis, Cap. LXXXVII.

CLauus callus est rotundus, colore candido, claui capitulum referens, in omni quidem corporis parte, sed in pedum plantis ac digitis præcipue concrescens, dolorem functionisq; incedendi impedimentum adferens. Circumscarificatus igitur, uulsellaq; apprehensus scalpello acutiore, aut phlebotomo, radicitus eximendus est. Nonnulli etiam ne renascatur candenti ferramento adurunt. Formica uerò cutis extuberatio quædam est parua, callosa, in orbem rotunda & crassa, latiori basi inhærens, & in perfrictionibus sensum punctionum quarundam formicarum morsibus similem exhibet. Hæc etsi reliquũ etiam corpus, plerunque tamen manus affligit. Quidam igitur inter quos & GALENVS *existit, fistula durioris pinnæ, cuiusmodi sunt ueterum gallorum, anserum, & aquilarum, in imum fortiter undique impressa, & circumtorta scarificare formicam præcipiunt, atq; ita radicitus tollere. Alij ænea, aut ferrea fistula idem faciunt. Recentiores contenti sunt, formicas scarificatas, specillóque apprehensas scalpello perinde atq; clauos excidere. Verruca uerò excrescentia quædam exigua in summa cute est, indolens, callosa, in orbem magna ex*

parte

parte circinata, basi angusta ut suspensa uideatur. Nomen uerò huic inditum est acrochordon, quod chordæ summitati respondeat. Extensam igitur excrescentiam amputamus: sin minus, lino aut capillo constringimus. Nec me latet plerosq; esse, qui tam has, quàm commemoratas omnes eminentias frigido, ut appellant, cauterio consumpserunt.

De telis extrahendis. Cap. LXXXVIII.

QVod ea operationis manuum pars, quæ de extractione iaculorum agit, perquam maximè necessaria sit, Vates Homerus his uersibus testatur:

Vir medicus multis alijs æquandus honore est
Seu iacula excindat, seu lenia pharmaca adaptet. Iliad. λ

De telorum tamen differentia primum est dicendum, differunt inter se quippe tela, materia, forma, amplitudine, numero, habitudine, et potentia. Materia quidem, quod ea quæ hastilia uocantur, alia lignea sunt, alia harundinea, ipsa uerò tela, aut ferrea sunt, aut ænea, aut stannea, aut plumbea, aut cornea, aut nitrea, aut ossea, aut harundinea, aut etiam lignea, deprehenduntur. Tanta quippe differentia potissimum apud Aegyptios inuenitur. Forma autem, quoniam alia teretia, alia angulata, qualia sunt triangula, alia cuspidata, quæ & Gonchota appellantur, quædam tricuspidata, quædam spiculata, quædam spiculis carent, atq; spiculatorum, alia retro uergentibus spiculis munita sunt, ut dum extrahuntur contrà infigantur, alia anterius spectantibus, ut propulsata idem faciunt. Quibusdam utroq; uersum fulminis instar spicula extant, ut dum extrahuntur, dumq; propelluntur corpus lanient. Sunt quæ mota cardine cuspides habent, quæ in impulsione contractæ, in extractione explicentur, atq; ita telum educi prohibent. Amplitudo etiam uaria est, quoniam alia trium digitorum longitudinem implent, alia parua, ut unum digitum non excedant, quæ myita in Aegypto apellantur, alia media inter hæc reperiuntur. Numerus considerat̃ur quatenus quædam simplicia, quædam composita, tenuia siquidem ferramenta ipsis innectuntur, quæ cum in extractione delitescunt, in imo relinquuntur. Habitudo ea est, quatenus alia ferrum hastilibus infixum, alia hastile in ferri tubulum habent, ac quæd̃ firmiter, quædam negligentius inserta sunt, ut dum euelluntur intus, seperata remaneant. Potentia differũt quatenus alia ueneno oblita, alia minimè sunt. Atq; hæc telorum discrimina sunt. Locus nunc sermonem de extra- myita

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

euellunt. Quod si uulnus inflammatione caruerit, futuris usi, medicamento cruentis dicato curandum est: infestante autem inflammatione, fotu, cataplasmatis, & consimilibus ei medebimur. In quibus autem uenenato telo uulnus inflictum est, totam, si fieri potest, carnē à ueneno mutatam præcidemus, ea facile cognosci potest, quoniam à sana carne differt, per pallida enim ac subliuida quasiq; emortua conspicitur. Ferunt autem Dacos & Dalmatas cuspidibus Elenium & Ninum appellatum oblinire, quæ cum sanguine in uulnere commixta, interimunt: gustata uerò nihil nocumenti ipsis adferunt. At si telum ossi infixum sit, specillo rursum tentabimus: & si caro impediat, hanc adimemus aut diducemus. Si altius desederit, quod cognoscimus, si infixum telum nulla ui commoueatur labat'que, ossis partem circumiectam scalpris comminuemus, circumcirca loco terebrato, maximè si os crassum sit, telum dissoluemus. Si porrò pars aliqua princeps icta sit, puta cerebrum, cor, guttur, pulmo, iecur, uenter, intestina, renes, uterus, aut uesica, si' que letales notæ extent, neque sine cruciatu & magna uulsione queat fieri extractio, manum admoliri recusabimus, ne præterquam quod nihil sumus profecturi, maledicendi & uituperandi occasionem idiotis exhibeamus. Si quæ ad basim sunt, in conspectum non uenerint, præfatī periculum manum admouebimus, multis etenim accidit, ut abscessu quoque in aliqua uitæ necessaria parte oborto, præter opinionem salutem consecuti sint, cum & iocinoris fibra & omenti pars aliqua uel abdominis membranæ, quinetiam tota uulua sæpenumero adempta fuisse sine mortis periculo perhibetur. Guttur etiam subinde in anginis de industria inciditur, quemadmodum de gutturis sectione dicebamus. Si igitur in huiusmodi telum relinquatur, in præsentaneam mortem præcipitat, & præter quod hæc ars ab omni humanitate aliena æstimabitur, mors etiam certa sequitur, si eximatur, fortasse salus quoque comitetur. Principum membrorum uulnerationem agnoscere difficile non est, ut quæ ex accidentium proprietate, retrimentis & loci affecti positura, deprehendatur. Vulneratis enim cerebri membranis, dolor capitis ualidus, oculorum feruor rubor'que linguæ, & mentis alienatio comitetur, si cerebrum quoque ictum sit, homo subito concidit, obmutescit, faciem peruertit, bilis uomitus, & sanguinis per nares, aures' que eruptio sequitur, albus insuper humor, & pultaceus per aurem emanat, sanies per uulnus, si exitus detur, profluit. Si in uacuas thoracis partes telum defigatur, salua

Vtero carere potest mulier.

ampliore

ampliore intus laxitate, ſpiritus erumpit. Si cordi impactum ſit telum propè ſiniſteriorem mãmillam, id ipſum non uacuo loco, ſed quaſi ab altero exceptum apparet. Ac pulſatilem interim motum ædit, ſanguis niger, ſi exitum habuerit, effertur, extrema frigeſcunt, ſudor promanat, animus deficit, & abſque dilatione interitus ſubſequitur. Pulmone uulnerato, ſi latum intus ſpatiũ eſt, ſanguis ſpumãs per uulnus effluit, ſi non eſt, per os euomitur, uenæ ceruicis inturgeſcũt, lingua colorem mutat, æger multum inſpirat frigidi appetens. Si ſeptum tranſuerſum ictum ſit telum iuxta ſpurias coſtas infixum cernitur, inſpiratio magna cum gemitu & dolore per totum humeri ſpatium, oboritur. Si imus uenter uulnus accepit, ex ijs quæ per plagam efferuntur innoteſcit: ſi ſpatioſa laxitas eſt, uel telo exempto, uel impoſitorio intus facto, ſuccus ex uentre redditur, ex inteſtinis ſtercus egreditur, quandoque etiam omentum, uel inteſtinum procidit. Vbi autem ueſica uulnerata eſt, urina ex plaga deſcendit. In cerebri igitur aut membranarũ eius uulnere, caluaria undiq; terebrata, telum educitur. Perinde atq; in capitis fracturis propediem dicetur. Cum thorax percuſſus eſt, niſi telum per moderatam inter coſtalium inciſionem ſequatur, uel etiam una exciſa coſta ſubiecto membranæ cuſtode lamina, telum extrahendum eſt. In eundem etiam modum in uentre, ueſica, & reliquis, quæ in imo ſunt particulis, ſi telum ſequitur, citra negotium educitur: ſin minus, rurſum plaga facta curationem quæ cruentis cõgruit, adhibebimus. In uentre ſi opus ſit, etiam eius ſuendi ratio, qua de ſupra compræhenſum eſt, accommodabitur, ſed quum in grandiore aliquo uaſe, uerbi cauſa, in intimis iugularibus aut ſoporarijs, aut magnis artetijs, quæ ſub alis aut unguinib. telũ defixũ, periculũ ſanguinis profluuij, ſi extrahatur, minetur, debent uaſa prius ex utraq; parte funibus conſtringi, deinde teli extractionem moliri. Quod ſi membra compluria connexa inter ſe telo traiecta fuerint, exempli gratia, Brachio cum torace coniuncto, uel cubito alicui alteri corporis parti, uel cruribus inter ſeſe, ſiquidem non per totum utrunq; membrum telum penetrauerit, aut haſta, eam ab exteriore parte appræhenſam, non ſecus quàm in uno fieri conſueuit, euellemus. Si utraq; totaliter penetrauerit, medium lignum prius ſerra in duas partes reſecatum, eas quamfacillime ſigilatim extrahimus. Quoniam uerò etiam lapides ſæpe & buccinæ, uel plumbeæ glandes, uel ſimilia quædam fundis eiaculata, tum ui, tum angulis quibus prædita ſunt, corpori intruduntur: cognoſcenda

ſcenda autem ſunt ea, quod moles aſpera & inæqualis, ſi contrectemus, ſubeſſe ſentitur. Quodq; plaga non omnino recta, ſed amplior, caro item contuſa ac liuida apparet, dolorque cum grauitate infeſtat. Cuncta hæc uncis aut calyculis, aut uulnerario ſpecillo agitata recipienda ſunt. Extrahi, ſi fieri poteſt, etiam forcipe dentaria, aut radicibus dicata debent. Multis autem infixa tela intus latent, quæ uulneribus cicatrice obductis, deinde multo poſt tempore abſceſſu circum eam partem facto & dirupto, exiluerunt.

De fracturis, & quæ ſint ipſarum differentiæ. Cap. LXXXIX.

Poſtquàm de uitijs quæ in carne manus ferriq; præſidium efflagitant, abunde docuimus, conſequens eſt, ut de oſſium etiam fracturis, & laxationibus, inquam, uerba faciamus, ſiquidem & ipſæ ex eo genere ſunt, quæ manuum operationi ſubijciuntur. Et iam à fracturis ſumamus principium, atq; ab ijs præcipuè, quæ in capite fiunt, partim quod mediam hæc inter eam, quæ in carne & ea quæ in oſſibus ſit Chirurgiam locum obtinet, partim quod caluaria omnes alias partes præcellit. Fractura igitur, uno uerbo, oſſis eſt diuiſio, aut ruptura, aut diſciſſio, à uiolenta quadam extranea occaſione inducta. Cuius plures ſunt differentiæ, alia ſiquidem raphanatim, alia ſcandulatim, alia unguatim, alia farinatim, alia iuxta refractionem & abſciſionem quoque fieri perhibetur. Raphanatim quidem ruptura oſſis eſt tranſuerſim per craſſitudinem facta, quæ etiam cucumeratim & caulatim, à fractorum cucumerum & caulium ſimilitudine quibuſdam nuncupatur. Scandulatim uerò, oſſis aſſulatim in longitudinem ſciſſi ruptio eſt. Vnguatim ruptura oſſis quædam eſt, parte aliqua recta, in fine lunata efficitur, quam etiam hirundinatim nonnulli appellant. Farinatim ruptura oſſis eſt, cum id in multas minutim partes finditur, quæ ipſa nucatim appellatur ab aliquibus: Refractio autem abruptióue eſt partis alicuius oſſis per ſummitatis rupturam detractio, ſic, ut ablatum ſupernatet, atq; hæ fracturarum ſunt differentiæ.

De fracturis in capite. Cap. XC.

Fractura in capite priuatim caluariæ eſt diuiſio, quandoq; ſimplex, quandoq; multifida ab exteriore quadam uiolentia inducta. Quæ hiſce conſtat differentijs, fiſſio, exciſio, effractio, ſiue expreſſio,

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

interiorem partem facta cerebri camaratione. Ex notis item sensui expositis id licet percipere. Nam si cutis latior fuerit discisio, per ipsam manifestè cognoscemus: si autem non per totum plaga ierit, uel angusta sit, fractum tamen os esse suspicemur, aperta cute, partim oculis, partim specillo demisso explorabimus. Si aliqua alia fractura fuerit, extemplo deprehenditur. Si autem fissio tenuis ac capillaris sensum fugiat, medicamento aliquo nigro, liquido, uel scriptorio etiam atramento superfuso, os rademus, ipsa nanque fissio nigra ostenditur, rasuraq; tantisper insistendum est, quo ad uestigium fissuræ euanescat. Si ad cerebri usq; membranam plaga peruenerit, omissa rasura utrum membrana ab osse recesserit, an etiamdum affixa permaneat, considerandum est. Si enim manserit membrana mediocris, inflammatio uulnus affligit, æger febri paulatim liberatur, & pus maturum apparet: si recesserit, cruciatus augentur & febris similiter, os alio colore tingitur, pus tenue & incoctum fertur: & si negligat medicus, nec statim perforatione utatur, grauiora his accidentia superueniunt: uerbi gratia, bilis uomitus, conuulsio, delirium, & acuta febris, quibus manuum administratio recusanda est. At si his absentibus membrana non recesserit, fissio autem sola sit, etiam solo rasorio scalpro, quanquam in altum usque penetret, curari potest. Si autem tantum ad duplicationem, hoc est, secundam laminam quam diploën dicunt, fractura descenderit, eo usque etiam deradendum est, uel os fractum, ut postea docebitur, detrahendum. Si in minutas partes os comminutum sit, etiam has accuratæ instrumento accommodato similiter auferemus, etiamsi membrana non abscesserit. Principio autem cum uulneratus in manus tuas uenerit, si hyems sit, ante decimumquartum diem: si æstas, ante septimum omnino os summo studio detrahito, priusquam præfata accidentia eueniant. Manuum autem curationem admoliri oportet in hunc modum: Detonsis prius super uulnus capillis binas lineas ad rectos angulos se inuicem ad x literæ figuram transuersum secantes, incidemus. Quarum tamen alteram esse conuenit, quam pridem acceperis, deinde in uertice quatuor angulos excoriantes, ut totum os quod terebratum est, nudũ compareat. Si quidem sanguis fer Curatio.

tur, linamentis posca madentibus, uulneri obiectis comprimemus: sin minus, siccis. Post hæc linteolo plicato œnelæo imbuto superimposito, conuenienti deligatione utemur. Postero die nisi quid noui superueniet, quod præpediat, ossis uitiosi perterebratio aggrediũda est. Collocato itaque homine in sedili lecto´ue, prout uulnus desiderat, auribusq; ipsius lana obturatis, ne appulsus sonitu uexentur, uinculum aliquod uulneris soluemus, exemptisq; linamentis omnibus & spongia loco undiq; detorso, famulis mandabimus, binis ut fasciolis quibusdã tenuibus circumpositis quatuor cutis, quæ fracturæ incũbit angulos, attollant: & siquidem os ipsum uel natura, uel ex fracturæ uitio infirmum fuerit, diuersis inter se scalpris excidendum est, primum scalpris, quos Cycliscos dicunt, adhibitis à latioribus auspicantes ad angustiores subinde transientes. Deinde specillis excisorijs sensim malleolo adactis, ne capitis concussione laborans molestetur. Si autem os ualidũ sit, eo prius terebri genere quod mergi nõ potest, perforabis (Eiusmodi uerò existunt, quæ paululum supra mucronem eminentias quasdam habent, quibus demergi in cerebri membranam prohibentur.) Postea scalprorum circumcisione adhibita, os uitiatum, non totum simul, sed particulatim digitis, siquidem fieri potest. Sin minus, dentaria, aut ossaria forcipe, aut capillaria uulsella, aut eiusmodi quodã instrumento, auferemus. Tantum autem inter foramenta spatium relinqui debet, quanta est mucronis specilli uel maximi longitudo: altitudo uerò eo usq; descendat, quo ad interiorem ossis superficiem accedat, diligenti cautione adhibita, ne terebra membranam attingat. Quam ob rem terebra quæ ad ossis crassitudinem accommodata fit, est sumenda, cũ pluribus id genus ad hoc præparatis. Si autem caluariæ fractura duplicitatem secundam´ue laminam non excesserit, ad hanc etiam tantum terebra adigenda est: osse iam exempto, asperitatem caluariæ quæ ab excisione prouenit, scalpro aliquo uel rasoreo, uel excisorio leuigabimus. Lamina tamen quæ membranæ custos est subiecta, & ossiculis, si qui, ut par est, remanserint, aut spiculis diligenter collectis linamenta inseremus. Hic communis simul & expeditior periculoq; uacans Chirurgiæ modus est. Mirum etiam in modum à GALENO cõmendatur illa, quæ per lenticulatum excisorium scalprum fit, curandi ratio, si absq; terebratione post insculptionem caliculatis scalpris factam, adhibeatur. Tradit enim ad hunc modum: Vbi autem unam semel partem denudaueris, scalpellus inijciendus est, qui in cuspide lenticularem eminentiam

nentiam retuſam leuemq; habeat, aciem uerò per longitudinem ere-
ctam, atq; ita lata lenticulæ parte ſupra membranam defixa malleolo
adigendus eſt, caluariaq; ita diuidenda, hoc quippe modo agentibus,
quæcunq; deſideramus euenient: nam & membrana etiam dormitan
te medico, uiolari non poteſt, cum ſola lata lenticulæ parte attingatur.
Quod ſi alicui oſſi adhæreat, ſine ulla moleſtia reſoluitur rotunda len
ticulæ extremitate, quam ueluti præuiam à tergo caluariam excidens
ſcalper ſubſequitur. Proinde neq; tutiorem, neq; celeriorem perfora-
di modum hoc inuenias. Sed quæ ſerris & modiolis perficitur à recen-
tioribus, ceu noxia improbatur adminiſtratio: At hæc, quam de fiſſio-
ne expoſuimus, cõmendatur: idem uerò modus oſſa, excidendi reliquis
etiam caluariæ fracturis conueniet. Quantum uerò oſſis excidendum
ſit, idem GALENVS *nos docebit apertè ita perhibens: Quantum*
uerò oſſis uitiati excidere conueniet, deinceps explicabimus. Quod ue
hementer contritum eſt, id totum auferri debet: ſi uerò ab ipſo rimæ
quædam ulterius excurrant, quemadmodum accidere nonnunquam
aſſolet, non erunt ad extremum uſq; perſequendæ, probè ſcientes nul
lam ex ijs noxam euenturam, ſi reliqua rite fuerint adminiſtrata. Se-
cundum manuum operam linteolo ſimplici, uulneri æquali, roſaceo im
buto membranã cerebri operculabimus, exiguumq; ſupra id lanæ floc
cum roſaceo ſimiliter irriguum imponemus, deinde duplex linamen-
tum cœnæleo aut ipſo etiam roſaceo madens toti uulneri ſuperaccom-
modabimus, ſtudioſe obſeruantes, ne cerebri membrana grauetur, po-
ſtea latiore deligatura, neq; ea multũ aſtricta, ſed ut linamenta modò
retineat, utemur. Victus qui inflammationem ſedat, & febrientibus pe
culiaris eſt, exhibebitur, mẽbrana cerebri ſubinde interim roſaceo ma
defacta. A tertio die, reſolutis faſcijs, ſordibusq; ſpongia deterſis, medi
caminibus cruentis uulneribus dicatis, inflammationemq; repellenti-
bus utendum eſt, membranæq; aliquod ex Cephalicis nuncupatis ari-
dis quoad carne oppleatur, ſuperaccommodandum. Os quoq; inter-
dum radendum eſt, ſi res id exigat, uel ob eminentes aliquas ſpinoſas
ſummitates, uel etiam propter celeriorem carnis productionem. Reli-
qua inſuper remediorum materies, perinde atq; in uulneribus explici
tum eſt, adhiberi debet.

De cerebri membranæ inflammatione. Cap. XCI.

QVandoquidem autem ſæpenumero poſt manuũ & ſcalpelli

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

bus, indice aut minimo digito subiecto, extrinsecus insitum suum redigantur. Interiore specilli nucleo oliuari idem faciundũ est, statim à primo die, uel non multo post. Quoniam decimo circa diem narium ossa indurescunt, foris q; indice ac pollice utrinq; conformare congruit. Vt autem formatio, quam instituis, figuram suam conseruet, duo intorti cuneoli ex molli panniculo naribus imponantur, unus singulis, etiamsi altera tantum naris pars distorta sit, atq; ij tam diu intus permittendi, donec os aut cartilago corroboretur. Nõnulli tamen pinnas anserinas panniculo cinctas naribus insinuant, ut figura custodiatur, & respiratio minimè impediatur, quod necessarium non est, cum spiritus per os trahi ualeat. At si nares inflammationem experiantur, emplastrum aliquod ex his quæ inflãmationes arcent, imponamus: uerbi gratia, quod ex succis constat, aut oxelæo, aut id genus quippiam. Vel cataplasmata extrititia simila cum manna, aut gummi decocta superaccommodemus, quibus inflammatio arcetur, & nares continentur. Si in alteram partem nares distortæ sunt, Hippocrates post congruam cõformationem oblongam habenulam digitali latitudine circundari præcipit, alterum habenæ extremum taurino glutino aut gummi illitum summitatinarium ex latere quo inclinant, adglutinãri: quod ubi exaruerit, habena ultra oppositam aurem occiput uersus & frontem ducta, demum sub altero habenæ capite affirmatur, ut retractæ in latera nares mediam figuram dirigantur, quod non admodum recentioribus arrisit. Si porrò narium ossa minutim fuerint confracta, diuisio uel ampliatio facienda est, fragmentis q; ossiculorũ uulsella extractis suturis partes diductæ committentur, remediaq; conglutinantia cruentis dicata injicientur. Si autem intra nares hulcus excitatum fuerit, huic linamenta in longitudinem implicita, medicamine delibuta medentur. Quidam etiam plumbeis canalibus quoad cicatrice obducta sanescat locus uti cõsueuerunt, ne ex hulceribus caruncula aliqua superincrescat.

De inferiore maxilla cõfracta, & aure collisa. Cap. XCIII.

SVper auris cõtusione, tãquã huiusmodi affectio inter fracturarũ numerũ nõ sit, tertio uolumine traditũ est. Maxilla aũt inferior pluribus de causis rũpitur. Si igitur extrinsecus solũ oblæsa nõ caulatim reuulsa fuerit, sic, ut ĩtrorsum cauetur, cuius expedita qdẽ est cognitio, sed alterius manu opus est, siqdẽ dextre maxilla fracta fuerit dextra: si sinisterior, leua. Indice igitur, et medio digito in os affecti cõiectis, interiorẽ fracturæ gibbũ foras scite cõpellere cõpetit, altera manu extrinsecus id excipiẽte. Maxillã uerò ĩ suã sedẽ restitutã, ex eiusdẽ dẽtiũ æqua-

lutate

litate conijcere oportet. Quod ſi in tranſuerſum fracta maxilla fuerit, primum quidem tenſione, deinde retractione uſus à famulo eam retro continente, quemadmodum relatum eſt, dirigito. Dentes qui in parte confracta diducti ſunt, mutuo, ut Hippocrates quidem tradit, auro, hoc eſt, auro filato ſeu aureo lino, Chryſolino uel Chryſonemate nuncupato, deligandi ſunt. Quandoquidem autem non cuiuis huius copia datur, lino aliquo ualido uel biſſo, & ſeta equina, aut id genus aliquo inuicem committantur. Quod ſi fractura cum hulcere contigerit, ſpecillo explorandũ, num qua oſſis facta ſit abruptio. Si quæ exigua ſit plaga fragmentis oſſis ſiue unum, ſiue plura remanſerint, idoneo inſtrumento exemptis, futuris plagæ oras committemus, & medicamentum cruentis dicatum ſupra deligandum eſt. Sin autem citra hulcus fractura conſtiterit, ſimplici tantummodo cerato maxillæ ſuperaccommodato conuenienti deligatione deuinciemus ad hunc modum: Faſciæ medio in occipite collocato habenulæ utrinq; ultra aures ad ſummũ mentum diſpenſantur, inde iterum ad occiput, mox inde ſub mentum reuoluuntur, poſtea per genas ad ſinciput, indeq; rurſus infra occipitiũ, diſtribuentur, ubi deſinere deligationem oportet. Poſtquam alterum rurſus uinculum fronti circumdatum, à poſteriore capitis parte coniungetur, ut omnes has prædictas deligationes conſtringat. Alij uerò leuem ferulam, quemadmodum alij alutam paris longitudinis maxillæ imponentes, ut dictũ eſt, deligant. Alij eo deligationis genere, quod Phorbiam Græci, Capiſtrum Latini nuncupant, utuntur. At ſi utræq; maxillæ in ſummo mento ea in parte qua inter ſe coëunt, cõfractæ fuerint, manibus ambabus paululum inuicem diductis, prorſus ita inter ſe coaptentur, & dentes, ut diximus, aduniti deligentur, conuenientiq; deligatione adhibita, tenuibus cibis ac ſorbitionibus ægrotantem uti præcipito, quoniam manducatio ipſi pernitioſa eſt. Si quid loco ſuo motum eſſe uidebitur, tertio die reſolues, ac iterum deligabis, atq; ita tam diu facies quoad callus concreſcat: Maxilla uerò quoniam laxa ac medulloſa exiſtit, intra treis potiſſimum ſeptimanas callo glutinatur. Quod ſi inflammatio aliqua acceſſerit, nihil neq; ex fomentis, neq; ex cataplaſmatis aduerſus hanc idoneis prætermittendum eſt. Id quod in omnibus ex æquo obſeruandum eſſe ducito.

De fracta clauicula. Cap. XCIIII.

CLauicula quæ iugulum dicitur, naturali ſitu, interiore ſuo capite pectori committitur, exteriore humeri articulamento inne-

pectitur, eoq; si humerum uel etiam ipsum brachium sustineat, si fracturam qualibet in parte experiatur, qua humerum suum spectat, magna parte infra interius extremum, à brachio tractum, inclinatur. Satius autem est caulatim potius quàm scandulatim, seu harundinatim clauiculam frangi, plurimorum opinione. Nam quod transuersim fractum est, facilè extensione & digitorum compressione in naturalem sedem reuertitur, reliqua semper quid eminentiæ habent, quod ægre coaptari potest. Si igitur per totam crassitudinem quocunq; modo fracta sit, duo famuli, alter ad humerum, qui fractæ clauiculæ adiacet, utriscq; manibus apprehensum in exteriorem simul & superiorem partem attrahat, alter oppositum humerum, uel certè collum reducat, ut extensio moliatur: tum medicus suis digitis fracturam componat, prominentiora propellendo, ima foras attrahendo. Quod si maiori opus retractione fuerit, orbiculo prægrandi ex panniculo aut lana præparato, uel eiusmodi aliquam turgidam molem alæ subijciens, cubitus aduerso lateri adigendus, reliquaq; ueluti relatum est, exequenda. Si id fieri non possit, extremum iuguli iuxta humerum in imo situm ad summum, resupinato homine, educemus, dorso eius mediocri quodam puluillo subiecto, utroscq; humeros deorsum ministro deprimente, quo in alto existens iuguli os sursum reuocetur, deinde digitis conformanda fractura est. Si partem iuguli aliquam abruptam, loco suo dimotam ac pungentem percipiamus, scalpello contrà incidi debet, fragmentaq; inde eximenda sunt, reliqua scalpris, siue membranæ custode lamina, aut alio scalpro quo firmari ictus queat, ossi subiecto, complananda sunt. Si inflammatio defuerit, suturis: sin minus, linamentis utendum est. Et splenijs diuersimode præparatis, maiora ex eis & crassiora ad prominentis ossis inclinationem superaccommodabitur. Si inflammatio urgeat, oleo madentia: sin aliter, sicca. Tum conueniente ex lana globo cõfecto propter alam subdito, cõgrua deligatio facienda est, fascia per axillas, affectum iugulum, scapulasq; commode circumducta. Siquidem pars clauiculæ humero proxima, ad inferiora tenderit, latiore habenula media ex parte cubiti gibbero subiecta, totum brachium ex ceruice suspendendum est. Altero uinculi dimidio, manu etiam suspensa, quemadmodum in his fieri consueuit, quibus sanguis à summo cubito detrahitur. Si superius tetenderit, quod rarum est, omissa brachij suspensione, æger supinus collocãdus est, tenuiq; victu nutriendus. Aliquãdo etiã, si opus est, adspergínibus adiuuabitur, sed cum modo, usq; dum callum

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

qui in costis sentitur, quoniam hic aculei modo subcingens membrana cõuulneratur, difficilisq; spiratio, tussis, sæpe eruptio etiam sanguinis committatur. Reliquas igitur omnes costarũ declinationes digitis cõponere licet, præter eam quæ interius spectauerit, cum nulla intendi detur facultas. Vnde uberioribus & flatulentis cibis quidam utendũ præcipiunt, quo ex uentris inflatione ac tensione fractura foras propellatur, quod necessarium nõ est. Nihil enim commune est, quantũ ad hoc attinet, thoraci cũ uisceribus nutricatorijs, ut taccã interim, quod inflatio ex repletione augetur. Sunt qui cucurbitulam applicant, quod à ratione alienum non esset, nisi corpora ex contractione humorũ collecta, fractum os interius magis propellerent. Quocirca Soranus sic tradit: Lanis oleo calido imbutis partes operiantur, deinde inter costale linteolis implicitis impleatur, ut plana per orbicularem circumductũ ueluti in pectore fiat fasciatio. Cuncta autem perinde atq; in lateris dolore pro amplitudinis ratione fieri debent. Quod si necessitas aliqua compellat, ex nimia membranæ costas succingentis punctura, diuidenda eo in loco cutis est, fractaq; costæ pars detegenda, deinde subiecta custode tunicæ, ne ea feriatur, costam accurate excindere, pungentiaq; fragmenta educere expedit. Post hæc, si inflammatio desit, coniungere, & cruentorum modo curare competit. Si inflammatio adsit, limamentis oleo madentibus conteges, alimenta & medicamenta quæ inflãmationẽ arcent, exhibebis. Decũbãt ægri modo quẽ leuius perferũt.

De coxendicibus, pubis ossibus. Cap. XCVIII.

COxarum aut ilium ossa rarius quidem rumpuntur, sed easdẽ quas scapulæ fracturarum differentias subeunt: franguntur enim iuxta fines, & per longitudinem abrumpuntur, & in medio finduntur seu exprimuntur: comites ipsorum sunt, dolor loci, punctionis pulsusq; sensus, cruris repentinus, facta expressione, stupor, adaptationem eandem cum scapulis requirunt, præter quàm quod in abruptionem, incisionem, fragmentorumq; exemptionem ob exteriorũ corporum periculum auersantur, ut quæ si opus sit, digitis coaptari possit. Deinceps autem etiam aliam curationem moliri consentaneum est, adspergininibus utendo, & iliorũ cauitates liramẽtis duplicib. replẽdo, quo fasciatio orbiculariter æquabilis efficiatur. Eadẽ de pubis ossibus dicenda sunt, cum nihil peculiare habeant quæ memorentur.

De uertebris, spina dorsi, & osse sacro. Cap. XCIX.

VErtebrarũ noduli contusionẽ aliquando, raro fracturam sustinẽt. Spinalis medullæ igitur mẽbranulis cõpressis, uel ipsa

etiam medulla, nerui per consensum afficiuntur, & pernix obitus subsequitur, præcipuè si iuxta ceruicis uertebras acciderit fractio: quare medici officium est, periculum prædicere, siquidem fieri potest, audere etiam, factaq; sectione ossiculum, quod cõprimebat, auferre: sin minus aliqua saltem ratione qua arcetur inflammatio malum lenire. At si aliquis uertebrarum processus, unde extuberatio ea quæ spina proprie nuncupatur constat, abruptus fuerit, quod digitis tentantibus intelligetur, ossis fragmento promptius huc illuc sublabante, motu ac trãspositu. Oportet autem hoc quod fractum est, incisa foris cute eximere, futurisq; adhibitis, præsidio uulneribus dicato, adesse. Si uerò os sacrum fracturam experiatur, indice sinistræ manus digito in anum demisso, dextera manu fractura, quatenus licet in naturalem figuram componenda est. Si quid abruptum sentiatur, hoc quoq; similiter per sectionẽ diuisum auferendum est: apposita fasciatio, curatioq; adhibenda est.

De brachio. Cap. c.

IN brachio fracto Hippocrates quidem intentionẽ ita molitus est: Oportet, inquit, lignum prælongum columellæ instar, summis capitibus fune exceptum de trabe aliqua transuersum suspendere: deinde collocato in alto aliquo sedili laborante erectius, uel ea saltem figura, quæ recta ceruice dormiendi occasionem præbet, quã orthocatheuton dicunt, manum ipsius unà cum brachio supra id lignum traducere, quoad medium ligni alæ eius per transuersum inseratur: manuum autem cubitum ad rectum angulum inflexo, famulum procumbens sustineat, deinde pondere aliquo graui, uerbi causa, lapide, uel plumbo, uel istiusmodi aliquo, ex cubito suspenso, ita, ut sublime depẽdeat, sic fracturam conformare conandum est: uel famulus in ponderis uicem brachium deorsum trahat, quidam etiam loco columellæ scalarum gradu usi sunt. Soranus uerò ita scribit: Homine in sedili collocato, uel, quod præstat, resupinato, ne molestia afficiatur aliqua, manuq; ipsius iuxta articulum quo cum brachio connectitur, fune deligata, & ex ceruice suspensa, ita ut angulosa figura seruetur, famulis duobus præcipimus, huic, ut supra fracturam, illi infra, manibus correptum brachium in diuersa contendant. Quod si ualentiore opus sit extensione, duos æquales funes, unum, supra, alterũ, infra fracturã brachio circũligabimus, eosq; famulis, alteri ad caput, alteri ad pedes ægrotantis consistenti præbentes, in diuersa distendere iubebimus. Quod si summus humerus

rus fractionem patiatur, mediam habenam, quæ Ciria uocatur, alæ ſubiectam miniſter à capite ſtans contineat, alter in oppoſitum trahat, atque ita, quemadmodum prædictum eſt, extenſionem in diuerſa quam antitoſin dicunt, perficiemus. Quemadmodum ſi gipperus cubiti fracturam ſenſerit, tum ipſi uel brachiali quem carpum uocant, finis inijciendus eſt. Oſſibus iam propè compoſitis, diſtentio remittetur, ſed iuxta legem Hippocraticam deligabitur. Si fractura inflammatione caret, & recens ſit, † nudis faſcijs oblongis utendum eſt, trium aut quatuor digitorum latitudine, aqua aut poſca irriguis. Si inflammatio urget, lanis tenuibus & mollibus oleo madefactis. Et ſi quidem in medio brachio fuerit læſio, prior faſciatio ſupra fracturam inijcietur: ubi bis aut ter ligaueris, faſcia ſurſum uerſum uoluta, ut (quemadmodum tradit) ſanguinis influctiones excipiantur ac deſinant, ſecunda porrò faſciatio adhibenda eſt, quæ ſimiliter ſupra fracturã orſa, per omnia eodem modo, ut prior fiat, præterquam quod ſupernè deorſum tendere, atq; iterum ſurſum debet, inibiq; terminari, utraq; tamen conſtrictio moderata, & ad noſtrum ſenſum, & ad ægri iuditium eſto. At ſi iuxta ſummum humerũ fractio contigerit, priori faſcia cum ipſe humerus, tum ſcapulæ & pectus compræhendantur, ut deligatura gruuaria appellata fiat. Secunda ad cubitum uſq; ducta, atq; inde item ad ſuprapoſita reducta, tam humero, quàm ſcapulis & pectori, primæ faſciolæ ſimiliter inijcienda eſt. Quod ſi cubitus fracturam acceperit, idem erit, ita, ut anguli figura conſeruetur, deligandus. Pari etiam in alijs quoq; artubus modo, cubitis inquam, fœmoribus & tibijs: nam cũ fractura in parte uel iuxta etiã articulos, & non in medio membri deuenit, poſt articulum faſciatur. Recentiores igitur à faſciatione ſtatim feculas ſuperinijciunt, ita ut figura aptationis contineatur, aſtringuntq; ipſas cum ad ſenſum, tum ad inflãmationis tumorem. Priſci uerò poſt diem ſeptimum ſẽrulas accommodarunt, intra enim hoc ſpatium inflammatione remittente membrum tenuius efficitur. Quinetiam Hippocrates tertio quoq; die ligamenta reſolui præcipit, ne ſi præter ſolitum diutius opertæ ſinantur particulæ, intendantur uel dimoueantur, uel eius quod iam infixum fracturæ ſit, difflatio prohibeatur. Vnde non noxia ſolum prurigo quibuſdam obuenit, ſed ſaniei etiam acrimonia eroſa, interdum in cute ulcus concitatur. Quocirca locus tantum aqua temperata foueri debet, quantum ad ſaniem diſcutiendam abunde uidetur. A ſeptimo uerò die ex maiore interuallo reſoluendum, tanqnam particu

lineis

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

cione opus ſit, utriſq; præſertim oſſibus fractis, non manibus tantũ, ſed habenis etiam extendere, ut de brachio relatum eſt, adgrediemur. Cæterum omnis deligatio, & reliqua præſidia uera, cum ferularum iniectione, uſq; dum oſſa callus obfirmarit, adhiberi debent. Firmantur autem cubiti oſſa maxima ex parte triginta dierum ſpatio. Reſtauratioq; & collocatio eadem erit cum ea, quam brachium cõfractum uendicat, exceptis ijs quæ ipſi ſubijciuntur.

De ſumma manu, ipſiuſq; digitis. Cap. CII.

PAlmæ & aduerſæ eius partis, digitorumq; internodiorũ oſſa, quum rara fiſtuloſaq; natura ſint, colliſionem quidem ut plurimum, fractionem uerò rarenter experiũtur. Laborante igitur in altiore ſedili collocato, in aduerſa quapiam altera ſede æquali ſedens, imperatoris munere, priuſquam manũ diſponat, fungere: particulisq; confractis per famulum extentis duobus digitis pollice nimirum & indice pertractare prius ipſas atq; conformare, mox faſciationem adhibere, eo potiſſimum tempore, quo urget inflammatio. Nam propter raritatem facilè in ipſis nimius callus ſuperincreſcit. Si internodium aut digitus ſimpliciter fracturam ſenſerit, ſiquidem magnũ & qui pollex nuncupatur, fuerit, poſt conuenientem deligaturã ad imam uolam, ut quieſcat, ſcitè deuinciendus eſt. Si uerò quiſpiã ex alijs, ſiue index, ſiue paruus, cum uicino deligabitur: ſin quiſpiam ex medijs, cum ijs qui utrinq; exiſtunt: uel etiã omnes deinceps, unà deuinciendi ſunt, melius enim ita cõquieſcunt, nõ ſecus q̃ ſi ferulis fractionẽ experti fuiſſent colligatu.

De femore. Cap. CIII.

EAdem nunc de femore quæ de brachio ſuperius, dicenda ſunt, proprie autẽ magis femur fractũ in anteriorem exterioremq; partem inclinatur, in quas naturaliter partes dilatatur propendet: reponitur autem manibus, uinculis & antemnis æqualiter intentis, altera, ſupra fracturam, altera infra cõſtitutis. Si altrinſecus fractura obuenerit, idq; ad caput femoris dimidium habenæ lana inuolutum, ne corpus incidat ſub inter fœmino diſponitur, initioq; eius ad caput reducta, miniſtro ut partem contineat, porrigũtur. Deinde infra ipſam fracturam laqueo circumpoſito, initia alteri famulo ad intentionem traduntur. Si ad genu fractio contigerit, laqueum ſanè ſimili modo ad intendendum ſupra fracturam injcimus, geniculum uerò ipſum quodam fune innexo continendum eſt. Atque ægro ita decumbente, crureq; extento, partem componimus & reſtituimus. E medio ſemper, eo quod aculeis quaſi quibuſdam oſſa pũgit, ut ſæpius dictũ eſt, ſublato.

Reliquam

Reliquam curationem in capite de Brachio explicauimus. Cæterum semur quinquaginta circà diebus occalescit: quo autem pacto instaurari debeat, post absolutam totius cruris disciplinam traditum est.

De genuum patella. Cap. CIIII.

PAtella os rarum est & laxũ, carne ac neruis superiore, & ima parte acriter compræhensum: contusionem sæpius quidem, fractionem uerò rarius experitur. Sustinet autem ruptionem per crassitudinem, & minutim finditur, nunc cum uulnere, nunc citra uulnus. Euidens autẽ inditiũ (motio enim sublabitur) continuitatis, cũ cauitas, tũ crepitus. Reficitur uerò pars cruris extẽsa, si in duas partes dissiluerit, digitis coniungitur, quoad fracti ossis ore supra sese cõtingant, & inuicem cõmittãtur. Quæ in minuta fragmẽta rupta est, manu fingitur. Callo etenim non generato, propterea quod utraq; pars à fœmore & tibia super musculos & neruos connexos, non retrahatur. Longè tamen à naturali distantia contrahetur, functionisq; difficultatem affectis inducet: neq; enim si diutius quis fatigetur, sustinere genu potest, & in deambulando impediuntur, præsertim quum ascendendum est: nam dum in planitie incedunt ac mouentur, functionis difficultas facilè latet. Dum ascendunt autem eo quod genu in sublatione & depositione nõ flectatur, arguitur. At si hic etiã ossiculũ aliquot pungens eleuatũ infestet, extrahendũ est, cæteraq; curatio deinceps adhibenda.

De Tibia. Cap. CV.

TIbiæ cum cubito consona planè ratio est, curatioq; respondens, siquidem hæc quoque duobus ossibus constat, altero crassiore & cognomini, altero tenuiore, quod sura nuncupatur, ex similitudine, perone à Græcis: eadem fracturarum discrimina recipit, in omnes enim partes inclinatur, cum utraq; cõfracta fuerint ossa, in treis, cum alterum os fracturam accepit, intra & extra tibia quidem retro: sura, anterius. Quocirca tibia etiam ipsa eodem modo, quo cubitus, manibus uel laqueis superioribus, quam fracturæ sunt iniectis ipsi tibiæ modò, modò fœmori circumdatis. Nam cum genu ualentius sit, articulus per tensionẽ integer permanet. Similiter & in habena inferiore quàm fractura, ueluti de cubito compræhensum est. Cætera eodem modo ut in brachio docuimus, agenda sunt.

De pede summo. Cap. CVI.

TAlus fracturam nullo modo experitur, propterea quod undiquaq; à tibia & sura, & osse quadrato calcis cyboides appellata,

lata muniatur. Scaphoides uerò à ſcaphæ figura appellatum os, Latine nauiculare, & plantæ oſſa, digitorum item pedis, ipſumq; quadratum etiam, ſimiliter ijs quæ in prima parte palmæ & ipſa palma oppoſitá ue eius parte, manusq; digitis continentur, frangi conſueuerunt. Quamobrem ne eadem cogamus identidem repetere, illinc, quæ diximus, huc transferenda ſunt.

De inſtauratione cruris. Cap. CVII.

FEmori fracto, aut tibiæ inſtaurandæ non minor cura, quàm reliquis omnibus adhiberi debet. Siquidem fractarum partium pro bè facta repoſitio, æqualitatem potiſſimum conſeruat. Idcirco nonnulli in canalem, alij quidem ligneum, alij uerò teſtaceum, membrum confractum, uel totum etiam crus depoſuerunt. Alij uerò ſola ea, quæ cum uulnere fracta exiſtunt, propterea quod nequeant, ut ipſi dicunt, ferulis conſtringi. Vſum uerò canalium poſteriores in totum reſpuerunt, pluribus ſanè de cauſis, in primis uerò quod duritie ſua, atterendo partibus offenſis negotium faceſſerent. Neq; enim indecorum uſqueadeò eſt, artus cum uulnere fractos ferulis cingere, ceu oſtendemus poſtea. Reſupinato igitur laborante, cruri eius, & præſertim qua parte fractura exiſtit, ſtragulum aliquod craſſum ſubijcitur, crus in longum referens, quod utrobiq; colligi & cõuolui ita debet, ut canali in medio concauitatem perquam ſimilem efficiat: deinde aluta ſuper ipſam molliuſcula ad liquores qui inſpergentur excipiendos explicabitur, crus poſtea in longum concauitati huic canali reſpondenti accommodabitur, à lateribus utrinq; alijs ueſtimentis uel lana iniectis, ne membrum in alterutram partem declinet. Poſt hæc pedis ueſtigium, tabellam pannículo circundatam, quo mollior ſit, erectam aſſumet, & maioris ſecuritatis ergo, duorum aut trium uinculorum medijs partibus ſtragulo canalem referenti inuolutis, crus ipſum refractum leuiter deuinciemus. Si autem ægrotus impatiens conetur totum pedem contrahere, oportet ipſum in ſuperiore parte pedis faſciola media blandè ad tabellam deligare, ne inuitus inter dormiendum, uti ſolet, pedem contrahat. Nõ deſunt, qui lecti etiam culcitram medio pertundunt, ut prorſus immobiles ſint, & per id foramen, quouſq; fractura occaleſcat, lotium & oletulum reddatur.

De fracturis, quæ cum uulnere accidunt. Cap. CVIII.

FRactura cum uulnere illata, ſiquidem ſanguinis profluuium ſit, hoc prius coërcendum eſt: ſi inflammatio, auxilijs ei muneri di

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

neceſsitate urgente, ipſas nunc conſtringunt, nunc rurſum relaxant: in quibus autẽ ſquamula ex oſſe ſoluta repletura eſt, inde colligemus, quod copioſior, tenuiorq; humor excernitur, caro uerò circa hulcus laxa, mollisq; & uacua effecta, intumeſcit: quo in caſu deligatura adcurationem laxiore utemur, hamulo autẽ uel tali quopiam inſtrumento ſquamam eijcientes, rurſum potentiore deligatura utendum. Per uniuerſum porrò exhulcerationis tempus, Motophylax, quod eſt linteoli cuſtos, ex medicamento aliquo quod inflammationem compeſcit, uulneri eſt ſuperaccommodandum, deligatioq; ſimplex adhibenda, quæ ſingulis ſubinde curationibus reſoluatur, prædictis alijs permanentibus, ut de brachio explicatum eſt.

De immodici fracturarum calli ſuperexcreſcentia. Cap. CIX.

FRacturarum calli ſuperexcreſcentiæ indecoram prorſus ſpeciem inuehunt, quandoq; functionis etiam impedimentum, ſi iuxta articulum coaluerint. Quapropter ſi recens adhuc callus fuerit, præſidijs plurimum aſtringentibus oppugnemus, cõpreſſa faſcinatione fingemus, lamina quandoq; plumbea ſuperaccõmodata, id quod res poſcit, efficimus. Quod ſi lapidoſus ac ſolidus fuerit callus, diuiſa inibi cute deradendus eſt, id quod eminet ſcalpris, & terebris etiam, ſi res exigat, adhibitis, excidendum.

De diſtortorum membrorum concretione calli. Cap. CX.

SI in diſtortione callus coierit, functionis impedimento haud leui comitante, maximè ſi in pedibus contigerit oſſium in ſuã ſedem, reſtituendorũ modus, quoniam extrema adfert pericula, admittendus non eſt. At ſi callus etiam dum tenellus, ac recens radices non egerit, laxantes adſpergines, cataplaſmataq; ex ficis pinguibus & fimo columbino, aliaq; callum diſcutientia, porolitica appellata, adhibenda ſunt remedia, per manus ad hæc frictione, & confractione hic diſſoluetur. Si uerò lapideus euaſerit, ſumma cute ſcapello ĩciſa, oſſis cõſortiũ ſcalpris diſſoluemus, deinde fracturã, ueluti ſuperius expoſitũ eſt, curabimus.

De fracturis quæ non occaleſcunt. Cap. CXI.

FRacturæ quædam ſine callo perſeuerant, ultra definitum naturæ limitem, uel ob aſſiduas reſolutiones, uel ob immoderatas fomentationes, uel ob motũ importunũ, uel faſciarũ multitudinem, uel quod totũ corpus alimentũ nõ ſentit: quo in caſu membrũ gracilius fieri contingit, conuenit itaq; cum alias occaſiones, tũ præcipuè famẽ hãc

tabificam certatim abſcindere. Quod partim calidioribus alimentis materiã membro diſtribuentes, partim cibum largiorem, balnea item, & reliquam animi hilaritatem ſubminiſtrantes, efficiemus. Cæterum eorum qui iam callo firmantur, inditio ſunt, cum alia quidem, tum præcipuè, quod faſciolæ, quamuis uulnere nõ oborto, cruentæ appareant: id quod fortaſſe hinc accidit, quod calli ſubſtantia, cũ coaleſcit, in oſſiũ fiſtulas, hoc eſt, cauernoſos meatus inſperſas ſanguinis ſtillas, extũdit.

De luxatis. Cap. CXII.

QVoniam luxationes fracturas comitantur, ſermonem ſuper ijs texere adgrediemur. Eſt itaque luxatio, ut in uniuerſum dicam, articuli è proprio ſinu in alienos exitus, quo motio arbitraria præpeditur. Huius differentias alias dicere nõ habemus, niſi quatenus ſecundum maius uel minus accidit. Quum enim ex toto articulus exciderit, cõmuni generis appellatione Luxatio: Quũ autẽ aliquatenus modo è ſede ſua dimotus fuerit, uel uſque ad eminentiæ ſuperciliorum cauitatem prolapſus, ſubluxatio dicitur.

De inferiore maxilla. Cap. CXIII.

RVrſus igitur à ſuperioribus auſpicantes, de inferiore maxilla uerba faciemus. Nam ſuperior, cum ſit immobilis, luxationem non experitur. Inferior autem etſi toto ſinu non dimoueatur, eo quod capita ſuperiori maxillæ firmiter cardinis inſtar inſinuata habet, ſubinde tamen ſublaxatur, quod muſculi per ipſam continent ex aſſidua mandendi & loquendi exercitatione in mollitiem elangueſcentes, qualibet de cauſa facilè relaxãtur. κᾶται enim, hoc eſt, deprimitur, apud Hippocratem idem ſonat quod καλᾶται, hoc eſt, relaxatur: in quibus citra ullam difficultatem articulus ſponte in propriam ſedem reuertitur. Cæterum de perfecta maxillæ luxatione ſatis erit illius uerba apoſuiſſe compendioſa, ſine ullo defectu & perſpicua. Ad hũc enim modum inquit: Maxilla rarenter quidẽ excidit, ſæpius uerò numero oris hiatibus laxatur, id quod aliæ etiam plures muſculorum & neruorum mutationes aut declinationes, efficiunt. Perſpicuum igitur his potiſſimum notis fit, quandocunq; exciderit: prominet enim inferior maxilla in anteriora, & in contraria lapſus promota cernitur, oſſisq; proceſſus iuxta ſuperiorem maxillam tumidior, conſpicitur: affectiq; maxillas ægre committunt. Talem autem repoſitionem ipſis congruere liquet.

quet. Debet enim quispiam caput continere, alius inferiorem maxillã hiante homine quammoderatè potest, ad mentum ab interiore & exteriore parte, digitis appræhensam, primum quidem agitare, interposito uerò tempore propellere, ægrotantiq; iubere, ut laxam maxillam teneat, simulq; ipse propellat & obsequatur. Summa adhibita cura, ut præcipuè tribus figuris simul extẽplo mõueatur & laxetur. Nam ex inuersione in naturalem situm reducenda, & simul in posteriora propellenda inferior maxilla est, idq; adeò moderatè, quo utræq; simul cõmittantur, & non hient, repositio igitur hæc est, quæ in alijs etiam figuris fieri non potuerit. Medicina uerò pauca post modũ sufficiet, splenium ceratum impositum, laxiore deligatura adhibere: tutius autem est hominem supinum reclinare, caputq; eius coriaceis puluinis subiectis quaminfartissimis, ut minimè cedat, subfulcire. Est autem quod uulnerati quispiam caput cõtineat. Quod si utraq; luxata fuerit maxilla, curatio est eadem. Concludere autem os minus istiusmodi possunt, prominentiores quippe ipsis sunt, rectitudinem autem ex dentium superiorum & inferiorum terminis præcipuè deprehendes, quos in ordinem suum quamcelerrimè confert restituere. Restituendi autem modus, expositus est, †nisi aliquod uitæ periculum ex febribus continentibus, & torpido sopore inciderit, soporem enim ij, quum præter naturam alterantur uel intenduntur, inducunt musculi. Aluus solet bilios a, uel mera exigua deijcere, meri itidẽ si euomunt, uomitus existunt, atq; ij sanè pariunt. Et nos quoque hoc potissimum insertionis modo, subinde usi fuimus, maxillam luxatam spongia prius ex hydrelæo calido fouentes, præsertim si dura ad introitum contumaciter cedat, tunc humi collocato ægrotante, à tergo nos consistentes, eo qui ab Hippocrate traditus est modo, opus exequimur.

Fortelegendũ: Quod si maxillæ in sedem suam nõ reciderint, uitæ discrimen ex febribus cõtinẽtib. imminet, quoniã ca-roides, &c.

De iugulo & summo humero. Cap. CXIIII.

CLauicula interiore quidem parte, nunquam excidit, pectori nanq; ita inhæret, ut ne moueri quidem in ipso possit: at si ex uiolento quopiam extrinsecus ictu facto auellatur, fracturarum modo restitui debet. Sed neq; altero fine, quo humero inseritur admodum excidit, à bicipi musculo, & summo humero prohibita, imò neq; uiolenta aliqua motione clauicula per se agitatur, dilatandi thoracis gratia, quare solus homo inter animalia clauiculã sortitus est: quæ si in lucta, ut par est, subluxetur, manuum conformatione, & spleniorum multi-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

te alam in diuerſum repellet, ita ut aliquis poſt caput iacentis hominis alterum humerum urgeat ac reſiſtat, ne corpus medici diſtentione circumduellatur. Eſt & alius reponendi modus, qui per humeri ſuppoſitionem efficitur, adoleſcentulus, uel ægro lõgior, uel altius, ad latus quo luxatum eſt brachiũ, conſiſtens, humerum ſuum alæ luxati ſubijcuet, & manum eius eleuatam ad uentrem ſuum deorſum trahet, ut reliquũ ægri corpus poſt tergum ſublimius impendeat. Quod ſi affectus leuior exiſtat, leuis quiſpiam alius puer ex ipſo ſuſpendendus eſt, manu quippe & reliquo corpore æquiualenter deorſum tractis, alæ ſubiectus humerus facilè elapſum articulum in ſedem ſuam reponit: atq; hoc idem hypero appellato efficimus. Eſt id autem lignum oblongũ, rectũ, quod in pauimento ſupra aliud quoddam ſolidũ conſtituitur. Cuius ſumma extremitas rotunda, quæ nec admodũ craſſa, neq; tenuis adeò exiſtit, ſub alam ægri ſtantis, uel ſedentis, pro hyperi longitudine, ſubijcietur: manuq; hypero extenta, & deorſum tracta, reliquo autem corpore, deorſum uergente, uel ſua ſponte, uel altero aliquo trahente, repoſitio efficiatur. Idem etiam ſcalæ gradu faciundum eſt, quemadmodũ de fracti brachij intenſione fieri ſupra docuimus. Hic autem rotundum aliquod corpus gradui alligetur, quod ægrotãtis alæ inſeri, & brachij caput propellere poſſit. At ſi ob luxationis uetuſtatem, aut corporis duritiem reſtitutio negotium faceſſat, uia & ratione, quæ per ſpathulam amben nuncupatam, fieri conſueuit, utemur. Eſt autem Ambe lignum, quod longitudine duos circiter cubitos, latitudine quatuor digitos, craſſitudine digitum æquat, cuius alterum extremum eſt rotundum, quod etiam in alæ ſinum promptius ſeſe inſinuat, perinde atq; ſummum hyperi caput. Hoc igitur capitulum panniculo inuolutum, quò lenius ſit, capitulo brachij ſub alam iniectum accommodabimus, totam uerò manum ad lignum intenſam deligabimus, iuxta brachium & cubitum, & ſummum eius. Deinde ligno obliquo in duas columnas rectas adapto, uel rurſus ſupra ſcalæ gradũ manu traiecta cũ ligno, ſic, ut alia trãſuerſa gradui inſeratur, manũ uerò deorſum trahẽtes, corpus in alterã partẽ ſuſpẽſum, in ſublimi permittemus, tũc enim articulus in ſedẽ ſuã reuertetur. Vbi fuerit repoſitus, lanea pila mediocris amplitudinis: ſi inflãmationẽ nõ ſentiat, ſicca: ſi ſentiat, oleo ũbuta alæ ſubijciẽda eſt, atq; deuinciendũ. Per hanc aũt alã, & humerũ, & alterã alã faſcia circũdata, ſic, ut inuolutiones decuſſatim iuxta hiatũ appareãt, quo hiatus ſupra humerũ læſum: brachiũ deide coſtis et cubitus alligatur, manuſq; ſumma ceruici faſcijs deuincitur, ne rurſus de ũtegro articulus prolabatur.

Hyperon.

Ambe.

Aſepti-

A ſeptimo die, & ſerius etiam ubi reſoluerimus, mediocri frictione utemur, quo ſolidiori reddito corpore, articulus ineptior ad prolapſum efficiatur. Si uerò frequenter articulus prolabatur, uel ob humiditatis uitium, uel ex longa quapiam alia exeundi uia, ad uſtionem ueniendũ eſt, quemadmodum expoſitum eſt ſuperius. Sed quum in utero fœtus, uel æditi in lucem, dum etiamdum increſcunt, particula aliqua luxationem experiuntur, neq; reſtituitur amplius. In humero quidem carnes nihil noxæ à naturali conſtitutione deficientes contrahunt, neque enim manus, quo minus functionem ſuam obire poßit, impeditur. Sed brachij os, non augeſcens, breuius remanet, & appellantur eiuſmodi galiancones. In fœmore autem prolapſo, os etiam abſque incremento permanet, & totum crus corrumpit: nam cum corporis pondus ſuſtinere nequeat, non exercetur, & reliquis in particulis luxatis manentibus, ſubiectæ omnes offenſioni obnoxia ſunt.

Decubito. Cap. CXVI.

QVanto gibber cubiti artificioſius quàm humerus articulo ſinuatus eſt, tanto, cum excidit plus negotij, faceßit, tardiusq; prolabitur quidem, ſed prolapſus difficilius reponitur, propter eminentiarum ac ſinuum frequentiam: ſuſtinet igitur interdũ ſub luxationem tantummodo, ſæpe uerò ex toto etiã in omnes partes, ſed præcipuè in priorem & poſteriorem luxatur, dinóſcitur id tum uiſu, tum tactu, citrà negotiũ: nam quo excidit prominens, & unde prolapſum eſt, ſinus, apparet. Atq; hoc ſani cubiti affectio potiſſimũ arguit. Eſt autem priuſquam inflammatione tententur membrũ, citiſſimè reſtituendum: nam ſi inflãmatione occupetur, curare difficulter poteſt. Nõ raro etiam, nullo remedio eliditur, præſertim ſi in poſteriora receſſerit. Omnium quippe luxationum cubiti, hæc quæ in poſteriora fit, dolorifica magis & periculoſior exiſtit. Mediocres igitur articuli perſiones, moderata quoq; intenſione reſtituuntur, ſic, ut miniſtri manum ad brachium cubitumq; porrectam apprehendant, & in diuerſa extendant, medicus autem manus ſuæ palma, quod prolapſum eſt, in naturalem ſedem compellat. Hippocrates uerò luxationem in priorem partem, repentino cubiti flexu inſtaurabat, ita ut palma ægri in humerum rectum puſſaret. Si in poſteriorem luxatus eſt, ſubita rurſus & diutina extenſione curabat. Nam luxatio in anteriorem partem, ex uiolenta potiſſimum intenſione. In poſteriorem, ex uiolenta ſimiliter

inflc-

inflexione, euenit. Quod si perseuerat luxatio, ualentiore intentione utendum est, ad eaq; ueniendum in primis, quæ Hippocrates de brachio fracto exposuit, ubi columellam adhibebat. Cæterum recentiores nonnulli hunc in modum reponunt: Duobus ministris, altero sursum ad alam, manum, ut diximus, continente, altero deorsum ad brachiale, extendentibus, medicus è regione ægrotantis consistens, utr. sq; palmis brachium iuxta articulum comprehendit, iubetq; uestimento contracto in oblongo, uel fascia manus ipsius pariter & ægri brachium inuoluere, & in exteriorem, imamq; partem ad summam manum retrahere, ipsæ sequens cum intentione, constrictas ipsas trahit usq; dum cubiti articulum transgrediantur. Manus uerò prius oleo oblinienda est, quo lubrica fiat, & medici palmis facilè obediat. Ita enim prolapsa, trahentium manuum uiolentia impulsa, in suum locum reuertuntur. Post repositionem, angulum rectum figuratam manum, splenijs & apposita deligatura curabimus.

De brachialis & digitorum luxationibus. Cap. CXVII.

BRachialis & digitorum luxatio, nisi cum hulcere accidat, nihil negotij exhibet. De hac igitur in capite de Luxationibus cũ hulcere factis dicetur. Absq; uerò hulcere luxatis, mediocri intensione, & remedijs inflammationem arcentibus, succurremus.

De spinæ uertebris. Cap. CXVIII.

SI uertebræ spinæ exactam luxationem experiuntur, perniciſsimam mortem inferunt: nequid enim ullam quamlibet leuem spinæ medulla, compressionem sustinere, quando uel solus neruorum, qui ex ipsa manant processus, si comprimatur, hominem in discrimen abijcere abunde potest: subluxationibus subinde affliguntur, nunc in anteriorem partem, nunc in posteriorem, interim in latera etiam torquentur. Quorum prius uitium κύρτωσιν, alterum λόρδωσιν, tertium σκολίωσιν Græci nuncupant. Quum igitur plures, simul uertebræ paululum peruersæ fuerint, plurium simul peruersio iuxta orbicularem flexus rotunditatem apparet, quem, specie quidam decepti, ex unius tantum uertebræ ingenti prolapsu, fieri opinantur. Magnus quippe prolapsus non circularem, sed angulatum spinæ flexum efficit, multoq; periculosior existit. Spinæ igitur introrsum peruersio, restitui

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ma, gippum constringemus, siq; usus postulat etiam super ipsum insidebimus, nullo prohibente timore. Quod si ne hac quidem ratione spina instauretur, & æger compressionem sustineat, oportet appositum parietem canaliculatim in longum è regione gippi excauare, ut neq; longitudinem cubiti excedat, neq; altior, neq; multo humilior ægrotantis spina sit, imò sculptura prius præparanda est, huius enim causa, lignũ iuxta parietem ab initio collocandum ordinauimus. Deinde asseris iustæ magnitudinis, alterum terminum ad ima comprimemus, donec spinæ directio sensu etiam percipiatur. Sed quemadmodum Hippocrates tradit, sola extensio absq; assere, uel per asserem rursum sola curatio ad restituendum gippum abunde sufficit. Quod si uerum est, haud abre fuerit etiam lordosi & scoliosi, à principio statim supradictum intensionis modum, citra compressionem tamen, moliri. Post repositionem assula lignea, quæ latitudine tres digitos æquet, longitudine gippo respõdeat, & aliquas sanas uertebras cõtegat, linea fascea, uel stuppa, propter duritiẽ inuoluta, uertebris imponi, & cõmodè deligari, uictusq; tenuis adhiberi debet. Quod si his actis aliquæ gipperi reliquæ supersint, laxãtib. emolliẽtibusq; remedijs, cũ assulæ ualẽtiori impressione, diutius utendũ est. Nonnulli uerò plumbeam assulam adhibuerũt.

De coxæ luxatione. Cap. CXIX.

CVm alia mortalium ossa interdum subluxationem, interdum exactam luxationem experiantur, coxæ & humeri articulus solus consummatæ luxationis peruersioni obnoxius est, atque adeò magis coxæ articulus, quoniam profundam ac rotundam concauitatem obtinet, & altioribus aggeribus, quas Græci ὀφρυώσεις dicunt, circummunitus sit. Si quando autem articulus uiolenta quadam ui impulsus, sinu suo exciderit, multas pro maioris minorisq; ratione lutionum differentias facit, in quatuor enim modos, imò locos coxæ luxatio efficitur. Vel enim in interiorem, uel exteriorem, uel anteriorẽ, uel posteriorem partem promouetur, sed intrò quidẽ & extra frequentius, frequentissimè tamen intrò, in priora & posteriora rarius. Quibus igitur coxa intro promota est, ijs offensum crus, si cum sano comparetur longius, & genu uastius cernitur, et ad inguen crus inflecti minimè potest: iuxtaq; interfœmineum euidens tumor occurrit, tanquã illic capite femoris impacto ac desidente. Quibus in exteriorẽ partem prolapsa est, ijs cõtraria inditia cõtingũt, siquidẽ crus breuius cõspicitur, et sub interfœmineo sinus dehiscit, nates itumescũt, et genu interius

demergitur, crus flecti potest. Si in anteriorem partem excidit, crus fine genu dolore extendunt, sed implicare id, interiusq; reclinare, dum incedere nituntur, nõ possunt: urina in hoc casu supprimitur, inguen inturgescit, clunis rugosa & excarnis spectatur, et calce tantum inter ambulandum terram contingunt. Si in posteriora, breuius itidem crus est, poples, genuq;, neq; extendi, neque inflecti potest, priusq; inguina fuerint inflexa, quæ sanè laxiora sunt, fœmoris q; caput per nates protuberat. Quibuscunq; igitur iam inde à puero, uel longiore deniq; temporis spatio, articulus prolapsus neglectus fuerit, remediaq; nihil profecerint, membro iam in orbem coacto, nullam amplius curationem recipit. Quibus uerò recens excidit, ij Hippocratis curatione adiuuandi sunt, protinus igitur adgrediunda est repositio: quoniam coxæ luxatio inueterata, incurabilis omnino efficitur. Communiter igitur in quatuor luxationum generibus concinna reaptatio quadrabit, cuius gemini sunt modi, alter qui conuersione articuli & inflexione seu circumductu, alter qui extensione confit. Nam si recens affectus sit, & ægrotus iuuenis, femur nonnunquam appræhensum, & huc illuc circumagitatum, articulum in sedem suam restituimus. Si uerò luxatio intro declinauerit, crus etiam solum repentè & ualenter ad inguinis intimã partem flectentes, ut res postulabat, reposuimus. Sin autem his non proficitur, extensione utendum, quæ primum manibus molienda est, alijs crus ab inferiore parte trahentibus, circa femur ac tibiam constringant, alijs ex superiore parte sub alis compræhensum corpus circumdantibus. Quod uehementior desyderetur intensio, uinculis textilibus, aut tortilibus, aut habenis deligabimus, omnino quidem supra talos, & supra genu etiam, ne id aliquam oblesionem experiatur. Pectoris uerò regionẽ, uinculis excipere opus non est, sed manibus tantum, ut dictum est, sub alas datis compræhendatur, corrigia deinde mollis, & ualida media sua parte, iuxta penem, aut interfœmineum subiecta, anterius per inguen & iugulum, posterius per dorsum ad humeros reducenda est, ministroq; duobus capitibus tradenda. Postea omnes simul eodem tempore in diuersa contendant, sic ut ægrotantis corpus à terra subleuetur. Atque hæc quidem intendendi ratio omnibus quatuor laxationum generibus cõmunis est: priuatim uerò ossa in sinum suum restituendi modus in singulis uariat. Intenso nanq; ita homine, si intrò articulus promotus est, corrigiæ iuxta interfœminium sit medium, inter femoris caput, ipsumq; interfœminium dispensatur, sursumq;

ſumq; per inguina ac iugulum corrigia remittitur. Deinde robuſtus aliquis iuuenis utriſque ſuis cubitis affectum femur, qua craßius eſt, compræhendens, in exteriora fortiter trahet. Hic quidem inſtaurandi modus alijs expeditior eſt. Cui ſi articulus non obtemperauerit, alijs utendum, qui ſicut maiorem uarietatem, ita & plus efficatiæ habent. Extendendus quidem ſupra grandius lignum, ſeu ſcamnum affectus eſt, in quo etiam ſpinæ gibberum habentes, intendendo componimus. Inſculpentur autem prius per totum ferè oblongæ quædam ueluti foſſulæ, altitudine & latitudine non amplius trium digitorum, inuicem quatuor ad ſummum digitorum ſpatio diſſidentes, ut in utram partem conueniat reſtituatur, uecte iuxta extremum ipſis obiecto. In medio autem ligni ſiue ſcamni, alterum lignum impingatur pedis longitudinem, columnulæ craßitudinem æquans, ut ſub hoc extenſo homine, inter caput femoris, & inter fœminium porrigatur. Simul & impediat ne dum trahitur ad pedes, ſequatur. Quocirca ne uſu utiq; frequenter uenit, in contraria ex ſuperiore parte retractio, ſimul autem intenſo etiam corpore ipſum lignum femoris caput ad dexteriorem partem propellet. Extenſio uerò iuxta ſuperius traditum modum adminiſtrabitur, præcipue pedis. Quod ſi neque ita quidem os in naturalem locum redierit, impactum lignum rectum eximendum eſt, ex latere autem huius ſitus utrinq; duo alia ligna, quaſi limina, pedali longitudine infigenda ſunt, quibus aliud lignum gradus ſcalæ modo inſerendū eſt ſic ut trium lignorum figura H literam repræſentet, quod fiat, ſi paululum inferius ſummis capitibus medium hoc lignum accommodabitur. Deinde in ſanum latus homine collocato, ſanum quidem crus inter hæc limina infra gradum ducemus, affectū uerò crus ſupra ipſum gradum ex ſuperiore parte ponemus, ut ipſi femoris capiti adaptetur. Subſtrato tamen prius ei multiplici quopiā panno, ne femur duritie ledat, aliud autem lignum mediocris latitudinis, cuius longitudo à femoris capite ad malleolum ſubiectum uſq; pertineat, interiori cruri parte alligabitur. Facta hac intenſione, uel piſtillis, ut in gibbero ſpinæ dictum eſt, crus unà cum alligato ligno ad ima tractum uiolenta hac impulſione, femoris caput in propriam ſedem cogat. Eſt uerò adhuc alia reponendi ratio, citrà extenſionem ſupra lignum ab Hippocrate commendata. Oportet, inquit, ægrotantis manus ad coſtas leniter deligare, cruraq; ambo ualidiore loco ac molli ad malleolos, & ſupra genua faſciare, ſic ut quatuor circiter digitorum ſpatio inuicem diſtent:

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

intensionem adhibere. Quod si non fiat repositio, humi resupinandus homo est, interq; duo eius femora iuxta interfœmineum, lõgus aliquis ac ualidus palus altius in terram rectus defigendus est, quò ei corpus renitens ad pedis intensionem non cedat, sed priusquam ita homo collocetur, defigendus est. Quod si magnum illud lignum ad manum est, in cuius medio, pedale, uti diximus, lignum infixum fuerat, hoc super intensionem moliemur, famulo uno femur continente ac trahente, alter manibus, uel habena pedem trahet. Medicus autem luxatum articulum reponat, alterumq; pedem alius deorsum continebit. Post repositionẽ tutò deligandum est, fascijs ad plantam & ad malleolos distributis, cautione adhibita, ne posterior calcis tendo constringatur. Præcipiendũq; homini, ut in quiete perseuerans intra quadraginta dies non ingrediatur: nam si ante absolutam curationem incedere quispiam tentet, inutilem particulam ad sua munia obeunda reddit. Si cui uerò exsaltu, ut solet, calcis os è loco suo promotum, uel aliquam aliam ad inflammationis naturam tendentem, dispositionem expertum fuerit, leni quadam intensione conformatione, fotu, inflammationi arcendæ dicato, deligationeq; firma id restituendum est, indeq; homini similiter in quiete, donec consanuerit perseuerandum. Digitorum autem pedis luxatio, sicut de manus digitis dicebamus, mediocre intẽsione haud difficulter emendatur. In omnibus autem luxationibus, subluxationibusq;, facta iam restitutione, elapsisq;, præscriptis acquiescendum diebus, si qua, ut credibile est, inflammatio in articulis perseuerat, seu tumor, unde à functionibus diutile impediuntur, his mollientibus remedijs subueniamus, quorum materia neminem, qui hanc artem exercet, fugere potest.

De luxationibus cum hulcere. Cap. CXXII.

IN luxationibus cũ exhulceratione plurima opus solertia est. Nam cum hæc reponuntur, extrema pericula & mortem quandoq; inferunt. Quum enim adiacentes nerui ac musculi ex intensione inflatione tentantur, cruciatus intensi, cõuulsiones & febres accutæ superueniunt, præcipuè in cubitis ac genibus superioribusq; particulis: quanto enim principibus propinquiores sunt, tanto maius periculum adferunt. Quocirca Hippocrates horum repositionem & ualidiorem deligationem penitus respuit, solisque ijs quæ inflammationem arcent, placantque, auxilijs uti inter initia mandat, sic enim ipsis forsan euadere datur. Id quod ipsius in solis digitis fieri suadet, id nos in

cæteris

cæteris etiam articulis facere conabimur, ac in principio statim cum nondum infestat inflammatio, luxatum articulum moderata intensione reponemus. Si ex animi sententia successerit, in sola ratione quæ inflammationẽ abigit, lenitq; persistemus. Si inflammatio quæpiam, uel cõuulsio, uel ex iam pridem memoratis quippiã urgeat, rursum ipsos, siquidem citra uim potest, sede sua propellere necessitas est. Quod si hoc quoq; periculum ueremur (haud enim inflammata fortassis facilè cedent) præstat inter principia in maioribus articulis repositionem protelare. Simul atq; uero inflammatio cessauerit (quod septem aut nouem dierum spatio contingit) tunc præfati, quod ex repositione secuturum sit periculum: etsi non reponatur, hominem ea parte claudum ac mutilum omnino reliqua uita futurum, manuum operam clementer adgrediamur, uecticulo etiam, propter commoditatem, adhibito. Hulceris postea curationem, quemadmodum in fracturis cum hulcere traditum est, tractabimus.

De luxatione cum fractura. Cap. CXXIII.

QVod si luxatio cum fractione citra hulcus acciderit, communis intendendi ratio, & per manus cõformis instauratio, adhibenda est, uelut in capite de Simplicibus fracturis expositum est. Si uerò cum hulcere, rursus ex his, quæ de fracturis cum exhulceratione & luxationibus priuatim explicauimus, conueniens repetenda est administratio.

LIBRI SEXTI FINIS.

HYPO

HYPOTHESIS
LIBRI SEPTIMI.

In hoc uolumine uniuersi operis septimo & ultimo de medicamentorum, cum simpliciũ, tum compositorum omnium, quorũ potissima superioribus sex libris facta est mentio, facultatibus agitur. Est autem eius series in hunc modum digesta.

CAPITA LIBRI SEPTIMI.

De tẽperaturis, quæ à saporis qualitatibus reperiuntur Cap. I

De temperamẽtorum ordine, atq; à media temperie excessu. II

De simplicium medicamentorum uiribus particulatim. III

De purgandi uim habentibus medicinis simplicibus. IIII

De compositis medicinis purgantibus. V

De obseruatione eorũ qui purgantur, & quomodo adesse oporteat his q̃ sumpto pharmaco non purgantur. VI

De his qui plus æquo purgantur. VII

De sacris antidotis. VIII

Vnctiones sedis & umbilicalia purgantia. IX

Medicamina uomitoria, modi helleborismi. X

De differentia antidotorum. XI

De pastillis. XII

Arida & smegmata. XIII

Vnctiônes quæ ori inseruiunt. XIIII

Suaues & utiles potiones. XV

Collyria & conglutinamenta. XVI

Emplastra modi coctionis eorũ, & de iusta ceræ ad oleũ proportione. XVII

Malagmata & epithemata. XVIII

Acopa, & synchrismata, & dropaces, & sinapismi. XIX

Oleorum & unguentorũ præparationes diuersæ. XX

De ænantha riorum præparatione. XXI

Thymiamata & cyphi. XXII

Præparatio Masuchæ, quod masuaphion quidam appellant. XXIII

De pessis exantyllo. XXIIII

De succedaneis ex GALENO. XXV

De ponderibus & mensuris. XXVI

FINIS.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

git, extenuat, lentos crassos que humores secat absque caliditate insigni. Aqueum uerò frigidum, sistit, cogit, obturat, solidat, stupefacit. Salsum autem cogit, stringit, condit, siccat sine euidenti uel calore uel frigore. Dulce laxat, digerit, mollit, ac rarefacit. Oleoso postremum humectandi, emolliendi, & relaxandi deniq; functio à natura delegata est. Gelidum. Salsum. Dulce. Oleosum.

De temperamentorum ordine, atq; à media temperie excessu. Cap. II.

MEdium ad unguem inter extrema pharmacum, symmetron à Græcis appellatum, ita ut æqualis cum eo cui admouetur temperaturæ existat, eo quod, neq; exiccandi, neq; humectandi, neq; refrigerãdi, aut calfaciendi uim obtineat, neq; aridum, neq; humidum, neq; frigidum, nec calidũ nuncupari par est. Sed ab ea facultate, quæ in qualitatum mixtura præpollet, appellationem sortitur: siccius appellantes id, in quo maior siccitatis portio est: humidius, in quo humiditatis: calidius, in quo calidum gelido præstat: frigidius, in quo frigus calorem excedit. Abunde autem fuerit in unaquaq; præpollente potentia, quatuor ordines, pro necessitate instituisse: uocantibus nobis calidũm primo ordine, quod nos tã obscure calfaciat, ut sensu uix percipi possit, sed rationalẽ quãdã demõstrationem requirat. Pari etiam modo gelidũ, aridũ, & udũ, quod indicatione indiget, nondũ ualidam efficaciam ac euidentem obtinens. Certè quæcunque iam manifesto sensu arefacere, aut humectare, aut calfacere, aut refrigerare possunt, secundi à media temperie excessus esse dicenda sunt. Sed quæ manifeste quidem, non tamen ad extremũ, tertij. Quæ postremo usqueadeò ad calfaciendum nata sunt, ut crustam inducendi uim habeant, hæc quarti ordinis sunt. Sic quæ tantam refrigerãdi uirtutem sortita sunt, ut statim mortem concilient, hæc itidem in quarto à temperatis abcessu censentur. Exiccatorium uerò nullum quarti ordinis inueniri potest, sine exustione: nam quicquid extreme siccat, id omnino exurat necessum est: ex eo grege sunt, chalcitis, misy, calx. Tertiæ autem arefacientium distantiæ aliquid esse potest, nec exurens interim: cuiusmodi sunt, quæ uehementer astringunt omnia: è quorũ albo omphaciũ, rhus, atq; alumen, habetur. Quatuor gradus qualitatum. In primo ordine. Secundo. Tertio. Quarto.

De simpliciũ medicamentorũ uirib. particulatim. Cap. III

QVAE INCHOANT À LITERA A.

Abrotonum, Absinthium Ponticũ,

ABrotono, uis est calfaciẽdi et arefaciẽdi: in tertio à media tẽperie recessu: habetq; distrahentẽ, et nõ instrenue secantẽ potentiã: minimæ nãq; acerbitatis particeps est, qua si uniuersum corpus trita cũ oleo,

probè perfricetur, cum tremore algoribus, qui per circuitum ingruũt, succurrit, cæterum infesta est stomacho. Crematum abrotonum uiolentius arefacit, quàm igne intactum. Defluuijs capillorum ex alopecia medetur, oleo quopiam rararum partium adiecto.

Agallochum.

Agallochum lignum est Indicum, Thyiæ ligno non dissimile, odore bene fragranti. Quod dum manditur, oris & animæ suauitatem conciliat. Odoris gratia uaporatur, & ad suffimenta incenditur. Cuius radix in potu unius denarij pondo sumpta, aquosa stomachi uitia siccando, fractamq; eius imbecillitatẽ roborãdo sanat. Remedio insuper est iocinorosis, intestinorũ torminibus oppressis, Pleureticisq;, hoc est, laterali dolore uexatis.

Agaricum.

Agaricum radix est, quæ arboris trunco adnascitur, laxi corporis & friabilis, ex aërea & terrea essentia coalita. Distrahendi, crassitudinemq; secandi potentiam obtinet, infarctusq; ex obturationibus maximè intestinorum ac uiscerum repurgandi.

Ageratum.

Ageraton naturam habet discutiendi, & præter id clementer quadantenus inflammationes arcendi.

Agnos, Salix amerina, & Vitex.

Vitex, q̃ agnos à Græcis uel lygos dicitur, calidæ & aridæ potestatis est, in tertio ordine. Cõstat ex partibus tenuibus. Flatus peditusq; discutit, quaratione nõ tantũ comestus potusq;, uerùm substratus etiam impetũ in Venerem compescere, castitatem tueri creditur. Haustum plantæ huius semen, obturatis iocinoribus, lienibusq; succurrit, fictus minus inflat, digestuq; longe facilior est.

Agrostis, Gramen.

Gramen, quod in monte Parnasso prouenit, maximæ utilitatis siccificæ, mediocriterq; frigorificæ facultatis, et tenuis essentiæ est, leue quoddã acrimentum gustu præferens, et proinde cruenta hulcera conglutinat: calculos decoctum eius atterit.

Anchusa.

Anchusæ species quatuor non eiusdem facultatis omnes sunt: nam cui
Onoclea. onocleæ nomen est inditum, astringentem pariter et subamaram radicem
cõtinet: cuius ergò lienis, renũq; dolores adiuuat. Cum polenta illita, igni
bus sacris, quæ erysipelata dicuntur, opitulatur, folia herbæ imbeciliorem
radice refrigerãdi arefaciendiq; uim possidẽt: quare cõtra alui fluores, uti
Lycopsos liter in potu sumitur. At quæ Lycopsos appellationẽ habet pari modo ery
sipelatis

ſipelatis ſubuenit, maiore quodam modo quàm Onoclea aſtringendi poten tia. Sed Onochilos & Alcibiadios medicamentoſior à uipera demorſis eximie cõducit, † illita, pro amuleto appenſa, & in cibo deuorata. Quar ta anchuſæ ſpecies reliquis eſt exilior, & tantũ nõ ἀνώνυμος, *id eſt, nul lo inſignita nomine, alcibiadio uehementiorem habet amaritudinem, tæ nęis alui necandis acetabuli menſura pota magis eſt accommoda.*

Onochilos pota

Anonymos anchuſa.

Adarce.

Adarce ſpumam quandam ſalſilaginis, in harundinetis ſtorea aut her barum cremijs concrotam præfert, ſummam habens acrimoniam, tan tamq; in calſaciendo uim, ut parũ abſit quin forinſecus corpori cũ alijs ap plicatum adurat. Eoq; intra corpus ipſam aſſumere minimè conuenit.

Adiantum, herba cincinnalis.

Adiantum exiccandi, attenuandi, modiceq; diſijciendi poteſtate prædi tum eſt. Medium quodammodo locũ calore et frigiditate ſortitum: quam obrem caput ex alopecia glabrum capillis conueſtit, tumores diſcutit, ue ſicæ, renumq; calculos cõminuit ſi potetur, excreationes pulmonis deſic cat, & uentris compeſcit profluuium.

Aizoon, pedum.

Aizoon, quod ſemperuiuum, uocis extymologia interpretatur, maius & minus eſt, utrunque in tertia refrigerat diſtantia. Exiccat uerò & aſtringit aliquantulũ ignitis cum inflammatione rubedinibus, quæ Græcè ἐρυσιπέλατα *uocant, aduerſatur: hulceribus, quæ à ſerpendo herpetas nun cupant, & inflammationibus quæ ex deſtillatione oriuntur, ſuccurrit.*

Aetonychum.

Aetonychi inter lapides precioſos mentionem facere inſtituimus.

Athara, Pulticula.

Athara uel athera, pulticula ſorbilis eſt, ex zea triticóue mollitis con fecta, puerulis idonea, eadem cataplaſmatis accommodatur.

Aegilops, Auena

Auena quam ægilopa dicunt, diſijciendi poteſtate prædita eſt. Eapro pter inflammationes induratas, et ſui nominis qui in maiore oculi hirquo oriuntur abſceſſus, medetur.

Aegyros, Populus nigra.

Aegyros, quæ Romanis populus nigra eſt, calidæ eſt potentiæ in pri mo temporatorum ordine, arefacit autem modicè, & exraris admodum eſt partibus. Cuius fõlia cataplaſmatis more cum aceto impacta, dolores qui miſerã pedũ ualetudinem ſequũtur, amouẽt. Quæ uerò ex ipſa deſtil lat reſina, maiorem calfaciendi uim habẽs acopis inſeritur, malagmatisq;

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

natur, maturationis munia probè exequi perhibent.

Sanguis crocodili.

Sanguis crocodili terrestris oculorũ ſpeciem exacuit.

Sanguis admiſſariorum equorum.

Cõmiſcetur medicamentis exedentibus, (σαπρικὰ à Græcis dicta) ſanguis equorum admiſſariorum. Cæterum antidotus ex ſanguinibus contra letalia uenena exhibetur, ſaguinemq; anatinum, hœdinum, & anſerinum ſuſcipit.

Aera, Lolium.

Lolium calfaciens & arefaciens in tertio fermè à temperatis receſſu, uiridi æquales in medendo uires obtinet.

Accalis, aliâs Acacalis.

Acalis, fructus eſt plantulæ cuiuſpiam in Aegypto prouenientis. Cuius dilutum collyrijs, quæ claritati oculorũ officientia diſcutiunt, utiliter commiſcetur.

Acacia.

Acacia ſiccificæ uirtutis eſt in ordine tertio, frigorificæ uerò, in primo: ubi lota fuerit, ſecundo. Eſt porrò peracerba & terrea.

Acalyphe, Vrtica.

Vrticæ nõ tam ſemina quàm folia ſubtiliorum ſunt partiũ, citraq; erosionem arefaciunt. Tumores porrò præter naturam omne genus diſtrahunt, abſtergunt, deijciuntq; per inferiorem aluum, inflandi etiam potentiam mediocrem obtinent, eoq; in Venerem tantopere proritant.

Acanthos, Spina uulgaris

Achanthus, à quibuſdam melamphilon, à nonnullis pæderota nuncupatur. Eſt autem ex eorum albo, quæ digerendi arefaciendiq; potentiam habent.

Acanthion.

Achãtium ſubtiliorũ eſt partium, excalfactoriam facultatem obtinens, proinde his qui conuelluntur remedio eſt.

Acantha leuce, Spina candida.

Spinæ cãdidæ radix exiccatoriæ et modice adſtringentis eſt potentiæ: quapropter non continentibus cibum, quos Græci σομαχικοὺς appellant, et cruentis reiectionibus auxilio eſt. Dentium cruciatus ſopit. Semen huius tenuis eſſentiæ, caloreficæq; poteſtatis eſt, quamobrem ijs qui conuulſionibus infeſtantur, conuenit.

Acantha Aegyptia, uel Arabica.

Sunt qui ſpinam Aegyptiam, acantham Arabicam nuncupent: ualidam

aſtringendi

astringendi & arefaciendi uim posidet: Quare non sanguinis modò, sed alias quoq; fluxiones cohibet.

Acinos, Ocimastrum.

Acinus herba, ocimo similis, mediocres astringendi uires cõtinet, eoq; pota aluum mensesq; comprimit. Panis, sacrisq; ignibus, illita medetur.

Aconitum, Pardalianches.

Aconitum, quod pardaliãches appellatur putrefacientem, erodentem, & delibutoriam seu uirulentam facultatem obtinet, quam ob causam intro in corpus assumendum nõ est, ad putredinem tamen inducendam carnibus foris utiliter adhibetur.

Aconitum Lycoctonum.

Cæterum quod aconitum lycoctonum nuncupatur, similis propemodum superiori facultatis est, sed peculiariter lupos interficit, ceu proximum illud pantheras.

Acorus, herba Venerea.

Acorum calfacit & exiccat in tertia distantia. Probatur radicis eius usus ad proritandum lotium, & ad lienis scirrhum. Extenuat membranæ ceratoidis crassitiem.

Acrides, Locustæ.

Locustæ, suffitæ meiendi difficultatem, præcipuè mulierum sanant: sed alis destituta, scorpionum morsibus cum uino pota succurrit.

Acte, Sambucus, & Ebulus.

Acte cum magna, tum humilis (Ebulum hanc, illam sambucum Romani uocant) utræq; exiccandi, & temperate disijciendi, cõglutinãdiq; facultatem obtinent, & non tam bibitæ quàm comestæ aquas per uentrem inferiorem pellunt.

Hales, Sales.

Sales in uniuersum omnes magnopere desiccant atq; stipant. Ideoq; quicquid humoris in corporibus continetur, id totum uel depascendo consumunt, uel mordacitate sua subducunt: Proinde salsamenta cõdiunt, & à putredine uindicant. Sed cremati, ualidiorem digerendi potentiã habent.

Althæa, Ebiscus.

Althæa uel Ebiscus, maluæ syluestris genus est, cui uis dissipandi, laxãdi, inflãmationes arcẽdi, placandi, et phymata panos maturandi inest. Radix porrò et semen cætera quidẽ herbæ respondẽt, sed uitiligines insuper detergunt, & semen calculos confringit.

Halimum.

Halimõ dissimilaris est essentiæ, sapore salsuginoso, atq; subastringẽs.

Plurima

Plurima eius pars temperate calida, cum uditate effreni existit: Lac pariter & genituram plantula hæc procreat.

Alcæa.

Alcæa quoq; agrestis maluæ species est, quæ cũ uino pota intestinorũ torminibus ac morsionibus medetur, præsertim ipsius radix.

Alcyonia.

Alcyoniorum omnia genera detergunt ac distrahunt, qualitatem habentia acrem, eiusmodi sanè est, quod uocant Milesium. Bonitate uerò post se cætera relinquit, quod uermis præfert faciem, colore purpureo: quod cõbustum medetur alopecijs, lichenas & uitiligines exterit. Sed quod extima superficie leui, interna substantia quammaximè scabrum atque asperum, nõ modò cutem extergit, sed excoriat etiam. Quod lanis succidis est simile, non parum reliquis omnibus habetur imbecillius.

Quatuor alcyoniorum genera.

Halme, Muria.

Muria salsugóue expers alterius essentiæ consimiles sali in exterendo facultates, nõ tam ualidas uerò, aqua temperata possidet. Muria porrò salsorum piscium, oliuarumq; sale conditarum, quas colymbadas dicunt, in extergẽdo maiorem uim cõtinet, atq; ob id quidem cõtra coxẽdicum dolores, et exhulcerata intestinorũ tormina, clystere cum utilitate infunditur.

Aloẽ.

Aloẽ primi excalfacientium ordinis est, arefacientium uerò tertij. Et stomacho gratissima, abstergendi, distrahendi, & aluo oletulum eiectandi uires continet, ex his enim medicinis est, quas ἰλυοπροληκὰς, (id est, fimi expultrices) Græci dicũt. Verùm elota, imbecilliorẽ quã lotionis expers, exterẽdi uim possidet: atq magis amica uẽtriculo & inflãmatione leuat, hulceribus cicatrices cõciliat, potissimũ his, quæ ani & genitaliũ loca torquẽt.

Halos anthos, Salis flos.

Halos anthos, hoc est, salis flos, liquidũ medicamẽtũ est, subtilioris essentiæ quàm sales cremati, acris qualitatis, & admodũ distrahentis potentiæ.

Halos lachne, Spuma salis.

Spumosa salis† efflorescentia, salis spuma est, subtiliorum illo partium, uehementius quidem digerens, sed ad contrahendum minus efficax.

† Dioscor. habet ἐπίψιμμα, hoc est Lanugo

Alsine, Auricula muris.

Alsine, quam nonnulli auriculam muris appellant, comparem helxinæ potestatem sortita est, frigorificam scilicet & humectantem, quamobrem feruentibus inflammationibus congruit.

Alypon.

Alypon herbæ semen per inferna atram bilem expurgat, sumptũ cum

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Ammoniacum thymiama, Gutta ammonica odorata.

Gutta ammoniaca, quæ ad odorem uaporatur, liquor est ferulæ, intensam emolliendi facultatem obtinens, adeò ut duritias non sensiles, quas scirrhos uocant, & articulorum tophos dissolluat.

Amorge, Amurca.

Amurca è secunda classe est potenter calfacientium et siccantium intense Quo nomine corporũ siccioris temperamenti hulceribus medetur, reliqua omnia contendit & irritat.

Ampelopraſum, agreſte porrum.

Ampelopraſum, tãquam ſilueſtre porrum, acerrimum exiſtit, calidiſſimæq; facultatis in extremo à tẽperatis receſſu. Quocirca exhulcerat, et uiſcidos humores incidit, organa obturata obſtructione liberat, & ſtomacho perniciosum est.

Ampelos agria, Vitis ſylueſtris.

Ampelos agrias, hoc est, uitis ſylueſtris cum racemi, tum uirgulta, abſtergentis ſunt potentiæ, nonihil tamen ſtipticitatis obtinent.

Ampelos hemeron, Vitis domeſtica.

Vitis ſatiua, eandem fermè quam uitis ſylueſtris facultatem habet, niſi quod imbecillior est

Ampeloleuce, Vitis alba, Bryonia.

Bryoniæ, quam Græci ἀμπελολεύκλω quoq;, id est, uitem candidam, & ψίλωθρον à depilandis corijs, quem uſum habet, nominant, ramuli ueluti ſtomacho accommodati, manducãtur, & lotium proliciunt. Radix uerò extergendi uim habet, & ſubtilium est partium, ac temperate calida: qua ratione ſplenes induratos ſi bibatur, liquat. Cum caricis eadem foris illita, ſcabies, lepras q; medicatur.

Ampelos melæna, Vitis nigra.

Vitis nigra, quæ & ipſa bryoniæ nomen habet, per omonia prædictam refert, niſi quod inefficacior est.

Amygdala amara, & dulcia.

Amygdala amara extenuant, & ab obturatione tenacium craſſorumq; humorum qui in alto corporis hærent, uindicant, cutem extergendi potentiam obtinent. Eiuſdem etiam facultatis ipſa arbor est. Sed dulcia moderatam caliditatem ſortita ſunt.

Amylum.

Conficitur amylum expurgato tritico ad hunc modum: Triticũ aqua ut madeſcat irrigatur, ſub Syrij ſtellæ, ardoribus, aqua transfuſa & commutata per diem quinquies. Vbi autem maceratũ iam, teneritudinẽ cõtraxerit, colata aqua, denuoq; infuſa, furfures ſupernatantes cribro excepti

ſeparantur, & quamprimum ſub ſole ſiccantur, priuſquam aceſcat. Hoc moderate refrigerat, ſiccat, & acria lenit.

Amomum.

Amomum uiribus acoro compar eſt, præterquam quod acorus maiorem ſiccandi, amomum uerò coquendi poteſtatem obtinet.

Anagallis.

Anagallis utraq; admodũ extergentis eſt potentiæ, caloris etiam nonnihil, & nonnullas attrahendi uires cõtinet, adeò ut ſurculos, ſpicula quæcunque impacta euellat. Cremor ipſarum caput per nares mucum exugendo purgat.

Anagyrus.

Anagyrus teterrimi odoris frutex eſt, acrimoniam habens, calfaciendiq; & diſtrahendi potentiam, ſemen ualde tenuium eſt partiũ, & ciendæ uomitioni dicatum.

Andrachne, Portulaca.

Portulaca ex tertia claſſe refrigerantium eſt, humectantiũ uerò ſecunda: qua de cauſa febre æſtuãtibus, aluo impoſita opitulatur, fluxus expellit. Dentiũ præterea ſtuporem, qui ab acidorum contactu contrahitur, ſuo lentore planat atq; emendat. Ob ſtipticitatem uerò opem dyſenterijs & ſanguinis eruptionibus confert.

Andraſiamion

† Androſæmon, hoc eſt, humani ſanguinis herba.

Androſæmon duplex eſt, alterum quidem aſcyrrhon ſiue aſcyrrhoides uocatur, & eſt ſpecies hyperici, alterum uerò Dionyſias. Vtriuſq; ſemen expurgandi uim continet, ſed folia potentioris facultatis ſunt ſiccatoriæ.

Androſarces.

Androſarces herba, amarorem & acrimentum habet, naturamq; diſtrahendi & arefaciendi. Poteſt non tam ipſa, quàm ſemen eius potu urinam ducere.

Anemone.

Anemonæ omnes acris abſterſoriæ, euellentisq;, & orauaſorum aperientis naturæ ſunt. Pituitam itaque euocant, & lepras detrahunt appoſitæ, lacq; eliciunt.

Anethum.

Anethũ calfaciendi quidem extenſam habet faculatem in receſſu à temperatis ſecundo, arefaciendi uerò remißius, oleo elixatum diſcutit, dolores ſedat, ſomnum conciliat, crudos & maturationi rebelles tumores concoquit. Crematum porrò tertiam calfaciendi, ſiccandiq; diſtantiã induit, quare hulceribus humore flacceſcentibus impactũ ſubuenit: Cæterum liqui-

dius,

dius, minusq; calidum, eoq; maturatiuum magis est uiride.

Anthyllis.

Anthyllidis duo sunt genera, sed utraq; arefacit hulcera, quæ chamæpityi non absimilis est, tenuioribus constat partibus, adeò ut comitiali morbo obnoxios iuuet. Postremo in extergendo maiorem efficaciam exerit quàm altera.

Anisum.

Anisi semen acrius existens, calidum et aridum in tertia à temperatis distantia est, eoq; lotium elicit, & flatus discutit.

Antirrhinum, & Anarrhinon.

Antirrhinum uel anarrhinon, bubonio, hoc est, inguinali herbæ similem sortita est potentiam, sed imbecilliorem: ex illo igitur etiã huius coniecturam facito.

Anonis, uel Ononis.

Anonis ononis'ue excalfactoriæ uirtutis est, præsertim radix: cuius succus cum uino potus, non lotium modò proritat, sed lapides etiam dissipat, crustas frangit, ac dentium cruciatus lenit.

Aparine.

Aparine sunt, qui philanthropon, qui omphacocarpon uocãt, moderatã habet abstergendi et exiccandi potentiam, & subtilioris substantiæ quippiam.

Apios, Pirus.

Apios dispāris temperaturæ est, partim terreæ, partim aqueæ naturæ cõpos. Quapropter esu stomachum oblectat, & adiuuat, sitim sedat: cataplasmatis modo inducta, exiccat, & moderatè refrigerat.

Apocynon. Cynocrambe, Brassica canina uel rustica.

Apocynum uel cynocrambe, hoc est, canina brassica. Vocatur autem hæc herba à quibusdam cynomorum, id est, canum mors, quod canes enecet ocyssimè, sed & homini letale uenenũ est, satis tetrũ odorem spirans, citra ariditatem calida. Quocirca illitu impacta, distrahit.

Apochyma, Pix zopissa.

Apochyma, resina zopissa, uetus à nauigijs derasa pix est: dissipandi & arefaciendi uiribus donata, tumores discutit.

Arachne, Araneus.

Araneus animal, autore Dioscoride, in emplastrum emollitum, frontiq; & temporibus impositum, tertianarum febrium circuitus persanat. Tela uerò eius adhibita, sanguinis eruptionem compescit. Et hulcera in extima cute ab inflammationis iniuria uindicat.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

tiplicis usus est, & plurimis conferens: ariditatis etenim absq; erosione particeps est, frigiditatem, torporis expertem obtinet.

Arum.

Arum ex prima calfacientium & arefacentium classe consistit, terrestrem & ipsum consistentiam calidam atq; extergentem sortitum. Radices eius maiorem calfaciendi uim, sed dracũculo inferiorẽ tamen posident.

† Arsenicum, Auripigmentum. Arrhenicum

Auripigmentum urentem habet potentiam, quoad denudandam pilis quamuis corporis partem utuntur. Quod nisi maturê detrahatur, ne cuti quidem ipsi parcet. Cæterum ustione subtilioris redditur essentiæ.

Artemisiæ.

Vtræque species artemisiæ calfaciendi uim habent in secundo à medijs recessu, exiccandi uerò in primo. Constant uerò ex partibus raris, subtilibusq;. Qua ratione renum lapides confringunt, & ad muliebrum locellorum fomentationes accommodatæ sunt.

Artos, Panis.

Panis cataplasmatis modo illitus, potentiorem habet in distrahendo facultatem quàm triticum, id quod ad salis & fermenti naturam referendum est. Præditum enim extrahendi facultate fermentum existit.

Asarum, Perpensa.

Asarum acoro assimilis est potentiæ, sed paulò magis intensæ.

Asbole, Fuligo pictorum.

Fuligo qua pictores utuntur, ex uitriarijs officinis colligitur, distrahentis & acris est potentiæ: proinde non tam adurit, quàm exedit. Combustis cicatricem cum cerato rosaceo conciliat.

Ascalabotes, stellio.

Ascalabotes animal ad alia quidem nihil adfert momenti, à scorpij tamen ictu compunctos iuuare prohibent, si plagæ imponatur. Commiscetur etiã intendendi facultatem habentibus medicamentis, quæ Græci ἐντατικὰ, hoc est: intensiua cognominant.

Asclepias.

Asclepias herba calidæ et aridæ facultatis, subtiliumq; partium, tormi nibus, quæ strophi dicuntur, uexatis cum uino sumpta succurrit, illita uenenatorum ictus, uteriq; & mammarum maligna hulcera medetur.

Ascyrrhon.

De ascyrrho in historia Androsæmi explicitum est.

Aspalathos,

Aſpalathos, Eryſi ſceptrum.

Aſpalathi facultas ex diſſimilaribus conſtat partibus, acris pariter & aſtringens. Ex utriuſq; ratione ſiccificæ eſt potentiæ, atq; ob id quidẽ medendis putredinibus & defluxionibus frutex eſt peraccommodus.

Aſparagus.

Aſparagus petræus ſiue myacanthinus, abſtergendi uim poſſidet, media inter caliditatem & frigiditatẽ temperie. Inde renum & hepatis meatus ab infarctu & obturatione uindicat, præſertim radices ipſius ac ſemen: quinetiam dentium cruciatibus medetur.

Aſplenum.

Aſplenum facultatis quidem attenuantis eſt, non tamen calidæ, quo utiq; nomine calculos atterit, & renes comminuit.

Aſtaphis, Vua paſſa.

Aſtaphis, ſatiua quidẽ coquendi pariter & ſpiſſandi, moderateq; diſijciẽdi uires obtinet. Syluestris uerò tantæ acrimoniæ eſt, ut pituitã capitis per os deducat, & ualenter abſtergat.

Aſter Atticus, Bubonium, Inguinalis herba.

Atticus aſter herba, quam alij bubonĩũ, id eſt, inguinariã ob hoc ipſum appellant, quod non ſolum cataplaſmatis more impacta, uerùm adalligata etiam bubonibus prodeſſe creditur. Mixtam facultatem, diſcutientem & refrigerantem ſortitus eſt.

Aſtragalus, Ficus terræ, ſeu glandula.

Aſtragalus, puſillus eſt fruticulus, radice adſtringente, arefaciens non inſtrenue. Hulceribus itaq; diuturnis cicatricem inducit, alui fluores cohibet radix in uino elixa & pota. In Phæneo Arcadiæ plurimo prouẽtu hic frutex naſcitur.

Aſphaltus, Bitumen.

Bitumen ſecundi ordinis arefacientiũ & calfacientium eſt, qua de cauſa uulnera cruenta glutinat.

Aſpholdelũs, Haſtula regia, uel Albucum.

Haſtulæ regiæ radix cũ abſterſione, diſcutiendi facultatẽ obtinet. Deuſtæ autem cinis calidior, ſiccior, & tenuioris ſubſtãtiæ redditur. Qua de re capillorum defluuijs medetur.

Attractylis, Fuſus agreſtis, uel Colus ruſtica.

Colus ruſtica uel cnicus ſyluestris, planta ex ſpinarum exiſtit genere, perſiccatoriæ & mediocriter caloriſicæ potentiæ.

Attraphaxis, Atriplex.

Atriplex humida quidẽ in ſecũdo exceſſu, gelida uerò in primo, ideoq; uentrem

uentrem ocyſsimè permeat. Semen huius abſtergendi uim obtinet, quamobrem contra morbum regium ex iocinoris præfarctu natum, utilis eſt.

Aphace.

Aphace exiguus frutex, modo lentis adſtringit: comeſta concoctioni quã lenticula cõtumacius renititur. Potẽtius cũ moderato calore, deſiccat.

Aphonitron.

Aphonitrum tantæ digerentis & abſtergetis eſt potentiæ, ut non ſordida quæq; tantum detergere et expurgare, ſed prurigini etiam opitulari poſsit. Lædit, autem, ſi potetur, ſtomachum.

Aphronitron, Spuma nitri.

Spuma nitri eiuſdem cum nitro facultatis eſt, niſi quod ſubtilioris eſt eſſentiæ, ac proinde contritum triticeæ farinæ ſpeciem exhibet.

Achras, pirum ſyluestre.

Achrades uocatæ æquales cum piro potentiæ ſunt, ſed magis quàm reliqua pirorũ genera intenſæ: cuius rei gratia ampliora cõmittit hulcera.

Abſinthium.

Abſinthium ex prima calfacientium claſſe, exiccantium uerò ſecunda, ſtiptica, amarulenta, & acri, ſimul qualitate pollet, qua ratione bilioſos uentris humores cum per aluum tum per lotium exhaurit. Quibus uerò pituita in uentre retenta redũdat, his ſanè ob uim adſtrictoriam nihil opis præſtiterit abſinthium. Succo autem eius quàm herbæ longe in calfaciendo præſtantior uirtus eſt.

QVAE À LITERA B INCHOANT.

Balanus Myrepſica, Glans Vnguentaria, Myrobalanum.

Balani myrepſicæ, hoc eſt, glandis unguentariæ internum ceu carnoſum, abſtergentis & incidentis cum adſtrictione facultatis eſt. Ob hæc ſanè non uomitiones modò cõcitat, ſed per egeſtionem alui excrementa largiter deijcit, cum aqua mulſa drachmæ unius põdere ſumptum. Cæterũ cum poſca cõtra uiſcerum obſtructionem remedium eſt. Quin & foris cutis etiam uitia cum aceto illitum exterit. Cortex eius uehementem adſtingendi facultatem poſsidet.

Baccharis.

Baccharis fragrantior eſt herba, cinnamomum referens, coronaria, acrimoniam guſtu relinquens. Cuius radix elixa obſtructiones recludit, lotia ducit, & menſtruas purgationes promouet. Folia eius quoniam aſtringendi facultate pollent, cohibendis fluxionibus accommodata ſunt.

Balauſtium.

Balauſtium ſyluestris mali Punici flos eſt ualenter adſtringens, aridæ

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Dioſcoride ceſtron uocatur, ab alijs uerò pſychrotrophon, eo quod gelidiſſimis gaudeat locis, excepta efficacia nihil poſſidens affine ſuperiori, ad prouocandum lotium, & ad alia bene multa egregie prodeſt Porrò radix ipſius uomitiones irritat, ſi cum hydromelite bibatur: folia autem aluum deijciunt.

Bechium, Tuſſilago.

Bechium, ſunt qui bechicon nuncupent, inde adeò quod βήχας, hoc eſt, tuſſes, & non niſi recta ceruice ſpirãdi anguſtias perſanandi prærogatiuam quandam habere uideatur ſuffitum. Conſtat uerò tuſſilago ex calidæ & aquea ſubſtantia.

Blitum.

Blitum eſui idoneum olus, algentis & humectoriæ poteſtatis in abceſſu ſecundo eſt.

Bulbſus eſculentus.

Bulbus qui edendo eſt, leuem quandam amaritudinem, pariterq; adſtrictionis puſillum continet, deſiccat, abſtergit, & conglutinat uulnera.

Bulbus uomitorius.

Bulbus autem uomitorius eſculento longe calidioris eſt potentiæ.

Botrys.

Botrys, quam ambroſiã nonnulli, quidã artemiſiam nũcupant, planta eſt inſigniter odorata, quæ cum uino ſumpta, orthopnoicis opitulatur.

Bubonium, Inguinalis.

Bubonium after Atticus nũcupatũ, quo de in aſteris hiſtoria traditum.

Bugloſſum, Lingua bubula.

Bugloſſum temperaturæ calorificæ & humectantis eſt, quamobrem in uinum deiectum, animi uoluptates lætitiamq; conciliare perhibent.

Bunium.

Bunium, quod aliqui arction dicunt, temperamento calidæ eſt, urinam mulierumq; purgationes promouet. Falſò uerò bunium, quod ψευδοβούνιον nominant, illi eſt aſſimile.

Bupreſtis.

Bupreſtis beſtiola eſt, cãtharidi nõ abſimile, eamq; ob cauſam haud aliter quàm illa reconditur.

Butyrus uel Butyrum.

Butyrum facultatis maturatiuæ & mediocriter diſtrahentis eſt in tenellis corporibus. Bubonibus itaq; & abceſſibus circa aurem præſenti eſt remedio, gingiuas extenuat, præſertim puerorum dentientium, humores pectori impactos, ſi lingatur, concoquit.

Buphthalmum, Bouis oculus.

Buphthalmon florem gerit chamæmelo similimũ, uerùm multo grandiorem & acriorem, qua de re discutiendi etiã uim obtinet, ita, ut duritias quoq; cerato mixtum curet.

Brathy, Sabina.

Cupresso fŏlijs herba sabina similis est, calfaciendiq; potestatem simul & arefaciendi in tertio à temperatis excessu obtinet, & tenuissimis essentiæ partibus cõstat, extenuat itaq; & digerit pota. Putredinibus cupressi more accommodatur.

Bretanica.

Bretanica astringendi pariter & conglutinandi ui prædita est, syluestri rumici facie & figura similis. Expressus ex bretanica succus, oris putredinibus subsidio est.

Bromus, Auena.

Bromus legumen uiribus hordeo respondet. Arefacit autem, & moderate, citra uellicationem distrabit, stipticitatisq; nonnihil obtinet, ac proin de uentris fluoribus remedio est.

Bryon thalassion, Alga.

Bryon thalassion refrigerantis & astrictoriæ est potentiæ, feruentibus itaq; inflammationibus illitum, subuenit.

Bryon siue Splanchnon, muscus, Vsnea.

Bryon quod splanchnon à quibusdam nũcupatur, in roboribus albisq;
cedris *populis pariter & † piceis repertũ, digerentis simul et emollientis mediocriter potentiæ est, præsertim quod in cedrinis arboribus inuenitur.*

Bryonia.

In uitis candidæ historia explicata brionia est.

QVAE ORDIVNTVR À LITERA G.

Gala, Lac.

LAc omne è tribus conflatum est essentijs, caseosa, seroſa ac pingui, qua cumprimis abundat bubulum, unde & butyrus efficitur. Serum uerò lactis absterſoria præditum est potentia, qua de causa aluum quoque subducit, si ipsum decoctione secernas: caseosum uerò lac, crassumq;, inducit magis ac obstruit, atq; ob id quidem acredinem retundit.
Lac decoctum. *Lac porrò siue cum littoralibus lapillis candentibus aliâs ue decoctum inculpatius fit, & præstantissimum intestinorũ torminibus, & acribus uentris fluxionibus remedium. In totum uerò lac, contra acria oculorum rheumata, & alias quascunq; acrimonias competit. Temperatissimum autem*

omnium

omnium lac est humanum, mox caprillum, deinde asininũ pariter & ouinum, postremo bubulum. Gale, Mustela.

Mustelæ crematæ cinis abunde distrahit: cum aceto itaq; illitus, miseræ pedũ ualetudine arthritideq; oppressos medicatur: torrefacta autem & inueterata Magno etiam morbo opitulatur.

Galion.

Galium appellationem ab eo quod lac coagulet, obtinuit, aparinæ non absimile uires desiccandi cum acrimonia quadam leni sortitũ est. Flos eius contra sanguinis eruptiones & combusta est præsidio.

Galipsis.

Galipsis, alij galibidolon nuncupant, urticæ neutiquã absimilis est herbula, leuorem tamen maiorem, uirosumq; & graueolentẽ emittit odorem, distrahit, scirrhososq; tumores emollit, opem hulceribus quæ padescendo serpunt, cataplasmatis modo illita, confert.

Garus, uel Garum.

Garum uim habet potenter calfaciendi & exiccandi, qua de causa medendis putrescentibus hulceribus foris quidam adhibent. Infunditur item utiliter his, qui intestinorum torminibus, et dolore coxendicis tentantur.

Gentiana.

Gentiana radix magna satis efficacia expurgare, attenuare, detergere, & ab infarctu deniq; uindicare potest.

Geranion, Gruina herba, uel Echinastrum.

Geranij una quidem species foliis est anemonæ similibus prædita, radice esculẽta, quæ in uino drachmæ unius pondere sumpta, inflationes uteri discutit. Altera uerò huius herbæ species, ad medicinas inutilis est.

rñ Terra.

Quælibet terra exiccandi uim habet, nulli alteri mixta essentiæ, & sine corrosione. Quod si ignea quædã illi qualitas admisceatur, hanc etiam lotione exuit.

Terra culta.

Terræ agricolaris quælibet pinguitudo, ad cuiusuis membri exiccatione opus habentis medelam, utilis est.

Lutum Aegyptium.

Luti Aegyptij ad aquaticeas & lienosas afflictiones in medicina usus est, tum ad laxos quoq; tumores haud obscure proficit.

Lemnia terra, Terra sigillata.

Ex terra medicaminosa, Lemnia rubrica, quæ sphragis, hoc est, sigillũ appellatur, exiccando & constipando moderate uirulentis medicaminibus præsentaneum amuletum existit. Medetur itidem maleficis hulceribus,

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

bentis, & putrefacientis, exedentis'ue est potentiæ. Quapropter carnes lasciuientes & hulceri supercrescentes compescit, & uacua explet, si cum cerato mixta adhibeatur.

Gerasophios, Senecta serpentis, Spolium.

Exuuiæ anguis summe desiccant, quare cum aceto decoctæ, dentium cruciatus adiuuant.

Senecta aspidis, siue exuuium.

Aspidis senectus oculorum aciem plus alijs exacuit, si trita cum melle oculis illiniatur.

Gesentera, Lumbrici terreni.

Intestina terræ (uermes terrenos quidam uocant) læuigata, & neruis saucijs impacta, maturime ad miraculum usq; succurrent.

Gigarta, Acinorum uuæ nuclei.

Nuclei acinorum uuæ exiccant ordine secundo, refrigerant uerò primo, gustuq; abunde † acerbi sunt, affatim fluxibus idcirco quibusque contrigidi uenuunt.

Gingidium, Bisacutum.

Gingidium non admodum euidentis calfactoriæ facultatis est. Exiccat autem in tertio à temperatis excessu, atque astringit: proinde gratum est stomacho.

Glaucium.

Glaucium astingit cum insuauitate quadam, refrigerat nõ obscure, sacrosq; ignes non adeò ualidos sanat.

Glaux.

Claux herba, temperaturæ calidæ est atq; humidæ, & proinde nutricibus lactis ubertatem generat.

Glechon, Pulegium.

Pulegium excalfacit & attenuat potenter, quapropter emplastri modo impositum, rubrificationem inducit, ex pectore & pulmone, humidos, crassos, atq; tenaces humores, excreatu faciles & ductiles reddit.

Glœos, Strigmenta balneorum.

Glœos, hoc est, strigmentum sordesq; balneorum, modicè calfaciendi, emolliendi, distrahendiq; uim habet, rhagadibusq; ani & naturalium mulierum rimis, & condylomatis confert.

Glycyrizon, Dulcis radix.

Glycyriza tepida & humida est temperamento, cum leuiuscula quadam ui adstrictoria. Qua de causa asperitates lenire solet, neq; tantum in arteria, sed etiam in uesica scabra. Siti extinguendæ habilis.

Glycysides.

Glycyſides Pæonia.

Sunt qui glycyſiden pentomoron, & qui pæoniam uocãt, cuius radix acrimoniam habet, & leuem amaritatem cum ariditate coniunctam, nõnihil ſtipticitatis quoq; obtinens. Mouet itaq; menſes, renes, iecurq; emundat, amygdali quãtitate è uino ſumpta. Si uerò uinum in quo potatur pæonia fuerit auſterum, alui profluuia reſtingit. Collo ſuſpenſa, uel aliâs alligata, puſionum comitialibus magnopere ſuccurrit.

Gnaphalion, Centunculum ſiue Tomentum

Centuncularis herba, inde à Græcis nomẽ ſortita eſt gnaphalion, quòd foliis eius ſubtilibus, et ob mollitiem ſequacibus tomenti loco utantur. Sũt autem ea colore candido, & leuiter aſtringentia. Quæ ratione cum uino aſtringente contra inteſtinorum tormina efficaciter bibuntur.

Gongilis, Rapum.

Gongilidis non tam radix, quàm ſemen inflandi uim retinent, ſemen genitale procreant, Veneremq; excitant.

Gorgylon, Seſeli.

Gorgylum, ſunt qui ſeſeli appellant, herba eſt naturæ calidæ, urinam ciens, et eo etiam nomine muliebria ducens. Radix eius cum melle linctu, uitioſos pectoris humores educit.

Gyris, Pollen.

Pollen, uires habet amylo congeneres, niſi quod plus caloris retinet quadantenus.

Gypſos, Gypſum.

Gypſum præterquam quod exiccatoriæ poteſtatis eſt, emplaſticã inſuper facultatem obtinet. Quo fit, ut ſanguinis eruptionibus opituletur, dilutum cum oui albore. Crematum neutiquam tantam oplendi uim obtinet, ſed arefaciẽdi maiorem. Quin etiam retundit, potiſſime cum poſca.

QVAE AVSPICANTVR À LITERA D.

Dades Tedæ.

DAdes nonnihil aſperitatis habent, & uim maturandi, concoquendi, & detergendi. Proinde in aceto elixæ, iureq; eius, ore dentibusq; collutis, cruciatus dentiũ placant. Quod ſi cum melle ſumãtur, caput pituita per nares, palatumue exonerant. Linctibus porrò permixtæ, quæ in pectore contumaciter hærent, ductilia excreatuq; facilia efficiunt

Damaſcena.

Damaſcenorum uberior fiet in Prunis mentio.

Damaſſonium, Aliſma.

Damaſſonium abſtergentis eſt potentiæ, ac proinde calculos confrin-

git,

git,uentris † tormina ſanat,& lotia trahit.

Sic habet Dioſcorides

Daucus,Staphylinus.

Dauci (quem & ſtaphylinum nuncupant) duæ ſunt ſpecies Satiui radix flatuoſum quiddam obtinet, & ob eam cauſam nonnullam ad Venerem citandi poteſtatem. Syluestris uerò dauci ſemen, nihil flatuoſi habet ſpiritus, ſed lotij & menſium proritandi uim continet. Eiuſdem facultatis ipſa exiſtit etiam herba.

Daphne arbor,Laurus.

Lauri arboris folia ſiccificam & ualde calfactoriam obtinent potentiam,ſed baccæ magis quàm folia. At radicis cortici amaritudinis & acerbitatis nõnihil ineſt,lappillosq; comminuit. Si potetur ex uino fragrante, triobolari pondere,iocinoroſis eſt præſidio.

Daphne herba.

Daphnes herbæ,quæ & Alexandria uocatur, temperamentum eſt calidum,guſtus acris pariter & ſubamarus. Quamobrẽ menſes & lotia proritandi uim poſsidet.

Daphnoides, Chamædaphne, Laureola herba.

Cæterum daphnoides,potentiæ perſimilis Alexandriæ eſt,quemadmodum ſanè & quæ chamædaphne nomenclaturam obtinuit, quæ utique etiam ipſa eſculenta eſt.

Derma probati,Pellis ouilla.

Pellicula ouis recens detracta,& etiamdum calida,his qui quocunque modo uapulauerunt circumpoſita, mirificè ſuccurrit.

Pellis Hippopotami.

Hippopotami, hoc eſt, fluuiatilis equi pellis combuſta, atq; cum aqua trita,& ſuperinducta,panos diſcutit.

Pellis uiperæ.

Pellis uiperina læuigata,& impacta,in alopeciæ glabretis, pilos cum admiratione omnium reuocat.

Dermata cattymata, Veteramenta.

Solearum ueterũ coria igne cremata,cinerem ualde exiccatorium reddunt. Quamobrem ex calciamentis pedũ attritibus,nõdum inflammatis & ambuſtis,intertriginibus carniumq; exreſcentijs medetur.

Dictamnus, Vſtilago ruſtica.

Dictamnus ſubtiliore potentia cõſtat quàm pulegiũ,cætera ſimilis. Verùm quæ pſeudodictãnos,id eſt,falſa dictamnus appellatur,imbecilior eſt.

Dionyſias.

Dionyſias in dictione Androſæmon explicata eſt.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Cerebrum Gallinacei.

Cerebrum galli gallinacei in uino bibendum utiliter exhibetur contra ſerpentium ictus, autore Dioſcoride. Sanguinis eruptiones à cerebri membrana profluentes, compeſcit.

Cerebrum Cameli, & Muſtelæ.

Cerebrũ cameli, ut tradit GALENVS, *aridum cum aceto potum comitialibus medetur. Idem præſtat muſtelæ cerebrum.*

Cerebellum Chelidonis.

Hirũdinis cerebellũ melle tẽperatũ, oculorũ ſuffuſionibus ſuffragatur.

Cerebrum Ouis.

Ouinum cerebrum ſimiliter præparatũ, puſionum dentitionibus exquiſitiſſimè ſubuenit.

Elæa, Olea.

Germinationes Oleæ tantum refrigerant quantum aſtringunt. Oliuitas uerò ſiquidẽ exacte maturuit, temperate calfacit. Immatura acerbior & frigidior eſt.

Oleæ Aethiopicæ lachryma.

Lachryma oliuæ Aethiopicæ, ſubtile ammoniacum præferẽs, naturam habet abſterſoriã. Hinc cicatricibus medendis albuginibus, obtuſæ itẽ oculorũ aciei ſuccurrendæ adhibetur. Quin & dentiũ cruciatus arcet, ſi cauis ipſorũ inſeratur. Nõnulli uerò hãc oleaſtrũ, id eſt, oleã ſylueſtrẽ autumãt.

Elæon, Oleum ex drupis.

Oleum quod ex oliuis drupis cõficitur, dulce, calidumq́, moderate magis uerò humectans.

Oleum Omphacinum.

Oleum, quod ex crudis et nondũ inchoatæ maturitatis oliuis expreſſum eſt, à Græcis ὠμοτριβὲς *&* ὀμφάκινον *nuncupatum, quantum in ſe habet adſtrictionis, tantæ etiam frigiditatis particeps eſt.*

Oleum ablutum.

Oleum uerò elotum, roſionis exſors minimè uellicat.

Oleum uetus.

Oleo ueteri quantum diuturnitatis, tantum etiam caliditatis accedit, & potentiores ad diſcutiendum uires acquirit, potiſſimè ſi initio ex tenuioribus partibus conſtiterit: ex eo autẽ cenſu habetur purũ atq; pellucidum, & cuius uel momentũ, magnã corporis partem inungit, promptiſſimeq́; penetrando à cute imbibitur. Huiuſmodi autem præcipuè Sabinũ exiſtit.

Oleum ſylueſtris oleæ.

Quod ex oleaſtro funditur, aſtringit ſimul & abſtergit. In omni oleorum genere id omnium planè ſqualidiſſimum eſt.

Oleum Rhicininum.

Veteri oleo uiribus omnino æquipollet rhiciminum.

Oleum Seſaminum, Raphaninum.

Reliqua olea, ſeſaminum uidelicet & raphaninum, & quæ id genus ſunt alia, pro cuiſque unde conſtant eſſentia, uaria etiam uirium diſcrimina ſortiuntur.

Elæomeli, Oleomel.

In Syria oleomel ex quodam arboris caudice ſua ſponte manat, melle craſſius, ſapore dulci, quod crudos humores & bilioſos per aluum detrahit, duorum cyathorum menſura cum aquæ hemina potum. Veruntamen qui hauſerunt, in ueternũ torporem deficientibus uiribus incidunt: quod tamen expaueſcendum non eſt, uerùm à ſapore excitandi ſunt cerebrius.

Elaterium.

Succus ſylueſtris cucumeris fructus elateriũ appellatur, quod è ſecundo calfacientium ordine exiſtens, Menſes prolicit, & fœtus in utero appoſitu, extrema qua pollet amaritudine, necat. Expurgat præterea nares cum lacte illitum. Deducit ipſam quoq; pituitam per inferna factus ex eo clyſter, non raro etiam ſanguinem.

Elate, Abies.

Abies arbor ut nigra populus, calfacit & exuccat. Reſinæ ipſius inter cæteras reſinas fiet mentio.

Elatine.

Elatine herba eſt helxinæ ſimilis, mediocriter refrigerãs et aſtringẽs.

Elaphoboſcos, Ceruiocellus, Cerui pabulum.

Ceruiocellus (ſi modò apud Latinos ea eſt elaphoboſci appellatio) calfacientis & ſiccificæ facultatis eſt, in ſecundo à temperie exceſſu, & tenui ſubſtantia ſubaſtringit.

Eleliphacus, Saluia.

Saluia inſigniter calfacit, & leuiter adſtringit.

Elenium, Enula Campana.

Enula Campana calfaciẽdiq; poteſtatem, cum humiditate recrementitia obtinet, eam ob cauſam linctibus permixta lentos humores q; in pectore hærẽt educit: Mẽbra quoq; rubrificat, cuteq; inciſa exaſperat.

Eleoſelinon, Apium ruſticum.

Eleoſelinum, hoc eſt, apiũ paluſtre, naſcitur locis humidis & aquoſis, ſatiuo grandius, atq; ad eadem efficax.

Elephas, Elephantus, Ebur.

Elephantis unguium ſcobes cataplaſmatis modo impactæ, reduuijs remedio ſunt. Oſſium uerò ac dentium ramenta arefaciendi & extergendi facultate

facultate donata, in id genus medicamentis frequenter uſurpatur.

Helcyſmata, Recrementum argenti.

Helcyſmata, argenti recrementa appellantur, ea plumbagini conſimiles habent uires, emplaſtris fuſcis, quæ phœas nuncupant, & ijs quæ cicatricem conciliant, inſeritur, quoniam aſtringunt & euellunt. Emplaſtrum Phœa.

Helleborus, Veratrum.

Veratrum tam candidum quàm atrum iuxtà calfaciendi ſiccãdiq; uim in tertio exceſſuũ ordine poßidet. Eſt præterea acri et abſterſoria ui præditum. Quo fit, ut ad leproſa cutis uitia emendanda, conueniat. Nigrũ per triduum fiſtulis infuſum, callum detrahit.

Helichryſon, Aurei floris planta.

Helichryſon à quibuſdam chryſanthon, à nonnullis etiam amaranton nuncupatur, planta coronaria eſt, comam aureæ lucis præferens: quæ in uino pota, anguſtijs urinæ, contra ſerpentium morſus, coxendicum dolores, ruptaq; remedio eſt. Ciet eadẽ menſes, grumosq; ſanguinis hauſta ex mulſo diſſoluit, & à capite in ſubiectas partes deſtillationibus opitulatur.

Helxine, Parietaria.

Helxine, ſunt qui perdicium, ſunt item qui parthenion, nec deſunt qui ſideritim, & qui heracleam uocent, uirtus eius eſt abſtergere, & cum humore ſubgelido leniter aſtringere.

Helxine ciſſampelos.

Helxine alia eſt, quæ ciſſampelos appellatur, ea diſcutiẽdi uim poßidet.

Elymus, Meline, Panicum.

Panicum, ſunt qui melinen etiam nuncupent, milio ſimile legumentum eſt, potentia ſiccatorium & frigorificum, foris impoſitum etiam uentris fluores exiccat.

Empetron.

Empetrũ etiam praſſoides quaſi porri ſpeciem præferens uocatur, medicamentum ad ſolas purgationes pituitæ pariter ac bilis eſt, guſtantibus ſalſum, eapropter abſtergendi quoq; uim habere creditur.

Epithymum.

Epithymum omnipharíam thymo efficacius, ex tertio arefacientiũ & calfacientium ordine atros purgat humores.

Epimedion.

Epimedio cũ aqueo humore facultas eſt mediocriter frigorifica, quod uberius illitum, mammas rectas turgentes conſeruat fertur etiam ſumentibus potu ſterilitatem inducere.

Epimelis.

Epimelis, quæ unedon etiam à colonis Italicis nominatur, ſylueſtris po-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Eryſimum, Irion.

Irionis ſemen, naſturtio ſimiliter facultate igneum et flagrans eſt, quæ de re toſtum in fermẽto, pectus in eclegmatis lentis humoribus expurgat, duritias emollit, & latentibus deniq; cancris illitu auxiliatur.

Euzomon, Eruca.

Eruca quoq; eiuſdem cum rubia paßiua temperamenti eſt, ſed inflationes facit, quamobrem in Venerem ſtimulat. Semen lotium prolicit, ſyluestris tamen multo quàm ſatiua efficacior eſt.

Eupatorium.

Eupatoriumcum partium tenuitate incidentis eſt potentiæ citra feruorem manifeſtum: proinde iocinoris infarctus expurgat, et adſtrictoriæ uirtutis particesq; eſt.

Euphorbium.

Euphorbium exurendi & attenuãdi cæteris liquoribus ſimilem uim obtinet.

Ephemeron.

Ephemerum non letiferum illud, ſed cui iris ſylueſtris nomen eſt, compoſitam temperaturæ facultatẽ habet eijcientem, et habitu euaporantem.

Echidna, Vipera.

Viperinæ carnes temperamento ſunt calido & ſicco uehementer, per cutem uniuerſam corporis molem repurgantes: quapropter aliquot multi elephantiaſi correpti cum in cibo, tum in potu ſumentes, ſanitati reſtituti ſunt. At quæ circa mare, alijsq; locis aridis degunt, ſitim magis inducunt.

Echinus herba.

Echinus herba eſt acerba, repercutiendi atq; exiccandi uim obtinens.

Echinus terreſtris, Erinaceus.

Erinacei terreſtris fel, defluentes capillos glutinat. Caro eius exiccata, uehementẽ habet diſtrahẽdi arefaciendiq; potentiã. Quo nomine elephantiaſi correptis, maloq; corporis habitu preditis, cæterisq; pluribus malis ſuccurrit, cutis eius deuſta, multo ualẽtius quàm uſtionis expers arefacit, acriusq; diſtrahit. Alopecijs cum pice liquida illita auxiliatur.

Echinus marinus.

Quicquid in marino echino edendo eſt, urinã trahit, & bonam aluum efficit. Teſta uerò ipſius cremata, æqualem terreſtri facultatem induit.

Echion.

Echion alij doriada, alij alcibiadion appellãt: ea ſpinoſa eſt herba, quæ non tantum ſerpentium morſus epota cum uino curat, ſed præpota etiam ab eorum morſibus tuetur.

Hepſema

Hepſema, defrutum, Sapa, paſſum.

Muſtum decoctum, quod à quibuſdam ſiræon nuncupatur, moderatam calfaciendi & concoquendi uirtutem, atq; emplaſticam inſuper abſque erroſione obtinet.

QVAE INCHOANT À LITERA Z.

Zea.

ZEa eiuſdem planè eſt cum tritico potentiæ, medium quodammodo inter calfaciendum & refrigerandum locum poßidens, leuiter exiccat, & opplendi uim obtinet.

Zingiber.

Zingiberis radix potenter quidẽ excalfacit, neq; primo tamen ſtatim occurſu, ineuictæ cuiuſpiã humiditatis, et craßioris eßentiæ particeps eſt: ideoq; teredinibus facilè tentatur, ſed cõſtantẽ mordicus ſeruat caliditatẽ.

Zythus.

Zythus mixtæ cnoſiſtentiæ eſt, acrimoniam quandã guſtu præferens, utpote ex putredine conſtans, & frigidus ratione acidæ qualitatis: proinde ſucci etiam praui.

Zyme, Fermentum.

Fermentum etiam ipſum ex oppoſitis facultatibus temperatum eſt, aciditatis nanq; gelidæ, caloriſq; ex putredine proficiſcentis, præterea eius quæ ſalis atq; farinæ natura conſtat. Eſt igitur haud mediocriter calidum, diſtrahendiq; poteſtate præditum.

Zomos, Piſcium ius.

Piſcium recentium ius uentrem ſubducit, cum per ſe, tum uino admixto epotum: peculiariter uerò ex phycidibus, ſcorpionibus, iulidibus, percis, alijsq; ſaxatilibus molliuſculis, cum aqua, oleo, & anetho, & ſale elixis. Eorum itidem quibus teſta pro cute eſt, tellinarum, hiatularum, cochularum, & gallinacei antiqui cum ſale diutißime elixi, iuſculum, uentrem ſubducit. E diuerſo, gallinæ ius cohibet.

QVAE INCHOANT À LITERA H.

Hedioſmon, Menta ſatiua.

HEdioſmum calidi temperamenti eſt, & eſſentiæ ſubtilis, acre potentia, ex tertia diuaricantium à temperie claſſe, cum humiditate ſemicocta, qua in Venerem ſtimulat. Præditum item eſt amaritudine quadam, ideoq; lumbricos interimit. Acerbitatis uerò ratione non inuetera-
tas ſanguinis reiectiones ſiſtit.

Hedyſarum, Securidaca, Securinum.

Hedyſarũ, quæ & pelecynus uocatur, guſtu amarũ & ſubacerbum: unde

de si potetur, accommodatum est stomacho, et uiscerum infarctus oppilationesq; expurgat.

Heliotropium, Solaris maior.

Heliotropium maius, quod & scorpiuron appellant, calidæ, aridæ, & detergẽtis facultatis existit: Cuius decoctio pituitam expellit pariter atq; bilem, semen eius instar emplastri superinductum, formicas, & id genus alias uerrucas exiccat.

Heliotropion minus, Solaris minor.

Heliotropium minus ijsdem facultatibus pollet, & lumbricos insuper interficit, cum nitro, hyssopo, & cardomomo potum.

Electrum.

Populi albæ lachrymam electrum perhibent, quæ propè flumen Eridanum destillans congelascit, aurum colore præferens: cuius uis est, si potetur tritum, stomachi, aluiq; fluxiones reprimere.

Hemerocalles, Lilium syluestre, Bulbum.

Hemerocalles radicem habet lilio æmulam, & uiribus æqualem, neq; aliter quàm id, ambustis succurrit.

Hemionitis.

Hemionitis cum stipticitate amaritatem obtinet: quo nomine cum aceto pota, lienosis subuenit.

Hepar rabiosi canis.

Creditur canis rabie agitati iecur tostum, & in cibo sumptum, morsibus quos idem rabiens canis intulit, opitulari.

Hepar Capræ & Capri.

Capræ assati iocinoris deciduus aquosus sanguis, luscios, si oculis instilletur, iuuare creditur. Prodest præterea dũ id coquitur & torretur, luscitiosorum oculos eius fumo uaporari. Confert idem iecur assum. Quod comestum comitiales arguit. Iecur hircinum eadem præstare dicitur.

Hepar Lacertæ.

Tradunt lacertæ iecur exesorum dentiũ cauis inditũ, dolorem sedare.

Hepar Lupi.

Lupinum hebar medicamento iocinoroso, quod eupatorio constat, admiscetur.

Hepar Asini.

Prodest comitialibus iecur asininum tostum, à ieiuno sumptum.

Hepar Apri.

Aprugnum, aut si mauis dicere cluninum, recens exiccatum, si tritum cum uino bibatur, serpentium morsibus succurrit.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

tum confringat, menſesq; pellat. Per anum infusum, coxendicis doloribus auxilio est, & sanguinolenta exhaurit: atq; alioqui non tam per superna, quàm per inferna bilioſos humores acetabuli mensura epota euacuat.

Thridax, Lactuca.

Gelidæ quidem ac humidæ facultatis bolus lactuca est, non tamen extremæ, sed secundum aquæ fontanæ temperaturam: Quare inflammationibus calidis confert. Est præterea siti aduersa. Genituræ profluuium compescit. Ex Venereis in somno imaginationibus pollutiones pota coërcet. Agrestis lactuca minorem habet quàm satiua cum refrigerãdi, tum humectandi potentiam, uerùm succulentior est.

Thymus.

Thymus calorificæ & exiccatoriæ uirtutis in tertio à temperatis excessu, tenaces ac uiscidos humores incidit.

Thymbra, Satureia.

Thymbra sylueſtris æmula uiribus thymi est: contubernalis uerò, ad omnia quidem infirmior, sed ad edendum potior.

Thymelæa.

Ex planta thymelæa granum cnidium, quod semen eius est, colligitur, cui uiribus respondet. Granum cnidium.

Idæa radix.

IDæa radix gustu & uiribus acerba, ad sanginis eruptiones, et quascunque rheumaticas affectiones idonea est, siue potetur, siue extrinsecus applicetur.

ἱδρὼς, Sudor.

Sudorem per se quidem colligere arduum est, miscetur autem in palestris exercitatorum sordibus cæromati confusis, acquiritq; multum facultatis digerentis. Proinde inflammationibus uberum cõflictatis, efficaciori sunt auxilio, & ad extinguendum quod flagrat in ipsis conducit. Facit etiam medendis bubonibus. Quod si aridior uidebitur, subigendus est cum cyprino aut rosaceo.

Ixos, Viscum.

Viscum ex eorum classe est, quæ cum acrimonia quadam calfaciunt: eam ob causam uiolenter ex alto euellit, eosq; diffundit ad instar thapsiæ, præterquam quod illa inefficacius est.

Ion, Viola.

In uiolæ foliis aquea & subgelida substantia plusculum pollet.

Ios, Aerugo.

Aerugo guſtu acredinem præfert, diſijcientis, repurgantis, & ſecantis naturæ: non teneræ tantum carnis, uerùm duriuſculæ etiam. Quod ſi quis copioſiori cerato puſillum æruginis confundat, medicamentum abſq; eroſione abſterſorium efficiet.

Hippocampos.

Animal marinum, per puſillum hippocampus eſt, cuius combuſti cinis cum liquida pice, capillorum defluuia inſtaurat.

Hippolapathon, Grandis rumex.

Grandis rumex, quem hippolapathon Græcè dicũt, in paluſtribus naſcitur locis, rumici uiribus proxima.

Hippomarathron, Agreſte uel erraticum fœniculum.

Hippomarathrum canchryi nõ eſt abſimile, ualentius arefaciens quàm fœniculum. Quo quidem fit, ut aluũ lubricam ſiſtat, lapillos comminuat, & menſes proliciat. Aliud eſt hippomarathrum, cuius ſemen coriandro quidem ſimile, ſed illo imbecillius exiſtit.

Hippopotamus.

Hippopotami, hoc eſt, fluuiatilis equi teſticulus, aridus potus ſerpentium morſibus ſubuenit.

Hippoſelinon, Apium grande, & oluſatrum.

Apio ſatiuo facultate reſpõdet hyppoſelinũ, niſi quod illo eſt ignauius.

Hippuris, Equiſetum, Cauda equina.

Hippuridi cum amaritate qualitas eſt ſtiptica, ualenter ſimul & abſq; eroſione exiccat, ac proinde grandia quoq; uulnera committit, inteſtinorum ramices iuuat: & affectibus cum fluxione uino pota, medetur.

Hippophaës, Lappago, uel lappula minor

Hippophaës, uel ut alij appellant hippophæos, frutex ſurculoſus eſt, quo ueſtimenta expoliunt, è cuius redice thapſiæ modo liquor colligitur, qui per ſe, & cum eruacea farina oboli inſtar exhibitus, tũ bilem, tum pituitam expurgat. Quin uniuerſa quanta eſt planta exiccata, purgandi uim obtinet.

Iris.

Iris abunde calefacit, attenuat, abſtergit, & concoquit. Quamobrem tuſſi ſubuenit. Contumaces pectoris humores ductiles reddit, torminibus circa umbilicũ medetur: hulcera ſordida expurgat, aluum cum uino ſumpta euacuat.

Iſatis.

Iſatis ſatiua qua infectores utuntur, deſiccat pariter & aſtringit. Spatioſa itaq; ſolidorum corporũ hulcera conglutinat, & ſanguinis eruptionibus

nibus prodeſt, tumores aquoſos diſijcit. Contumacibus ex uitioſa conſuetudine hulceribus omnibus obſiſtit. Agreſtis uerò ſatis, guſtu plus euidentis acrimoniæ præfert, ideoq; quũ magis exiccet, humidis putredinibus efficacior reſiſtit, ad cætera deterior. Sed & ſpleneticis propter uehementem potentiam utilis eſt.

Iſopyron, aut Phaſiolum.

Iſopyron, uel, ut alij uocant, phaſiolon, ſemen gerit amariũ atq; ſubacerbum. Craſſos igitur & glutinoſos humores abſtergit & incidit, ſic ut cor pus contrahat & cõſtringat, quo nomine etiam quæ altius hærent, repurgat. Neq; hæmõptoicis noxium eſt.

Itea, Salix.

Arefaciendi citra morſum poteſtatem ſalicis folia floresq; obtinent: leuem adhæc conſtrictionem. Verùm his aridior paulo cortex eſt, cuius cremati cinis ex eorum cenſu eſt, quæ potenter exiccant. Clauos & formicas cum aceto extirpat.

Ichthyocolla, Piſcium gluten.

Glutinum piſcoſum opplendi & exiccandi uim obtinet. Inditur magna commoditate emplaſtris conglutinatorijs, et his quæ lepræ curandæ, & quæ ad faciei erugationem lenociniumq; faciunt.

QVAE INCHOANT À LITERA C.

Cancanus.

CAncani radix moderatam exiccandi uim obtinet, intectoriũ meatus infartiendi citra mordicationem natum. Eoq; arteriæ aſperitates linctа cum uino ſanat, pariter ſi quis eam, inſtar tragacanthæ atque glycyrizæ † ſubigat. † commanducet

Cancamum.

Arabici ligni lachryma cancamum eſt, myrrhæ ſimilis, fragrans, quam ad odorem incendunt & uaporant. Virtutem habet obeſos extenuandi, detergendi, & ab infarctu meatuumq; obſtructione uindicandi.

Cadmiæ.

Cadmiæ utræq; ſpecies arefaciunt, ſed craßioribus conſtat partibus, quæ botryitis, quaſi acinoſa, racemoſáue appellatur. Subtilioribus uerò, quæ placitis, quaſi gleboſa, eſt nuncupata. Cremata cadmia exiccãdi facultatem, mordacitatis expertem, non ſine abſterſione retinet. Hulcera cauа carne replet, tam ea quæ oculos, quàm quæ reliquum corpus occupant, uerum præcipuè humidiora in corporibus tenerioribus, nam in duriuſculis efficacium magis opus eſt.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Capnos, Fumus terræ, fumaria.

Capnion siue capnos hinc sortita nomen est, quod eius herbæ succus nõ parum lachrymas cit, speciem oculorum exacuit, acris & amara est. Vrinam quoq; biliosam strenue promouet. Iocinoris obstructiones & infirmitates medicatur. Stomachoq; robur inducit, & aluum emollit.

Capparis.

Capparis radix detergendi, repurgandi, incidendi, distrahendiq; facultatem cum quadam amaritate & acredine possidet. Contrahit præterea, stringit, & coagulat acerbitate: ac proinde lienes induratos sanat cum potatum foris imposita. Menses ducit, & noxios capitis humores per os detrahit. Hulceribus malignis ac rebellibus, plurimum prodest, & dentium cruciatibus succurrit. Tubera dissipat et uitiligines. Vermes qui in auribus enascuntur, interimit. Cæterum folia fructusq; similem quidem, sed infirmiorem tamen obtinent potentiam.

Cardamus, Nasturtium.

Nasturtij semen deurentis facultatis particeps est, modo sinapi, quo nomine cataplasmatis instar impositum, cum rubificatione exhulcerat, crassos humores admixtis quibusdam alijs incîdit. Herba arida semini uiribus similis est, sed humida moderatior, coq; cruda nonnnuquam editur.

Cardamomum.

Acris quoq; naturæ cardamomum est, nasturtio tamen non parum imbecillius, neque illi deest amaritas, qua sanè uermes interficit. Et scabiem cum aceto exterit.

Caris.

Caris contrita, cum bryoniæ radice epota, uermes enecat.

Cancri fluuiatiles.

Cancrorum fluuiatilium crematorum cinis, pari erinaceorum echinorum, et cochlearum modo exiccat. Proprietate uerò totius substantiæ, admirando remedio rabidi canis morsibus potu, succurrit. Marinorum uerò cinis uehementiore arefaciendi ui pollens, nihil à cane rabioso demorsis cõducit, sed uiolentius arefacare cõtendentibus prodest. Cæterũ qui in perennibus uitam agunt fluminibus cancri læuigati & cataplasmatis impacti, spinas, & quæcunq; corpori infixa spicula euellunt.

Caron.

Cari semen calidum est & siccum, secundum tertium quodammodo à temperatis excessum. Flatus discutit, & urinas prolicit, neque id semen modò, uerùm tota etiam planta.

Carpesium.

Carpesium.

Cum tenuitate partiũ odoratũ est carpesiũ. Ob eamq; causam uiscerũ obturationes aperit, lotia promouet, renes purgatione à lapillis uindicat.

Carya, Nuces.

Nux arbor in ramulis quidem suis acerbitatem quandam cõtinet, insigne uerò in calyce extimorũ glandium putamine. Quare succus eorum in melle elixus medicamentũ fit, quod ori inseruit. Cortex eius interior si cremetur, tenuis redditur essentiæ, & exiccatorius absque mordicatione. Esculentum porrò ipsius oleaginum promptissimè exprimẽdo colligitur. Quod inde fit oleũ, subtitibus constat partibus, & tumores putredinesq; dissipãdi uirtutem obtinet. Cæterum quæ liquore aliquo condîta, propter antiquitatem, flaccescunt, extergendi habent ea quæ in cute oriuntur uitia potentiam. Nucem uerò Ponticam, leptocaryon Græcè, Latinè auellanam nuncupant, ea frigidior est atque austera, cætera magnæ nucis æmula.

Caryophyllon.

Caryophyllon perinde quasi dicas nucifolium, neq; re, neq; essentia nomini respondet, uerùm ex India arboris cuispiã flores stipulæ faciem præferentes, nigri coloris, lõgitudine digitali sunt, fragrantes, acres, subamari, calorifici et exiccatorij quadantenus in tertio excessuũ ordine, quorum facie multiplex usus est cũ in † obsonijs, tũ in cæteris quibuscũq; medicamẽtis.

Cassamon.

Sunt qui fructum esse balsami cassamon autumant, de quo superius in balsami descriptione egimus

Cassia.

Cassia calidæ facultatis est ac siccæ, in tertio fermè ordine, partium impensè subtilium, acrimoniæ & adstrictionis modicæ particeps. Quapropter simul & incîdit & discutit, & robur instrumentis præterea indit: ducit supressos deniq; menses.

Castorium, Testes fibrorum.

Testiculus castoris, quod castorium est, cũ præpollente & eximia partium tenuitate calfacit & exiccat. Qua de causa præter alias operationes etiam neruorum ex plenitudine humorum prognatis affectionibus congruit, perfrigerata facilime recalfacit. Foris adhibitum atq; epotum, sic, ut nullam parti cuipiam noxam inferat, etiamsi tepidam homo perpetiatur febrim, qualis accidit in ueterno maximè, et alijs inexpugnabilis somniporib. Mouet præterea mẽses, et locos à partu morãtes expellit. In cerebri et pulmonis affectib. si quis suffitũ eius inspiratu hauriat, magnificè iuuat.

Caucalis

Caucalis.

Caucalis, sunt qui daucum syluestrem dicunt, calfacit uerò quemadmodum daucus, exiccat, & urinam trahit, saleq; ad repositionem conditur.

Cenchros, Milium.

Refrigerat quidem milium in distantia prima, arefacit in secunda, & subtilitatis possidet perexiguum, extrinsecus in sacculis excalfactum, & cataplasmatis modo impositum, exiccat.

Cedrus.

Cedrus alia quidem fruticosa, iunipero similis, alia arbor est. Vtræq; calidi & sicci temperamenti sunt, secundũ utrunq; tertij ordinis: Quæ inde emanat cedria (quo nomine cedri gaudet oleum) quartum quoque ordinem uidetur attingere, subtilium abunde partium, quo nomine mollẽ utiq; carnẽ prõptè et absq; omni dolore liquat, et putrefacit, durã uerò, atq; cadauerũ arefacit, et à corruptionibus asserit. Pediculos, lẽdes, tineas, scarades, & in auribus natos uermes interficit, aliaq; infinita designat.

Centaurium maius.

Grandioris cẽtaurij radix gustantibus acris, calida & stipticitatis terreæ particeps est: hinc menstruas mulierũ purgationes prouocat, fœtum uiuum corrumpit, enecat, mortuũ extrudit, uulnera glutinat, sanguinem excreantibus et alijs thoracis affectibus opitulatur. Centaurij minoris radix inutilis est, surculi citra mordacitatem potenter † desiccant, quapropter ad singula quæ maius centaurũ iuuat, accommodatæ sunt. Decoctum insuper eius in coxendicum uitijs infusum, bilioſum humorem expurgat. Nonnunquam & sanguinolenta, quum felicius iuuat.

Centaurium minus. calfaciunt

Cornu.

Cornu capræ & cornu cerui crematum, dentibus nitorem adfert, gingiuas humore fluidas contrahit. Cerui cornu uino læuigatum, deinde illitum, dentes uacillantes stabilit. Post uerò ustionem ablutum, dysenteriam, uentrales, sanguinis sputationes, & morbo regio oppressos, curat, si cochliariorũ duorũ pondere sumatur. Ocularibus inditur subinde collyrijs. Taurinum cornu cum aqua haustum, sanguinis eruptiones cohibet.

Cornu caprillum. Ceruinum. Taurinum.

Cerasia.

Ex cerasij: dulcia citius secedunt, Austera stomacho magis conferunt. Acida quippe, quoniam incidunt, inflammatis pariter & pituitosis stomachis conferunt. Gummi cerasi arboris, arterias exasperatas lenit calculis uexatos cum uino pota adiuuat.

Ceratonia.

Ceratonia, et fructus eius, ceratia appellata, arefaciendi et refrigeran

Gummi ceratorũ.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Cici, Ricinus.

Vt ricini fructus expurgandi, abstergendi, ac distrahendi facultatem obtinet, sic etiam ipsius folium: uerùm imbecillius, cæterum de oleo expositum est.

Cinnabaris.

Cinnabaris acres moderatè uireis & astrictionis nonnihil obtinet.

Cinnamomum.

Cinnamomum omnium maximè subtilißimis cõstat essentiæ partibus, neq; extremi caloris, sed ex tertio excessuum ordine: neq; sanè quicquam omnium quæ in calfaciendo eiusdem classis sunt, tantopere desiccat, ob illam extremam partiũ tenuitatem. Est præterea in cinnamomorum genere quodpiam ueluti debilius, quod pseudocinnamomum uocant aliqui.

Circea.

Circeæ radix calidæ temperaturæ est, et fragrantis odoris: quæ si cum uino potetur, fœminarum locos expurgat, semen eius in sorbitione sumptum lac procreat.

Cisseris, Pumex.

Pumex non solum potentia, sed scabritie etiam detergentis facultatis existit, atq; in primis dentium. Injicitur uerò medicaminibus quæ carne hulcera implent, & cutis uitia abstergunt. Quod si cremetur, essentiæ quidem subtilioris, sed mordax magis efficitur. Si abluatur, mordicationem exuit.

Cistos.

Cistos uel cissaros perexiguus est fruticulus, stipticus et leuiusculæ frigidatis. Folia eius fruticis & germina usqueadeò desiccant ut, & uulnera conglutinent. Flores uehementius arefaciunt, utpote in secundo quodam modo gradu consistentes. Intestinorum tormina & alias fluxiones humidas compescunt. Extrinsecus cataplasmate impacti, putridis hulceribus auxiliantur.

Cissos, Hedera.

Hedera ex oppositis facultatibus cõstat, habet enim adstringẽtis quippiam, refrigerãtis itẽ et acris gustu naturæ cũ calore, Aqueæ substantiæ, et tepidæ, quum uiridis est, compos, cuius fõlia cum uino elixa, uulnera conglutinant, adustionibus & lienosis conducunt. Liquor uerò hederæ medicamentum præstat errhinon, hoc est, quod naribus infusum, caput pituita euacuat, diuturnis aurium destillationibus resistit. Acrimoniæ plus habet ipsius lachryma, pediculos interficit atq; deglabrat. Errhina.

Citrium, Malum Punicum.

Citrij mali quod & Medicum appellant, medulla acido ſapore, uel ſine qualitate eſt, cuius ſemen in tertio abceſſu refrigerat & arefacit. Cortex inexiccando ſecundum ordinem attingit, nõ tamen ita refrigerat, acrimonia præditus. Caro ipſius craſſum humorem generat, et pituitã adauget, refrigerat. Semen diſtrahit pariter & exiccat ſecunda diſtantia, folia arboris ſiccam & diſijcientem præferunt potentiam.

Cichorium, Intybus ſyluatica

Cichoriũ uel picris ueluti ſylueſtris ſeris eſt, ex primo refrigerãtium & arefacientium ordine. Habet præterea ſtipticitatem quandam, qua de cauſa iocinoroſis confert dyſenterijs.

Clematitis.

Clematitis, quæ ab aliquibus daphnoides, à quibuſdam myrſinoides, ab alijs polygonoides, palmites habet prolixos, ad olochœni iunciue craſſitudinem, foliũ lauro figura et colore ſimile, arefacientis potentiæ. Fluores alui, quos διαῤῥοίας uocant, & inteſtinorũ tormina, & dentium cruciatus mitigat. Contra uenenatorũ morſus magna cũ utilitate imponitur.

Clematitis altera, Ambuxus.

Clematitis altera, arboribus, quemadmodũ ſmilax hedera circumfunditur, acrem atque adurẽtem habens facultatem. Fructus huius cum aqua potus, per inferiorem aluum pituitam bilioſumq; humorem deducit. Folia eius illita, lepras diſcutiunt.

Clinopodion.

Clinopodium excalfaciendi & arefaciendi uim obtinet, ſed nondum adurendi, uerùm in tertio fermè ordine.

Cnicus.

Cnici ſeminis non niſi ad purgationes uſus eſt: ſi quis extrinſecus adhibere uolet, tertij fuerit excalfacientium ordinis.

Conchylia.

Buccinis conſimilem facultatem habent conchylia.

Cœlia, Venter.

Ventrem mergi recens coctum, ſiue inueteratum & arefactum iuxtà prodeſſe ſtomacho ſi eſtur, aſſerunt, quemadmodum etiam de interiore uentris gallinarum tunicula ſiccata et pota perhibent: utrunq; tamen hoc mendacium eſſe GALENVS *facto periculo deprehendit. Tradit uerò ipſius quoq; Dioſcorides uentrem palumbi alitis modicè potum, per urinam calculos expellere. Muſtelæ uentriculus in potu ſumptus, aduuans amuletum, contra beſtias uenenatas eſſe putatur.*

Coccus

Coccus cnidius, Granum gnidium.

Granũ gnidium fructus est, non chamælææ, ut quidam autumauerunt, sed thymelææ, acris adurentisq; facultatis. Purgat aquam per inferna si potetur.

Coccus baphicus, Granum tinctorium

Granum infectorium quoniam citra erosionem desiccat, amplis uulneribus competit, & neruorum uulnerationibus cum aceto & oxymelite in leuorem contritum.

Coccymelea, Prunus.

Pruni fructus, aluũ recens quidem uehementius, minus uerò arefactus subducit. Prunorum decocto inflammationes gutturis & tonsillarum utiliter colluuntur. Gummi arboris incidendi & extenuandi potentia constat, quod cum uino potum, nonnullos calculos cõfringere, cum aceto uerò puerorum impetigines exterere perhibent. Syluestria uerò pruna acerbiora, & ad cohibẽdam aluum aptiora sunt. Appellatur autem hæc planta in Asia prumnum. Pruna porrò satiua assimilatur, his, quæ nunc Damascena dicuntur, ut GALENVS *asserit.* Pruna agrestia.

Colla, Cluten.

Gluten similagineum siue ex polline factum, meatus opplet, & maturandi uim possidet.

Colocynthe, Cucurbita.

Cucurbita humidi et frigidi in secũdo à tẽperatis absessu, tẽperamẽti est. Eoq; tota ritu cataplasmatis illita, feruidas refrigerat inflãmationes.

Colocynthis, Cucurbita syluestris.

Colocynthis purgatoriam facultatem oppidoquam ualidam possidet. Viridis ipsius liquor infricatus, coxendicum dolores adiuuat.

Comarus, Arbutus.

Arbutus arbor ipsa pariter cum fructu qualitatem acerbam obtinet. Memecylum autem hunc ipsum nominant. Non solum stomacho nocet, sed capitis etiam dolores inducit.

Commi, Gummi.

Gummi exiccatoriam habet naturam & emplasticam, atq; ob id nimirum asperitates medicatur.

Conia, Lixiuium.

Lixiuium ueluti cineris ablutio nominatur, abstersione & exiccatione reliquis omnibus antecellit, cum id quod ex ficulneorum lignorum, & quod ex tithymalli cinere conficitur, ut tantũ non iam septicæ, hoc est, putrefacientis sit potentiæ. Quod si calx etiam cineri adijciatur, deurens

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Stercus ouillum.

Fimus ouium cum aceto, uerrucis, quas formicas dicunt, & acrochordonibus, carnosarum partium abscessibus, quos Græci ἀκροχόρδονα *appellitant, & Clauis deniq; medetur.*

Stercus columbinum.

Stercus palumbinum plus acredinis quàm reliqua habens excrementa, cum nasturtij semine corpori applicatũ, cutẽ exhulceratione rubificat.

Stercus alitum domesticorum.

Merda uerò auium contubernalium (puta gallinacei, anseris, gallinæ) cum oxymelite, uel aceto, uel œnomelite hausta, suffocantes fungos uomitu eijcit, primióq; auxilij amuletum existit, nonnulli colicis potandum ministrabant.

Stercus ciconiarum.

Sunt qui ciconiarum excrementum non nisi recta ceruice spirantibus oppitulari potu asseuerant.

Stercus murinum.

Muscerda abstergendi maiorem uim obtinens, alopecijs subuenit, & puerorum ano applicatum, ad excretionem proritat.

Stercus sturni.

Fimus sturnorum, qui oryzam comederint, abstersoriæ facultatis tantæ efficitur, ut contractas uelut ex sole maculas, quas ἐφήλεις *Græci nominant, exterat.*

Stercus crocodilorum terrestrium, & Nilo degentium.

Fimus crocodilorum terrestrium impetigines, quos ἀκροὺς *Græci cognominant, exterit. Quemadmodũ Niliacorum albugines oculorũ extenuare creditur.*

Coralium.

Coralium lapidea quædam planta est, arboris nanque modo crescit, & in duritiẽ lapidis duratur: nõ in continente, sed in imò maris, colore rufo, lapidi simili, ualenter siccandi, & mediocriter constipandi uim obtinens. Quo quidem nomine sanguinem eiectantibus, & intestinorum torminibus pulchre conuenit.

Coris Cimex.

Cimices animalcula acris sunt potẽtiæ. Sunt qui hæc hirudines eijcere, si cum aceto potentur, literis prodiderunt.

Coris herba.

Coris herba, quã alij hypericon uocãt, acris est, boniq; odoris. Fructus eius potus, menses urinasq; prolicit, phalangiorum morsibus optitulatur. Opisthotonicis, hoc est, in scapulas rigentibus cum oleo illinitur.

Corianon,

Corianon, Corion, Coriandrum.

Corianum siue corion ex contrarijs constituitur facultatibus, subtilioris essentiæ cum terrestri quadam amaritate existit, & aquei humoris tepidi, habet etiam adstrictionis pauculum. Quamobrem inflammationibus, & ignitis cum phlegmone ruboribus non admodũ feruentibus succurrit. Teneriusculos quoq; tumores disijcit, adiecto quopiam huic muneri accõmodato. Seminis coriãdri uel momentũ cum passo arcendis lumbricis, præsenti cum remedio bibitur. Largius tamẽ sumptũ, mentem commouet.

Corydos, Alauda, siue Galerita.

Alauda, quam Græci corydon, uel corydalon uocant, auis elixa cum simplici iure, colicis cruciatibus subuenit. Profuerit autem assiduè et idem tidem ipso cum iure uesci.

Coronopus, id est, Cornicis pes.

Coronopodis quoq; radix coli dolores comesta sanare creditur.

Costus.

Costus pauculæ quidẽ amaritudinis, plurimæ uerò acrimoniæ, & calidæ qualitatis particeps est. Quapropter in quibus aliquam corporis partem calfacere, uel ex profundo in summã cutem humorem quempiam euellere instituimus, ad costum confugiendum est. Vrinam itaque ciet, & menstrua ducit, & lũbricos perimit. Habet uerò & flatuosi spiritus nonnihil, qua de causa, Venerem cum œnomelite potus stimulat. Coxendicum doloribus & resolutis, & circularibus cum tremore algoribus ex oleo infricatus congruit.

Cotyledon, Vmbicilius Veneris, Acetabulum.

Vmbilicus Veneris mixtæ facultatis, refrigerantis, repercutientis, abstergentis ue, & distrahentis est. Folia uerò eius cum radice comesta, capillos atterere, & lotium mouere creduntur.

Cochliæ, Limaces.

Cochliæ crematæ strenuam arefaciendi uim, calfaciendi mediocrem obtinent. Contra dysenteriam in qua, ulcera nondum putrescunt, pluscu-lum opis conferunt, si ad quatuor cochlearum partes miscueris, piperis albi partem unam, & gallarum partes duas. Sed quæ exustionis expertes sunt totæ in puluisculũ læuigatæ, et uentri impactæ in aqua subter cutem, et articulorũ in arthriticis cruciatibus, donec ultro deciderint, plurimum expediunt. Et funditus, uno uerbo, humorem quencũq; ualenter exiccant.

Crania, Cornus.

Corni arboris fructus, acerbus & uesculentus, aluum potenter compescit. Folia et surculi sua acerbitate impensius arefaciunt, ita quidẽ, ut gran-

dia

dia etiam uulnera durorum corporum conglutiment.

Crambe, Brassica.

Brassica quæ edẽdo est, exiccatoriæ facultatis est, non solum comesta, sed etiam extrinsecus imposita, non tamen acris manifestè. Vulnera ob id & hulcera conglutinat extreme malefica, tumores ad digerendum contumaces, curat. Habet uerò absterſionis nonnihil, qua lepræ medetur. Semen eius herbæ in potu sumptum, lumbricos interficit, & potissimum Aegyptiæ. Caulium crematorum cinis deurentis est potentiæ, cum adipe diuturnis laterum doloribus præsenti remedio succurrit. Brassica autem sylue stris ad omnia quàm hortensis potentior est. Hinc intro in corpus impune nõ sumitur. Brassica uerò marina, gustu subsalsa, et leuiter amara, uentri laxando efficax est.

Cratæogonos.

Cratæogoni herbæ fructus gustantibus acrimoniam præfert, estq; temperatura frigidus, milio consimilis.

Crethmon, Batis.

Crethmon unà cum exiguo amarore salsum quodammodo est, ideoq; uires abstergendi & arefaciendi possidet.

Crithe, Hordeum.

Hordeum calidũ & siccum habetur in ordine primo. Habet etiam quiddam absterſionis: lomento fabuli decorticato ad exiccandum aliquantulũ efficatius, flatuosum uerò minus existit. Polenta autem multo quàm hordeum impensius exiccat. Ptisana præter quod liberalius humectat, magis etiam absterſoria est.

Crimnon.

Quod in tritici & zeæ farina crassum & crassiorum partium est, Crimnon adpellari consueuit. Nutrit ualidius quàm polenta, renititur uerò cõcoctioni magis crimnon pulticula, πολτός *&* πολτάϊος *à Græcis nũcupata.*

Crinos, Lilium.

Lilij flos temperamentum habet compositum ex subtili partium, terreaq; essentia, & aquosa temperata. Quocirca oleum, quod ex eo cõficitur, distrahente et emolliente ui pollet, Muliebriumq; locorum inflãmationibus est idoneum. Radix & folia siccant, & detergunt, atq; discutiunt mediocriter, ideoq; ambustis proficiunt. Vulnerationi neruorum opitulatur cum oxymelite sumptus eorundem succus.

Crocodilium.

Crocodilij cum semen tum liquor facultatem calorificam, exiccatoriã, & digerentem possidet. Lotium itaq; pariter et menses proritant. Radix

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Cynos batus, Sentis canis, Rubus caninus.

Rubi canini fructus haud ſegniter aſtringit, folia uerò moderatè aſtringentia ſunt: Atqui uitandum eſt illud, quod in meditullio fructus eius lanæ præfert faciem, tanquam malo arteriam afficiens.

Cyparissus, Cupressus.

Cupreſſi arboris pilulæ & turiones exiccatoriam uim obtinent, citra euidentem tamen calorem: Ac proinde grandia admodum conglutinant in durioribus corporibus uulnera, & flaccidorum putreſcentiumq; hulcerum humiditates, in profundo latentes, ſine noxa tutoq; depaſcuntur & deſiccant, inteſtinalibusq; ramicibus ſuccurrunt.

Cyperus, Iuncus quadratus.

Iuncus odoratus angulosus, quem cyperum græcè appellant, calidus pariter & ſiccus temperamento eſt, abſque eroſione. Qua de re hulceribus quæ præminia humiditate ægre coaleſcũt, cicatricem mirabiliter inducit. Ad oris hulcera, prodeſt. Ineſt præterea cypero ſecandi quædam facultas, qua lapillos atterit, & lotia menſesq; prolicit.

Cypros.

Cypri arboris folia atq; uirgulta mixtã facultatẽ poſſident, diſcutiẽtem & ſtipticam, innoxie & citra eroſionẽ exiccatoriã. Qua propter decocto ipſorũ ambuſta cõſperſa fotaq; ſanãtur, aduerſus igneas etiam inflãmationes, & oris hulcera cõmanſa prodeſt. Lienoſis adhæc remedijs cõmiſcetur.

Cytisum

Cytiſi folia leuiuſculam diſcutiendi & tepidam facultatem obtinent, ſicuti etiam maluæ.

Conion, Cicuta.

Cicutam extremè refrigerantẽ habere potentiã omnibus perſpicuũ eſt.

Conos, pinus.

Coni quidem cum cortex tum folia uiribus pino ſunt ſimillima, acrimoniæ uerò plus efficaciæq; poſſident. Fructus autem quem ſtrobilon quidam nominant, ſi uiridis quidẽ ſit, habet cum humiditate amarorem quempiã & acredinẽ, ideoq; affectionib. pectoris purulentis, ad ſcreatus pulmonis facilè euocandos congruit. Eſculentus in aqua maceratus tantiſper dum omnem acrimoniam exuerit, temperatus minus mordax, et emplaſticus magis efficitur, et medicamentũ deniq; aſperitati leniendæ accõmodatiſſimũ.

QVAE INCHOANT À LITERA L.

Lagopos, Leporinus pes.

LAgopus deſiccantis eſt potentiæ, qua alui fluxiones non ſegniter exiccat.

Ladanum.

Ladanum ex ciſtho Cyprio frutice, quem ladana uocant, prouenit. Ca præ nanq; ipſum depaſcentes, pinguitudinem atq; ſuccũlentum ipſius herbæ, barbis & fœmoribus ſuis aufferunt. Collectum uerè ladanum medicamentum eſt calidum, ſecundum à temperatis exceſſum attingens, eſſentia ſubtili, moderatè emolliens, pariterq; diſtrahens & maturans. Proinde nihil mirum quod locellorum affectionibus peculiariter dedicatur. Præterhæc ſtipticitatis paululum continet, quocirca fluentes capillos retinet.

Lathyris.

Lathyris tithymalli ſpecies eſt, ſunt qui ſuccũ eius pariter cũ tithymalli lacte purgare affirmẽt. Semen uerò ſumma facultate purgatoria poũet.

Lapſane.

Lapſana comeſta uitioſum humorem generat, illita abſtergit aliquãtulum ac diſijcit.

Lapathon, Rumex.

Rumex moderate diſcutit. Rumex acidus, qui oxylapathũ uocatur præter digerentem uim, repercuſſoriam quandam facultatem ſortitus eſt. Semẽ rumicis, ſed potißimum acidi aſtringens, diarrhœis & dyſenterijs medetur. Contrario autem modo, diuorſiſq; uiribus quadantenus folia & ſemẽ inter ſe conſtant. Folia nanq; manducata aluum commouent, ſemen potum lubricam cohibet.

Limonium.

Limonij fructum utpote auſterum, cœliacis, et dyſentericis, et ſanguinem ſputo eiectantibus, hæmoptoicisq; cum uino exhibent ad fluxum item muliebrem acetabuli menſura.

Lichen, Herba.

Lichen herba ueluti muſcus eſt, petris adnaſcẽs, quæ abſtergit, moderatè refrigerat et exiccat. Impetigines curat, et inflammationes arcet, &, ut Dioſcorides tradit, ſanguinis eruptiones comprimit.

Lichenes caballorum.

Lichenes equorum læuigatos cum aceto, comitialem morbum, & omnium Venenatarum beſtiarum morſum ſanare perhibent.

Leontopetalon, Papauerculum.

Leontopetali radix ordine tertio deſiccat & calfacit, haliduq; digerit.

Lepidium.

Lepidium, quam & hiberida nuncupant, ex quarta calfacientium à tẽperatis diſtantia eſt, naſturtio uiribus præterquam quod minus eo deſiccat, proximum.

Lepis, Squama.

Squamarum omne genus potenter exiccatorium eſt, aſtrictorium item, & ſtrenue mordax. Sed æris ſquama non paulò maiorem arefaciendi uim obtinet, & ſubtiliorum magis eſt partium, habens nonnihil etiam rubiginis, præſerim ea quæ ex Cypriorum decutitur clauis, quam propter hoc Heletim tanquam clauarem uocitant. Squama autem ferri largius aſtringit & hac etiam magis ſtomomatis: qua de cauſſa ad extreme maligna hulcera præſtantior eſt. Carnem quoq; ualidius purgat & liquefacit. Squama æris. Squama ferri.

Leucacanthon, Spina alba.

Sunt qui leucacanthum polygonaton, neq; deſunt qui ichiada nuncupent. Eius plantulæ radix incidendi & arefaciendi facultatem habet in tertio ordine, excalfaciendi uerò in primo.

Leucas herba.

Leucas ex tertia quidem calfacientium et exiccantium claſſe cenſetur, ſed acriore qualitate redundanti præcellit.

Leucoion, Viola, uel Viola alba.

Violæ albæ, frutex uniuerſus extergit & tenui eſſentia conſtat, plus tamen flores, atquæ inter hos aridi impenſius. Idcirco menſes proritant, fœtum perimunt, & peremptum eijciunt. Verùm ſi quis eius uehementiã aquæ admixtione hebetauerit ad inflammationes etiam conferet, præcipuè uteri. Radices æqualis facultatis ſunt, niſi quatenus craſſiore, & magis terrenæ ſubſtantiæ. Cum aceto inflãmationibus ſcirrho induratis illitæ ſuccurrunt.

Leuce, Populus alba.

Populus alba, ex aquoſa, tepida, & terreſtri ſubſtantia conſtans: abſterſoriæ facultatis particeps eſt.

Libanotides, Roſmarinum.

Libanotides tres ſunt, ſterilis una, ferentes fructum duæ, omnes extergendi, incidendi, diſtrahendi, emolliendiq; uires obtinent. Quarum ſuccus melle mixtus, hebetibus ex humorũ craſſitudine oculis auxiliatur. Coronamentariæ uerò libanotidis decoctum ſuffuſos felle, potu adiuuat.

Libanotus, Thus.

Thus ordine ſecundo calfacit, primo deſicat. Habet autem minimum quiddam aſtrictionis. Cortex eius euidentius aſtringit, ſiccatq; in ſecundo à temperatis exceſſu exacte craſſioris ſubſtantiæ quàm thus, & minimè acrimoniæ compos. Vnde hæmoptoicis, dyſentericis, cœliacis, & ſtomachicis nõ modò foris applicatus, ſed intra corpus etiam ſumptus, remedio eſt. Ramus eius calfacit et exiccat tertia diſtantia. Ineſt partem ei detergentis

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

amuleto collo ſuſpenſus, ſed uel in annulo quoq; geſtatus: Iudaicus appellatur, renũ calculos diſſipat, qua de re τυκόλιθον eũ recentiores nuncupant.

Pyrites.

Pyrites ex eorum cenſu eſt, qui ſtrenue tumores, & ſanguinem in minimos globulos concretum diſijciunt. Qui ſi fortè in procinctu non ſit, molarem eius loco uſurpant.

Phrygius.

Phrygius cũ ualida qua præditus eſt ſiccãdi facultate, ſtipticitatis quippiam & mordicationis obtinet: quo quidẽ nomine repellit ac diſcutit, eoq; ocularijs miſcetur medicaminibus.

Ageratus.

Ageratus ſtipticam & diaphoreticam ſortitus potentiam, gutturis inflammationibus opitulatur.

Lapis Aſius.

Aſiæ petræ flos adeò ſubtilium eſt partium, ut flacceſcẽtes madore carnes citra eroſionem eliquet.

Gagates.

Gagates lapis admodum exiccatorius exiſtens, inflationibus diuturnis cumprimis accommodus eſt.

Magnites, Magnes.

Magnes, qui & Herculeus nuncupatur, lapis, conſimilem hæmatiti potentiam obtinet.

Arabius, & Alabaſtrites.

Arabius lapis ebori aſſimilis, arefacientem uim & repurgantem poſſidet. Alabaſtritæ cinerem nonnulli ſtomachicis, id eſt, cibum in ſtomacho nõ continentibus propinant. Alabaſtrites.

Smyris, & Lapilli Spongiæ.

Smyris abſtergentis eſt potentiæ, qua dentes exterit. Lapides qui in ſpongijs reperiuntur, renum lapillos confringunt. Lapides ſpõgiæ.

Lapides in Argeo Cappadociæ.

Viribus hiſce reſpondent lapides, qui in argæo Cappadociæ monte proueniunt.

Lapis Ophites.

Pari modo etiam ophites nomen obtinẽs adalligatus, cõtra uiperæ morſus utilis eſt.

Oſtracites, & Geodes.

Oſtracites, quod eſt, cruſtaceus & geodes à terreſtri, qua conſtat materia, nuncupatus, inſignem admodum arefaciendi uirtutem habere

habere ferunt, eoq; tumoribus inflammationem respiscentibus mederi

Naxias.

Naxiæ cotis scobem frigorifica ui pollere asserunt, quapropter virgi-
num mammas, & puerorum testiculos ne crescant nimium contrahit.

Olearea cotis.

Olearea autem cotis detrimentum, absterſorium quum sit, capillorum
defluuio, ex alopecia confert.

Lapis Hieracites & Indicus.

Lapis Hieracites et Indicus, alligati, sanguinem ex hæmorrhoidibus de-
stillantem compescunt.

Saphyrus.

Prodest contra scorpionum ictus saphyrus in potu sumptus.

Aphroselinos.

Aphroselinus comitialem morbum arcere creditur.

Armeniacus.

Armeniacus per inferna quidem aluum expurgat, sed perinfestus e
stomacho.

Lithospermon, Milium solis.

Lithospermon alij liosporon, alij uerò heraclion, Latini milium solis n
cupant, herbæ Aëtonychi (ab aquilarum unguibus appellationem sortita
semen est lapideum et candidum, quod cum uino albi coloris epotum, ren
& uesicæ lapides dissipat, & lotium prolicit.

Linospermon, Lini semen.

Lini semen caliditatis primum sortitum est ordinem, humiditatis et a
ditatis mediũ. Atqui comestũ flatus generat, etiamsi frigatur in sartagin

Linozostis, Mercurialis.

Sciendum est, quod exploratũ est semen mercurialis infricatum, corp
ris præter naturam excrescentias (quæ narphia uulgus ineruditum cogn
minat) demoliri. Semen autem uiride sit, necessum est, quo persæpe tube
cula cõfricentur. Mercuriali herbæ præcipua in deijcienda aluo uis est, se
illita, distrahendi facultatem exerit.

Litrum, Nitrum.

Litrum in medio aphonitri & salis uires obtinet. Crematũ multo sub
tiliorum partium, magisq; distrahentis potentiæ est. Intro in corpus si su
rit sumptum, crassos et tenaces humores incîdit & attenuat. Porrò acrim
niæ & aridit[illegible] plus alijs habet chalastreon, à Chalestra uico Thessalo
nicæ, ubi prouenit, id appellationis sortitũ. Quamobrem ad capitis dest
lationes, & ad articulorum cruciatus litro utuntur.

Lonchiti

Lonchitis, Venerea, Lanceola.

Lonchitidis herbæ cuius ſemen triquetrum, lãceæ cuſpidi ſimile eſt, radix ſylueſtri paſtinacæ, quam daucum nominant, æqualis, urinam mouet. Eius uerò quæ ſcolopendrio reſpondet uiridia folia, glutinant uulnera. Sic ea uerò cum aceto pota, induratis lienibus medentur.

Lycapſos, aliâs Lycopſis, Anchuſa.

Lycopſidis lycapſiúe radicem aſtringentis qualitatis eſſe, & illitam cum polenta, ſacris ignibus ſubuenire, tritamq; cum oleo inunctam, ſudores prolicere tradit Dioſcorides.

Lycion, Buxea ſpina.

Lycium ex oppoſitis genere ſubſtantijs cõſiſtit, alia quidem calida, tenuiumq; partibus, & diſtrahenti: alia terreſtri, gelida, & mediocriter aſtringente, adeò ut in ſecundo ab inculpata temperie exceſſu deſiccet. In calore uerò & frigiditate medijs adſcribitur. Ideoq; ratione abſtergendi ad diſcutiendas quæ oculis offunduntur tenebras, utuntur. Ratione uerò aſtringentis potentiæ, contra malum cœliacum, dyſenterias, hulcera extremæ maligna: ad inflãmationes deniq; propter uim diſtractoriam adhibent. Primas uerò tenet Indicum.

Lyſimachium.

Lyſimachium præpollentem habet aſtringendi uirtutem cuius ratione hulcera conglutinat, & ſanguinem, tum ipſa tum ſuccus ipſius reprimit. Pota ſubinde uel clyſtere immiſſa, dyſenteria laborantibus ſuccurrit.

Lychnis.

Lychnidis, cuius uſus corollis eſt accommodus, ſemen ſecundum excalfacientium ordinem ad unguem abſoluit.

Lotos herba.

Lotus ſatiua, quam aliqui triphyllon, hoc eſt, trifolium nuncupant, detergendi ui pollet, moderatè exiccat, caliditate temperata eſt. Lotos ſatiua.

Loti agreſtis ſemen calidum eſt, ordine à temperatis ſecundo: cæterum nonnihil interim habet abſterſorium. Syluestris.

Aegyptiæ ſemen præter hæc ad panificium aſſumitur. Aegyptia.

Lotus arbor.

Lotus arbor ex ſubtilibus cõſtat partibus, exiccat, et modicè aſtringit. Quapropter cũ uino uel aqua epota, ſeu etiã aluo iniecta ad mulierũ fluxiones, affectuſq; cœliacos accõmodatur, capillosq; defluẽtes corroborat.

QVAE INITIVM HABENT À LĪTERA M.

Macer.

Macer cortex eſt, qui ex India importatur. Arefacit quidem ſecundum ſiccantium ordinem tertium, in caliditate uerò & frigitate temperatus. Eſt inſuper cum tenuitate partium aſtringens. Cœ-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Melan graphomenon, Atramentū ſcriptorū, librariū.

Atramentum quoq; ſcriptorium arefaciendi uim non inſtrenuam ſortitum, in poſca contritum, ambuſtis illitum ſuccurrit celerrimè.

Melanthium, Nigella.

Melanthium calfacit & exiccat tertio à temperatis exceſſu, & eſt tenui eſſentia. Hac ratione deſtillationibus à capite in ſubiectas partes ſuccurrit. Intra corpus aſſumptū, flatus alijs acrius diſcutit. Habet præterea amaritudinem quandam quo lumbricos latos enecat, extergit, & incidit. Idcirco non niſi recta ceruice ſpiritum trahentibus competit, lepras exterit, formicas exterit, & menſes cit.

Mel.

Mel calfacit et arefacit abſceſſu ſecūdo, ſummaq; abſtergendi ui pollet. Coctum non adeò acre, abſterſoriumq; efficitur, ad aluum ercernendum proritat, ſed aliâs plurimum alimenti ſuggerit. Mel uerò amarum quemadmodum Sardoum, mixtæ facultatis eſt, terreæ nempè & calfactoriæ.

Sachar,

Mel etiam ſachar, quod ex felici Arabia inuehitur, nō tam dulce quàm noſtras eſt, ſed æqualeis uireis poſſidet, præter quod nec uentriculū lædit, nec ſitim conciliat, ueluti noſtrum.

Melia, Fraxinus.

Melia nobilis arbor, cuius folia pota uiperarū morſibus medentur. Cortex huius arboris crematus, atq; cum aqua inunctus, lepras eximit. Ligni uerò ramenta potu ſumpta, exitioſa feruntur.

Melilotum, Sertula campana.

Melilotum mixtæ facultatis eſt, aſtringit enim, diſcutit & maturat.

Meliſſophyllon, Citrago Apiaſtrum.

Citrago in omnibus marrubio conſimilem facultatem obtinet.

Memæcylos.

Memæcylus † corni arboris fructus ſuprà in litera C expoſitus eſt. arbuti

Meſpila.

Meſpila, quæ & tricocca dicuntur, acerbus admodum fructus eſt, & mix eſculentus, uentrem compeſcens. Germina & folia acerbiſſima ſunt.

Medion, Trifolium odoratum.

Medij herbæ radix diuerſam à ſemine facultatem ſortita eſt. Illa enimuerò auſtera eſt, & fluxus reprimit, ita ut fœminarum ex locorum deſtillatione fluxionem ſiſtat. Semen menſes concitat ſubtili nimirum eſſentiæ, & incidendi facultate præditum.

Mecon, Papauer, Papauer domesticum.

Plura sunt papauerum genera, uerùm hortensis, cui etiam thylacitis nomen inditum, semen esui idoneum: si cum panibus estur, moderatè somniferum est. Rheas uerò papauer eo quod semen ipsius celeriter defluat, cognominatum, uiolentius agit quàm domesticum: neutiquam igitur impunè priuatim manducatur, sed momentum largiori melle temperatum. Quod uerò calyce suo ueluti depresso & concauo atrum semen complecti tur, admodum medicamentosum & exquisite frigorificum est. Quod uerò proceriore & squalidiore calice præditum, omnium facilè medicatissimum est, usqueadeò ut stuporem usq; ad mortificationem inducat. Nam & ipsum & liquor eius, quem per hyperbolen & nimiam excellentiam opium cognominant, extremi infrigidantium ordinis est.

Papauer rhœas.

Opium.

Mecon ceratitis, Papauer corniculare.

Papauer corniculatum uim habet abstersoriam: qua de causa radicis eius decoctum potu, præsentaneo iocinorosis est remedio. Folia itidem floresq; sordida hulcera expurgant, & crustas detrahunt.

Mecon Heraclea, Papauer Herculeum.

Super hæc papauer quoq; Heracleum est, cui & aphrodes, hoc est, spumosum nomen est inditum, cuius semen pituitæ purgandæ natum.

Mela, Mala.

Malis omne genus humor excrementitius ac gelidus inest: cæterũ mollia & exoluta, & aquosa, frigidiora & humidiora sunt cæteris. Dulcia, aquosa quidem, sed obscurius frigida. Austera, dulcibus quidem frigidiora, sed minus humida. Acida, et ipsa quidem naturæ frigorificæ, sed impactos uentri humores incîdũt. Acerba, ueluti cydonia, & mala struthia, gelidam & terrestrem temperiem sortiti, aluũ cohibent, uulnera glutinant. Pariquoq; modo folia, succi, corticesq; arborum inter se discrepant.

Melea Persicæ, Malus Persica.

Mali Persicæ ramuli, germina & folia uincentem habent qualitatem amaram lumbricos: idcirco læuigata, umbilicoq; impacta, perimunt. Fructus porrò ipsius, nempè hoc quod edendo est persicum, humidius & frigidius secundo àtemperatis gradu existit.

Melea Armeniace, Malus Armeniaca.

Mali Armeniacæ fructus, quem hac ætate prococcia indigitãt, eandem cum pomis Persicis facultatem repræsentat.

Meon, Meu.

Mei radices calidæ sunt tertio ordine, aridæ uerò secundo. Quocirca lotium mensesq; proritant. At si plusculum sumpseris, caput tentant.

Milax.

Milax.

Milax non modò leuis, uerumetiam aſpera, arboribus ſuſq; deq; circũ uoluta, calidæ & acioris eſt potentiæ

Miſy.

Miſy ex eorum medicaminum cenſu eſt, quæ cum ualida adſtrictione cruſtam inducunt, atq; deurunt, minus tamen quàm chalcitis, ſubtilitatis beneficio erodit. Porrò chalcitim & ſory GALENVS *tradit uetuſtate in miſy permutari, à ſuperfice ſtatim inchoante mutatione.*

Molybdena, Plumbago,

Plumbago, ſpumæ argenti uiribus reſpondet, digreſſa à media temperie ad frigidius pauxillum declinat.

Molybdos, Plumbum.

Plumbum argentis eſt potentiæ, multam uerò habet ſubſtantiam humidam à frigore congelatam. Quocirca ſi triueris in pila plumbum uel cum uino, uel cum oleo ex immaturis oleis expreſſo, aut quopiam alio ſucco frigorifico, ad hulceratas pudendorũ, ſedisq; inflammationes, præſtantiſſimum erit remedium. Lamina, adhæc plumbacea lumbis geſtata Veneris inſomnia arcet. Quin & glandulas neruorum, quas ganglia appellant, tenuis plumbi bracteа impoſita diſſipat. Plumbum crematum ſiccius eſt, & habet nonnihil acrimoniæ. Vbi lotũ fuerit, citra morſum exiccatorium, & hulceribus extreme malignis, præſentiſſimũ eſt remedium.

Morea, Morus.

Mori fructus maturus quidem, alui deiectionem molitur. Ad medicamenta quæ ab ore † ſtomatica dicuntur, & ad alia, quæ mediocri aſtrictione egent, accommodus eſt. Immaturus uerò quum aruerit, medicamentum præſtat admodum aſtrictorium. Radicis arboris cortex, quadãtenus amareſtens purgandi uiribus exuperat, ac proinde latos etiam lumbricos enecat. Folia ac germina mediam quodammodo ſubducentium & retinentium facultatem obtinent.

† ſtomachici

Myagros.

Myagri ſemen pinguè eſt, quod uerò in ſe complectitur oleaginum, opplendi præfert potentiam.

Myaces, Mituli, Murices.

Mituli piſces cremati, buccinis præſtant eadem. Peculiariter uerò eloti, ſcabricem palpebrarum, oculorumq; albugines cum melle exterunt. Caro ipſorum canum morſibus impoſita, auxiliaris eſt.

Myaros herba.

Myaron, quam aliqui melampycnon uocitant, herba ſurculacea eſt, &

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

tiæ: Quare crassos, uiscidosq; humores incîdit ac discutit, lotiaq; prolicit.

QVAE AVSPICANTVR À LITERA N.

†Nascaphthon. Naocanthon

NAscaphthon, alij nacaphthon uocant, odoramentũ est Indicũ, aduersus constrictiones muliebrium locorũ, ad suffitus uaporatur.

Napy, Sinapi.

Napy calfaciendo & arefaciendo in quartum usq; recessum peruenit.

Nardustachys, Spica nardi

Nardi spicæ radix excalfacit excessu à medijs primo, desiccat secundo: habet autem & astringentis quiddam substantiæ, cum acrimonia nõnulla, et amaritudine leuiuscula: Eamq; ob causam iocinori & stomacho cõuenit. Foris porrò adhibita, uel intra corpus sumpta, lotium proritat, uentris & intestinorum fluxiones compescit. Efficacior est nardus Indica, quàm Syriaca & nigrior.

Nardus Celtica, hoc est, Gallica.

Nardus Gallica, uires prædictæ congeneres sortita est, ad cuncta tamẽ debiliores, præterquam ad ciendum lotium. Calore enim potentiore insigni, inualida uerò astrictione donata est.

Nardus orea, Nardus montana.

Nardus, quæ in montibus prouenit, thylatitis etiam & pyritis nuncupata, uiribus memoratis est inferior.

Narthex, Ferula.

Ferulæ semẽ attenuãdi calfaciẽdiq; uim obtinet. Medulla uerò ipsius interior, adhuc astrictoriæ qualitatis particeps est: Ideoq; sanguinẽ excreãtib. et his qui diutina stomachi infirmitate, alui fluoribus uexãtur, remedio est.

Narce thalassia, Torpedo marina.

Torpedo marina uiuens adhuc, dolẽtibus capite adhibita, dolorẽ ipsius sopit, eodem illo uidelicet torpore, quo membra hominis solo contactu torpescunt. Oleum in quo uiua torpedo elixata est, acriores articulorum cruciatus illitum lenit. Sedem præterea procidentem coërcere hanc torpedinẽ appositu asserunt.

Narcissus, Bulbus uomitorius.

Narcissi radix tantum exiccat, ut uulnera etiam grandia conglutinet, uel ad præcisiones usq; tendinũ. Habet et abstergendi et euocandi quippiã.

Neuras, Poterium.

Neuras, aliqui poterium nuncupant, uim arefaciendi citra erosionem tantam obtinet, ut præcisis neruis glutinandis sufficiat. Cæterum radices eadem potissimum efficatia regnant, cum impositæ, tum in potu sumptæ.

Neurium

Nerium, aut Rhododaphne.

Nerium uel rhododaphne foris illitum, distrahit, intra uerò corpus sumi letale est.

Nymphæa, Nenuphar.

Nymphæa alba.

Nymphæa desiccantis est potentiæ absq; morsu. Ventris itaq; fluores reprimit, semenq; desiccat. Verùm candida radice prædita, ualentior est, adeò ut muliebri quoq; medeatur profluuio, si cum uino nigro et austero potetur. Cui uerò atri coloris radix est, habet ea quiddam abstersorium, ac proinde uitiligines, quos ἀλφοὺς Græci uocãt, aqua admixta exterit. Capillorum defluuia, illita cum pice liquida, resarcit.

QVAE INCIPIVNT À LITERA X.

Xanthion, Lappa.

Xanthion uel phasganion semen gerit distrahendi facultate præditum.

Xiris, Iris sylueſtris, Gladiolus ue.

Xiris, siue xyris cum tenuitate partium, distrahendi euellendiq;, et nimirum exiccandi facultatem obtinet, præsertim semen, quod et lotium cire, & lienem induratum sanare potis est.

Xiphion, Gladiolus.

Gladioli radix attrahendi, disijciendi, et exiccandi uiribus donata est.

QVAE ORDIVNTVR À LITERA O.

Oĕ, Sorbus.

Sorbus arbor, cuius fructus ὄα, à quibusdam οὖα, hoc est, sorba nuncupantur, astrictioria quidem facultate, sed imbecilliore mespilo est prædita.

Othonna.

Othonna alij herbæ cuiuspiam succum esse affirmant, nasciq; in Arabia ad Aegyptum: alij lapidem Aegyptiũ esse credunt. Habet uirtutem abstergendi & erodendi cuncta quæ oculis tenebras offundunt, et aciei officiunt, exterens.

Oenanthe, Labruscæ flos.

Labruscæ floris, quem œnanthem uocãt, multiplex usus est, siquidẽ potenter astringit, uentriculoq; & aluo comprimis robur indit. Cæterũ Dioscorides aliam huic potestate contrariam describit œnanthen, eoq; secundas eijcere, & urinæ stillicidio, morboq; regio mederi asserit.

Oenos, Vinum.

Vinum calidum est et siccum, in secundo excessuum ordine, sed ualde antiquum in tertio, mustum uerò in primo.

Oesypus,

Oesypus, Lana succida.

De lana succida in sermone de lanis explicatum est.

Olynthi, Grossi.

Grossi acrem habent & distrahentem potentiam, ratione succi quem in se continent. Qua de re elixi, duros tumores dissipant, crudi uerò formicas & thymos expungunt.

Olostium.

Olostium cum astrictione exiccatoria est, quo nomine medēdis ruptis eo utuntur.

Omphacion, ex acerbis uuis succus.

Omphacion succus est ex immaturis uuis expressus, insigniter astringens, & in tertio excessu desiccans. Quamobrem affectibus cum fluxione coniunctis, præsertim stomacho cibum non continenti, succurrit.

Onagra.

Onagran, sunt qui onotheran, & qui onothurim appellant, frutex est arboroſus, cuius radix illita immania hulcera mitigat.

Onoma seu Onosma.

Onoma, uel onomis, uel phlomitis, uel ononis, acris et amara est. Quare folia eius è uino pota, fœtus in utero interficiunt & expellunt.

Onobrychis, Opaca.

Onobrychis rarificæ & discussoriæ facultatis est. Panos itaq; disijcit, stillicidijs urinæ medetur, & sudores elicit.

Oni, Millipedæ, seu Multipedæ aselli.

Millipedæ quæ in humetis degunt & tactæ, in gyrum se conuoluunt, distrahendi & arefaciendi uires obtinent. Quocirca cum uino potæ, micționis angustiæ & morbo regio opitulantur. Angina uexatis cum melle illiniuntur. Cum roſaceo tritæ, & calfactæ in cortice mali Punici, contra aurium dolores instillantur.

Onyches, Conchulæ Indicæ.

Onyches testæ sunt conchularum Indicarum, quæ suffitu adhibitæ, præfocatione uteri concidentes fœminas excitant, pariter & morbo comitiali oppressos. Potæ uerò uentrem turbant.

Ononis.

Ononis radix in calfaciendo tertij quodammodo ordinis est. Cortex eius repurgat & dissecat: quo nomine calculos comminuit.

Oxos Acetum.

Acetum mixta refrigerandi pariter & calfaciendi potestate præditum, utrinq; tenuibus constat partibus. Vincit autem caliditatem frigidi-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Osyris.

Osyris herba (ex qua scopulæ nectuntur aut smegmata, quæ coremata dicuntur) amara: obstructiones iocinoris expediens.

Ossa.

Ossa cremata uehementiorem habent digerendi, exiccandiq; potentiã, in primis uerò quorundam sententia, humana. Talum quippe sutilium combustum, inflationibus & strophis mederi asserunt. Si quis ossa deusta propinat, comitiali morbo & articulorũ doloribus medetur. Sunt qui talum bubulum crematum labefactatos dentes constabilire affirment: Cũ melle uerò sumptus, rotundos lumbricos profligit. Adiecto oxymelite liquem induratũ liquat. Leucis illitu prodest. In Venerem excitat. Fœmora bouis cremata, inq; potu assumpta, sanguinis eruptiones, & cætera quoque alui profluuia reprimunt. Talus sutillus.

Ostraca, Testæ.

Testæ ex fornacibus læuigatæ, siccificam & absterſoriam uim obtinent. Quocirca dentes exterunt, illitæ cũ aceto, pruriginibus, & quæ pustulis, quæ Græce exanthemata dicuntur, & misera pedum ualetudine laborantibus opitulatur. Cum cerato strumas, abolet.

Ostrea.

Ostreorum testa cremata congenerem habet cum buccinorum testis effectum, subtilioris tamen est essentiæ, fœdas itaq; faciei lituras exterit, dentes dealbat. Eadem si lauetur, mordacitatem amittit, humida hulcera carne implet taq; ad cicatricem perducit.

Οὖρον, Lotium.

Vrina quælibet temperamento calida est, & acris. Atqui humana omnium cæterorum animaliũ, præterquam maialium, imbecillior existit, ualentius uerò abstergit cuius potu in peste quidã usi, mortem euaserunt. Lepris præterea & putredini obnoxijs fœtidisq; capitis hulceribus, quæ achoras dicunt, furfuribusq; medetur. Pedum attritibus nondum inflammatis opitulatur. Cæterũ urina impubis puelli, omniũ primas efficatia tenet ex qua etiam chrysocolla cõficitur. Vrina mulorum morbo articulari mederi cõuenit. Lotiũ caprinum, atq; chamelorũ uentrem subducit. Qua ratione aqua inter cutem laborantibus potui præbetur. Vrina hominis. Vrina muri. Caprarum. Chameli.

QVAE INCHOANT À LITERA P.

Pancration.

Pancratium scyllæ imaginem refert acuires, præterquam quod ad omnia imbecillioris est effectus.

Paliurus.

Paliuri cũ folia tũ radix astrictionem habent, qua alui fluores sistunt, & panos non admodũ calentes discutiunt. Fructus insuper tantam habet dissecandi uim, ut lapillos atterat, & pectoris excreationibus subueniat.

Panax Herculeum.

Panax Herculeus unde liquor opopanax appellatus conficitur, tertij calfacientium excessus, exiccantium secundi, emolliendi distrahendiq; facultatem obtinet. Radicis uerò cortex succo uiribus inferior est: habet abstersorium quiddam, & carnem procreat. Fructus mensibus proritandis idoneus est.

Panaces Asclepion, & Chironion.

Panaces Asclepium, atq; Chironium prædicto calidiora sunt: quapropter floribus eius & semine medendis hulceribus extreme malignis, & ad panos utuntur.

Papyrus.

Papyrus non cõbusta materia quædam est, cremata arefaciendi uim habet, quemadmodũ & charta deusta. Sed papyri cinis uiribus inferior est.

Paronychia, Vnguinalis herba.

Paronychia herba ab effectu nomen sortita est, quod reduuijs quæ ad unguis radices coiunt & paronychiæ dicuntur remedio sit. Facultas eius est tenuis essentiæ, exiccatoria, & mordere nescia.

Pentaphyllos, Quinquefolium.

Quinquefolium in tertio à medijs excessu desiccat, minimè acre, ob eamq; causam multiplicis admodum usus est.

Peplos herba.

Peplon, alij papauer spumosum appellant, & hic fruticulus succũ obtinet, atq; tithymallorum modo expurgat.

Peplion.

Peplion, & hæc quoq; plantula succũ possidet, prouenitq; magna ex parte maritimis locis. Cætera quidem superuacua, semẽ uerò eius feruens, haud aliter quàm pepli semen expurgans.

Peperi, Piper.

Piperis radix uiribus costo assimilatur: cæterum fructus arboris recẽs
Piper longum. *suppullulantis, piper longum est: ualenter cum calidum, tum humidum. Qui uerò ueluti omphax, fructus quidem acerbus est, piper albũ dicitur, atro acrius: nam illud iam quasi superassatum uires quodammodo nimia torrefactione exhaustas habet, ambo autem excalfaciendiq; uim obtinẽt.*

Pepon, Caro cucumeris.

Pepon abstergẽdi ui pollet, quãobrẽ eius ueluti caro discolores ceu à so-

le

le contractas maculas atq; consimilia cutis uitia exterit, semen renes obturatos obstructione uindicat.

Periclymenon, Inuolucrum maius, Syluæ mater.

Syluæ matris tum semen, tum folia incidentis pariter & calfacientis sunt potentiæ, tantæ quidem, ut † quadraginta diebus pota, lotium cruentum proliciant, semen desiccent, lienosis & ægrè spirantibus quadraginta diebus pota, salutaris est. † quatuor

Peristereon, Verbenaca.

Verbenaca hactenus arefacit, astringit, ut uulnera conglinet, & sanguinis eruptiones sistat.

Persæa Persica.

Persæa arbor est Aegyptia, cuius folia desiccandi & constipandi uim obtinent, ideoq; sanguinis eruptiones compescant.

Petasites.

Petasites tertij in arefaciẽdo ordinis est, quo fit, ut aduersus cacoëthe, & hulcera phagedænica tantoperè usus eius commendetur.

Petroselinum.

Petroselini semen calfaciendo & exiccando in tertio censeri ordine promeretur, unà cum incidendi effectu: inde menstrua & lotia copiose promouet, & flatus discutit.

Peucedanum.

Peucedani succum & liquorem potenter calorificum, disijcientem & attenuantem usurpamus. Odorata nanq; & in potione interius sumpta, iuxtà affectibus pulmonũ ac pectoris, ex crassitudine & tenacitate humorum prouenientibus, prodesse creduntur. Porrò lienes induratos soluũt. Dentium perforatorum cruciatus, cauitati exesæ impositus liquor extemplo sopit, affectibus neruorum congruit. Radix cum adhæc, tum ad squamulas ossium abscindendas utilis est. Hulceribus dolosis & malignis oppitulatur. Excalfaciens & desiccans gradu tertio.

Peuce, Picea, teda.

Picea cũ pino similem quidem, sed temperatiorem facultatem sortitur.

Peganon, Ruta.

Ruta syluestris quarto ordine calfacit et exiccat, hortẽsis tertio. Crassos tenacesq; humores dissecat & disijcit, lotia ducit, attenuat, & flatus extrudit. Hinc Veneris impetum cohibet.

Pissa, Pix.

Pix arida distantia à temperatis secũda desiccat, minus calfacit. In liquida econtrario calor siccitati præstat, habet & nõnullam abstergendi,

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Polium.

Polium minus, quo utimur ad antidota, in tertia eſt calfacientiũ & are facientium cenſu. Laxat igitur ab obſtructione inteſtina omnia, lotium et menſtrua trahit, grandia conglutinat uulnera uirens, aridum uerò rebelli bus inſperſum hulceribus ſubuenit.

Polygalon.

Polygalon modicè auſtera habet fõlia, potum, lac procreare uidetur. Temperamentum itaq; in eo imperat calidum & humidum.

Polygonaton.

Polyganotum multiplici facultate à natura donatum eſt, aſtrictione, acrimento, amaritudine, & inſuauitate quadam faſtidioſa, explicatu difficili, unde nõ admodum ad multa eſt uſui, præterquam quod radicem eius nonnulli uulneribus illinunt, & faciei neuos eadem detergunt.

Polygonon, Sanguinalis, & Sanguinaria.

Sanguinalis habet quiddam aſtringens ſed uincit in eo aquea frigiditas, in exceſſu à mediocribus ſecundo. Quamobrem flagrãtes effreni æſtu ſtomachos, gelida foris inſperſa adiuuat, quemadmodum & ſacros ignes, & feruentes inflammation es omnes lenit, quuḿque eiuſmodi exiſtat, Profluuia retundit, ideoq; ſiccifica eſſe uidetur, Antecellit autem in omnibus fœminam mas efficatia.

Policnemon, Putealogonthria.

Polycnemum calfacit et deſiccat in ſecundaria diſtãtia, proinde ipſum quoq; uulnera conglutinat.

Polypodium, Filicula.

Polypodium citra mordacitatem impenſius deſiccat, potu hauſtũ purgat per inferna.

Pompholyx, Bulla, Spodium, Cinerula.

Pompholyx arefacit abſq; eroſine, itaq; carnoſis atq; alijs omnib. extremè maliginis hulceribus ſuccurrit. Inditur etiam collyrijs ocularibus.

Porphyræ, Purpuræ.

Purpuræ crematæ æqualem habent oſtracis potentiam, cæterum teſtæ ipſarum in oleo decoctæ, capillos fluentes conſeruant, ſed cum aceto ſumptæ lienes turgentes ſanãt. Eædem ſuffitæ, mulieres ex uteri ſtrãgulatione concidentes excitant, ſecundasq; expellunt.

Poramogiton, Fontinalis herba, Betæ folium.

Fontinalis herba, quam Græcè potamogetona uocant, refrigerat & adſtringit proximè ſanguinali, cui uiribus reſpondet.

Poterrhion.

Poterrhion, Poterium, Neuras.

Poterij quod phrœnion quidam uocant, fruticis radices conciſæ, neruorum præciſiones & uulnera illitæ conglutinant. Quinetiam potũ herbæ eius decoctum, neruorum reliquas affectiones adiuuat.

Praſion, Marrubium.

Marrubium calefacit, ordine ſecũdo, ſed exiccat amplius, iocinoris et lienis obſtructiones aperit, thoracem & pulmonem expurgat, menſesq; prouocat. Illitum abeſtrgit ac digerit. Alioqui primaria detergendi et diſſecandi facultate præditum.

Praſon, Porrum.

Porrum prauum ſuccum generat, et acrimoniam poßidet, ut autor eſt Dioſcorides, grauia parit inſomnia, aluo accommodatur, urinam ciet, & attenuat. Habet præterea nonnihil abſterſoriũ, quo pectoris uitia per excreationes emendat. Semen eius ptiſana decoctum, renũ inditur remedijs. Folia quadam ſunt aſtrictione donata. Quaratione expreſſus eorum liquor, ſanguinem erumpentem reprimit.

Prinus, Ilex.

Prinus congeneres quercui uires obtinet, multo tamen eſt ualentior.

Propolis.

Propolis efficaciter calfaciendo tertiũ ſortita eſt ordinem, abſtergit ac leniter habet ſubſtantiã in ſe tenuem, & meatus obturatione aſſerentem.

Ptarmicæ, Sternutamentaria.

Ptarmicæ herbæ fõlia ſtertanumenta proritant. Vniuerſus uerò fruticulus uirens, ſugillata, liuoresq; alios diſijcit. Eſt etenim calorificæ & exiccatoriæ facultatis: Viridis quidem in ſecunda, deſiccata uerò in tertia diſtantia.

Ptelea, Vlmus.

Vlmus exiccantem & abſterſoriã uim obtinet, quo fit, ut uulnera conglutinet. Multo uerò amplius cortex, ſi recens faſtiolæ modo uulneribus circumligetur. Lepram cum aceto exterit. Radices eadem poteſtate regnãt, quarũ decocto fracturæ, quæ tophacia egent ſubſtantia fouẽdæ ſunt.

Pteris, Filix,

Filix exiccatoriam uim & amaram præfert. Propterea fœtus in utero interficit, & latos lumbricos enecat, quatuor drachmarum pondere in mulſa ſumpta, quoniam autem paulum habet aſtrictionis, hulceribus illita, ſine eroſione exiccat.

Pycnocomon.

Pycnocomum diſtrahentis & acris eſt potentiæ, proinde fõlia ipſius

panos

panos & furunculos discutiunt. Semen ad hæc corpori infixa extrahit. Radix flauam bilem exhaurit.

Pyrethrum, Saliuaris.

Pyrethri radix deurentem uim sortita est, qua dentium perfrigeratorum cruciatus lenit, & in febrium cum tremore algoribus sub accessionis circuitum cum oleo infricatur, stupidos etiam ac resolutos iuuat.

Pyros, Triticum.

Triticum primi est excalfacientium ordinis, nulla exiccandi aut humectandi insigni potestate, glutinosi etiam lentoris, et obstructiones nonnihil sortitum est.

Pityæ, Coagula aliquot animalium.

Coagulum quoduis acrem, attenuantem, discutientem, et nimirum exiccatoriam quoq; facultatem habet. Leporinũ uerò, comitialibus succurrere, si cum aceto potetur, traditum est memoriæ, & fœminarum fluxioni medetur. Lac in uentre grumosum soluit cõsimiliter & sanguinolentas pectore excreationes compescere affirmant. De equino autem coagulo literis mandarunt, cœliacis, intestinorumq; torminibus ipsum succurrere, Phocæ pares castorio uires obtinere.

Coagulum leporinum

Coagulum equi.

Phocæ coagulum.

QVAE AVSPICANTVR À LITERA R.

Rhacos, Pannus, Fragmentum uestis attritæ, paniculum.

Reijcula quælibet (aut si mauis pannus) combusta, lanea, pares lanæ crematæ ex qua texitur uires posidet. Linteum uerò dum crematur tenuis essentiæ fumũ exhalat, ut destillationes à capite in subiectas partes digerat ac dissipet, & muliebriũ locorũ recursui ad superna auxilietur: iam panniculus quilibet combustus proximam lanæ facultatẽ obtinet.

Rhamnus, Spina alba.

Rhamnus arefacit, distantia secunda, refrigerat in prima. Qua ratione herpetes cum ignibus sacris non admodum feruentibus curat. Cæterum tenerorum eius foliorum usus adhæc commendatur.

Raphanos, Radicula.

Rhaphanus tertio gradu calefacit, secundo exiccat: syluestris autem in utroq; efficacior est. Amborum semen, planta ualentius est: sugillata, igitur & cæteros liuores discutit.

Rheum, Rha pontica.

Rheum nonnulli rhã nuncupant, constat terrena, frigida, subtiliumq; partium essentia, aërea item calida & leuiter acri. Quamobrem conuulsionibus, fracturis & orthopnœæ auxiliatur, liuores, quod digerendi uim

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

QVAE INCHOANT À LITERA S.

Sagapenum.

SAgapenum ceu liquor eſt ferulæ, calidus & ſubtilis eſſentiæ. Habet autem aliquid abſterſorium, quo oculorum cicatrices exterit, ſuffuſionibuſq; eorum accommodatur.

Salamandra.

Salamandræ combuſtæ cinerẽ nõnulli medicaminibus ſepticis, hoc eſt, putredinẽ inducẽtibus, & quibus lepræ, ac ſcabiei ſuccurritur, admiſcent.

Samſychon, Maiorana.

Maiorana caliaciẽdi & areſaciẽdi uim habet in tertio exceſſu. Conſtat ex tenuitate partium, & diſtrahente potentia.

Sandaracha.

Sandaracha deurentem, perinde atq; auripigmentũ, facultatẽ obtinet.

Sandix.

Sandix uel Siricum tenuium eſt partium, & temperaturæ exiccatoriæ nondum tamen excalfacientis.

Saprotes xylωn, Caries lignorum.

Caries lignorum, potiſſimè quæ aſtrictionis particeps eſt, ueluti ulmus, humida expurgat hulcera, & carne implet.

Sapon, Sapo.

Sapon abſterſoria facultate prædita eſt.

Sarcocolla.

Arboris in Perſide naſcẽtis lachryma ſarcocolla eſt, quæ uim et naturã habet opplẽdi, citra eroſionẽ deſiccãdi, atq; ob id uulnera cõglutinare potis eſt.

Saxiphrages, Saxifraga.

Saxifraga urinam prolicit & calculos diſſipat.

Satyrion, Triphyllon. Trifolium.

Satyrium, uel ut alij nuncupant trifolium, temperaturam habet humidam & calidam, et ſpirituoſum eſt. Quamobrem ad Venerem incitat. Tradunt aliqui idipſum cum uino aſtringente hauſtum, non niſi recta ceruice ſpirantibus ſuccurrere. GALENVS *libro de Theriaca, triphyllum inquit, hyacintho ſimile eſt, aëre prægnans & intumeſcens, ſemen habet ſylueſtri cnico ſimile: Elixæ huius herbæ decoctum phalangij aut uiperæ morſui, ſi eo foueatur, opitulari. Sano autem eadem potio exhibita, conſimilem affectum his, qui ab aliquo horum demorſi ſunt, inducit.*

Saura, Lacerta.

De lacertæ iocinore ac capite, ſuo explicatũ eſt loco, uniuerſa autem diſſpalata & impoſita, ſcorpionis ictibus remedio eſt.

Selinon, Apium.

Apium tanto calore prædituũ eſt, ut lotia, muliebresq; purgationes prouocet, flatulentos ſpiritus extinguat, atq; ſemen potiſſimum.

Seris, Cichorium.

Seris holus ſubamarum eſt, frigidi admodũ ac humidi temperamenti, ſed aſtrictoriæ quoq; qualitatis eſt particeps.

Seriphum.

Seriphum calfaciendi in ſecundo exceſſu, arefaciendi in primo facultate præditum eſt, abſinthio reſpondens, præterquam quod nõ æque ut illud acerbeſcit & aſtringit, impenſiusq; calfacit, & lumbricos interficit. Stomacho nonnihil infeſta.

Seſeli.

Seſelis cum radix, tum & maximè quidem, fructus tanta cum partiũ, quibus conflata eſt, ſubtilitate ui calfactoria pollet, ut urinam cieat, aduerſum comitialem morbum & orthopnœam opem confert.

Sepiæ teſta.

Sepiæ teſta conſimili quidem oſtreo prædita eſt potentia, ſed tenuioribus conſtans partibus, abſtergens. Qua de cauſa ſi cremetur cum ſale foſſili, oculorum ungues extenuat. Inuſta uerò & infricata ficoſim exterit, & cutis uitia labesq; detergit.

Seſamoides.

Seſamoidis candidi ſemẽ, calfaciendo, abſtergẽdo, rũpendoq; triũphat.

Seſamum.

Seſamum pinguitudinis pluſculum, uiſcoſiq; lentoris non parũ cõtinet. Eam ob rem opplendi, emolliendi, & calfaciendi non in ſummo uirtutem obtinet.

Seps, Lacerta chalcidica.

Seps, quam aliqui lacertam chalcidicam appellauerunt, in uino bibita, à ſe illatis mordicibus ſuccurit.

Sialon, Saliua.

Saliua hominis ieiuni potenter diſtrahit, ſeu diſſipat et abſtergit. Quo circa infantium impetigines illita exterit, furunculos concoquit, cum tritico nimirum ore præmanſo impoſita, ſugillata abolet: homicidisq; feris omnium aduerſiſſimum eſt.

Sideritis.

Sideritis Heraclea, quæ & helxine dicitur, explicata eſt. Sed Achillea ſideris ſuperiori uiribus eſt non diſſimilibus, niſi quod aſtrictione exuperat: Idcirco fluidis adfectionibus oppidoquam competit.

Sideros

Sideros, Ferrum.

Ferrum aqua sæpenumero extinctum, insignem suam uim siccificam in ea deponit, pota idcirco lienosis expedit. At si in uino candens ferrum extinguatur, cœliacos id uinũ, & intestinorum tormina, cholericosq; stomacho dissolutos, persanat.

Sicyos, Cucumis.

Cucumis qui edendo est uiridem colorem præfert, refrigerandiq; et humectandi facultatem in secundo excessu. Caro eius feruidas mitigat inflãmationes. Semina abstergendi & incidendi facultas inest: Quocirca urinas cit, & corpori uenustatem & nitorem conciliat. Siccus arefacit in ordine primo, sed maior abstergendi uis cum semini tum radici, inest.

Sicyos agrios, Cucumis syluestris, Elaterium.

Elateriũ uulgò dictus est, qui è syluestris cucumeris fructu exprimitur liquor. Radicis uerò foliorumq; succus, haud dispar quidem elaterio facultatem, sed debiliorem sortitus est. Radix abstergit, discutit, atq; emollit: succus non impotenter exiccat.

Sillybon.

Sillybum plantula spinosa est, folijs chamæleonem candidum referens, esculenta interim. Radicis liquor drachmæ unius pondere cum mulsa sumptus, uomitiones prolicit.

Silurus.

Silurus sale inueteratus, salsus ue atq; deglutitus, fauces humidas expurgat: ad modum cataplasmatis impositus, furculos euellit.

Silpha, Blatta pistrinaria.

Blattæ, quæ circa molas & in pistrinis reperitur, interanea elixa & cõtrita, aurium doloribus medentur.

Silphium, Laserpitium.

Laserpitium insigniter calfacit & flatus creat, et cõcoctioni renititur. Externus corpori applicatum, efficacius agit, præcipue laser, attrahẽdi, expurgandi, & excrescentias molliendi uiribus pollens.

Sison.

Sison calidum gustu subamarescit, lotia maturat, concoctionem iuuat, mulebria concitat, & interaneorum oppilationes recludit.

Sion.

Sium excalfacientis est potentiæ, urinas mouet, distrahit, calculos in renibus confringit, & menses propellit.

Sisaron, Siser.

Sisari radix elixa stomacho salutaris est, uires eliciẽdi urinas, secũdoq;

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

briaq; promouet, omnia perfrigerata calorè instaurat, uulnera coglutinat, sordidaq; expurgat, Aridum ad cicatricem perducit illitum.

Scorodon, Allium.

Allium excalfacit & arefacit quarta distantia. Syluestre quod ophioscordon, tanquamanguinum allium nuncupant, efficacius quàm satuũ est.

Scorodoprason.

Scorodoprasum porri & alij gustu mixtas refert qualitates, pariter atque uires.

Scorpioides, Scorpion.

Scorpioides calfaciendo tertium, desiccando secundum ordinem sortitur.

Scorpius terrestris, & marinus.

Scorpius terrenus, crudus impositus, uel tostus in cibo sumptus, contrà proprios ictus præsenti est remedio. Scorpionis uerò marini fel, suffusionibus oculorum subuenit

Scoria, Recrementum mettallorum.

Scoria (hoc est metalli cuiusuis recrementum) quælibet impensè desiccat, cum primis ferri, quod decoctum atq; cũ aceto læuigatum, auribus suppurantibus prodigiosum est remedium: ijs etiam qui aconitum hauserũt, ferri stercus cum aceto mulso potum, succurrit. Stercus plumbariũ plumbi uiribus respondet, uehementius tamen astringit. Scoria plumbi.

Smilax, Taxus.

Smilax uel cactus uenenosæ facultatis arbor est.

Smyrna, Myrrha.

Myrrha calfaciẽdo, et desiccando, in secundo censetur excessu. Capitis igitur uulnera, si illiniatur, glutinare. Ineſt etiã quidam amaror, quo lumbricos, fœtusq; occîdit, abstergit præterea, quo nomine ocularibus collyrijs inseritur, & humores pectori impactos expurgat, sicut fauces nõ exasperet. Myrrha bœotica uires calfaciendi, emolliendi, & dissoluendi obtinet. Myrrha Boetica

Smyrnium.

Smyrnium sunt qui hipposelinum quasi equapium, qui apiũ syluestre nuncupant, calfacit & exiccat, tertio ordine. Apio duntaxat ualentius, petroselino debilius, urinas igitur menses q; agitat.

Sonchus, Cucurbita aspera.

Sonchus acerbescit pariter & manifesto refrigerat, quum uel estur, uel corpori inducitur. Arefactus, mediocrem calfaciendi uim induit.

Sparganion

Sparganion.

Sparganio quoq; uis & natura deſiccandi eſt.

Spartos, Geniſta.

Spartus lentus frutex quo uites uinciunt: huius ſeminis cũ floribus octoli quinq; in aqua mulſa epoti, purgant per ſuperna, ueratri candidi modò ſine periculo. Semen ſeorſim deiectionem molitur, urgultula eius coxendicis doloribus opitulantur.

Speclarion, Lapis ſpecularis.

Speclarium, aliqui per ph, ſpheclarion ſcribunt, quod eo uitrei uice in feneſtris nonnulli utantur: qua de cauſa diaphanes quoq;, id eſt, pelucidum à claritate appellatur: ſubſtãtia gypſoſum habet crematis teſtis, ſiue oſtreis ſimilem potentiam.

Spongos, Spongia.

Spongia noua maris etiamdum odorem ſpirans, cum aqua uel uino uel poſca ſuperinducta, uulnera conglutinat. Cremata acris eſt ac digerit. Cum bitumine liquidáue pice combuſta et applicata, exigue ſanguinis eruptiones cohibet.

Spodion, Cinerula.

Spodium congenerem habet cum pompholyge potentiam.

Staphylinus, Paſtinaca.

Paſtinaca urinam agit, menſes ſolicitat, præcipuè radix & ſemen. Folia autem abſtergendi ui prædita, affectionibus phagedænicis uitibus uiridia cum melle ſalutaria ſunt. Paſtinaca autem ſylueſtris, ad omnia ſatiua eſt potentior.

Stachys herba.

Stachys frutex ſpicatus, marrubio æqualis, calfacientium tertij ordinis eſt, eapropter muliebria ducit, & fœtus occîdit, & muliebres à partu locellos morantes expellit.

Steata, Adipes.

Adipes omnes hominis corpus pariter humectant & calfaciunt: pro diuerſa uerò animantium temperatura, earundem facultas quoq; uariat. Suillus igitur adeps nulli eſt in humectando ſecundus, uicinamq; oleo ſortitur poteſtatem: Quare etiam eroſiones obtundit. Caprillus aridioris naturæ eſt, ocyusq; congelaſcit: Qua ratione ad mitigandum recti inteſtini morſum, ipſum per ſedem inijcimus. Anſerinus calidior, ſubtiliorumq; partium eſt. In medio horum adeps gallinaceorum atq; gallinarum exiſtit. Leonum adeps omnium facilè calidiſſimus eſt, tenuiſſimisq; eſſentiæ partibus conſtat, ac proinde præ cæteris digerit. Bubulus

Adeps ſuillus.
Caprinus.
Anſerinus.
Gallinaceus.
Leoninus.

mediam inter ſuillum et leoninum temperaturam ſortitus eſt. Vrſinus *capillorum ex alopecia defluuijs medetur.* Vulpinus *aurium doloribus quemadmodum uiperarum pilos abolere & oculorum ſuffuſiones prohibere literi eſt proditum.* Porrò *in omnibus calidior ſemper ac ſiccior eſt marium, atq; horum magis teſticulatorum, quàm reliquorum. Sæuum quoruncunq; pecudum inueteratũ temporis diuturnitate, ſeipſo redditur calidius.*

Vrſinus.
Vulpinus.
Viperinus.
Maſculi.

Stimmi.

Stimmi præterquam quod deſiccat, aſtrictionis etiam particeps eſt, quapropter ocularibus confunditur collyrijs.

Stœbe herba.

Stœbes cũ ſemen, tũ folia aſtrictoria facultate donata, deſiccant in tertio exceſſu. Qua ratione uulnera peringentia quæq; conglutinant, eorũq; elixatio inteſtinorũ torminibus, ſanguinis eruptionib. et auribus purulentis auxiliatur. Oculos præterea ex percuſſu ſanguine ſuffuſos illita iuuãt.

Stœchas.

Stœchas obſtructiones recludit, craſſa attenuat, extergit, & exta omnia, totumq; animalis habitum corroborat.

Strationes aquaticus.

Strationes, qui in humidis naſcitur locis, frigorificam uim obtinet: Terreſtris uerò nonnihil aſtrictionis habet, qua hulcera conglutinat. Nonnulli eo ad ſanguinis eruptiones compeſcendas, atq; ad fiſtulas, utuntur.

Strychnon, Solanum.

Solanum, hortenſe eſculentum, aſtringit & refrigerat exceſſu ſecundo. Cæterum cui nomen eſt Alicacabum, facultate hortenſi ſimile, fructum gerit ciendæ urinæ idoneum, uuarum acinis neutiquam abſimilem.

Strychnon hypnoticon, Solanum ſomnificum.

Solani uerò ſoporiferi radicis cortex, in uino drachmæ inſtar ſumptus, ſomnum accerſit. Semen uim proritandi urinam obtinet, ex tertio frigorificorum ordine. Proinde ſi plus duodecim corymbis hauriatur, furorem adſciſcet.

Strychnon manicon, Solanum furioſum.

Quarta ſolani ſpecies (furioſi nomine gaudens) ad medicinas quæ intra corpus ſumuntur, inutile eſt, exterius autem illitum cataplaſmatis inſtar imponatur, hulcera depaſcendo ſerpentia curat. Exceſſu ſecundo deſiccans & refrigerans.

Strypteria, Alumen.

Alumen omne uehementer aſtringit & attenuat, reliquis tamen ſubtilius exiſtit, quod appellatur ſciſsile: proximum eſt rotundum & ſtraga

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

cus in † aures contra diuturniora hulcera inſtillatur. † aluum

Schinos, Lentiſcus.

Lentiſcus ſecundum omnes ſuas partes deſiccat ſecundaria diſtantia comple:a, in caliditatis uerò frigiditatisq; qualitate medium quadãtenus locum obtinet, eo uſq; aſtringens, ut aſtrictione ſucco hypociſtidis propè admodum accedat.

Schœnu anthos † Iunci odorati flos. † lentiſci

Iunci odorati flos calfaciendi mediocrem, aſtringendi minorem facultatem obtinet, neq; à tenuibus eſſentiæ partibus alienus eſt. Quibus urinam prolicit, menſes proritat, et ab oppilationibus liberat, tum in ſuffitibus, tũ potionibus, tum in cataplaſmatis adhibitus. Flore magis aſtringit radix, hac uerò ille calidior eſt.

Schœnos, Iuncus rotundus odoratus.

Rotundi odorati Iunci læuis geminæ ſunt ſpecies. Sed oxyſchœni appellatæ fructus ſomnum conciliat, minus uerò oligoſchœno, caputq; tentat ac afficit. Ambæ ſi fictæ cum uino potentur, uentris fluores exiccant, & muliebrè profluuium cohibent.

Sory.

Sory miſyi efficacia reſpondet, multo craſſioribus tamen illo conſtat partibus.

QVAE INCHOANT À LITERA T.

Tarichorum piſcium caro, † Thynnorum ſalſura. † anchorum.

TArichorum ſole inaceratorum caro acris eſt, et exiccatoria quam ob cauſam à preſtere uipera demorſis per quam plurimum eius eſui præbetur, uinumq; inſuper largius ingurgitatur, & citatur uomitus. Ad drimyphagias, qui acrium eſus eſt, congruit. In modum porrò cataplaſmatis aduerſus canum & aliorum ſerpentium morſus utiliter illinitur.

Taurocolla, Tauri gluten.

Taurocolla (quaſi taurinũ glutinum dicas, ſunt qui xylocallam, id eſt, ligni glutinum uocant) ex boum coriis cõfecta, imperſè abſtergit. Quocirca aceto diluta, impetigines & ſummæ cutis lepras exterit: neq; ſinit ambuſta inflammari, cum calida aqua eliquata. Eſt præterea medẽdis uulneribus oxymelite macerata utilis.

Tellinæ.

Tellinæ ſale conditæ, crematæ, deurentem reddunt cinerem. Quicum cedrio liquore confuſus, euulſos radicitus palpebrarum pilos naſci iterum alios, ſi inſtilletur, prohibet.

Terminthos, Terebinthus.

Terebinthus excalfacit in exceſſu ſecundo. Deſiccat uerò ſi quidem uiridis ſit primo: ſin aridus, ſecundo. Fructus porrò aridus tertiæ eſt arefacientium diſtãtiæ, propter hæc utiq; urinam prouocat, & lienes adiuuat.

Tettiges, Cicadæ.

Cicadas quidam medici crudas exiccant, colicisq; potui treis aut quatuor, aut quinq;, aut ſeptem, cum paribus numero piperis granis exhibẽt, aliqui uerò aſſas edendas offerunt, quibus affecta eſt ueſica.

Teutlon, Beta.

Beta nitroſæ cuiuſdam poteſtatis particeps eſt, per quam abſtergit, diſcutit, caputq; per nares expurgat, potentius autem candida. Elixata ad leniendum feruores & inflammationes arcendum, leniterq; diſcutiẽdum redditur efficax.

Teucrios.

Teucrium calfacit ordine ſecundo, deſiccat tertio, diſſecandi & attenuandi facultate præſidio lienibus exiſtit.

Tephra, Cinis.

Cinis non quilibet eandem ad amußim temperaturam obtinet, ſed pro combuſtæ materiei diuerſitate uariatur. Acerbarum nãq; arborum cinis, utpote quercuum & ilicis, aſtrictione non modica præditus eſt: quaſanguinis eruptiones ſupprimit, quũ aliud ad manũ non eſt. Acriũ uerò materierum, puta ficus & tithymalli cinis, acriore ui & abſterſione pollet.

Telephion, Illecebra.

Telephium in primo calfacientium, ſecundo autem arefacientium ordine collocatur, & abſtergit. Quare ad putrida exedentiaq; hulcera accommodatum eſt. Leucas & uitiligines cum aceto exterit.

Telis, Fœnumgræcum,

Fœnogræcum in calfaciendo ex ſecundi ordinis cenſu, in deſiccando primi habetur. Quamobrem feruentes phlegmonas irritat, cæterum non adeò calidas: & ſcirrhum æmulantes, diſtrahendo ſanat.

Tithymallus, Herba lactaria.

Tithymalli ad unum omnes tertio ordine, cum acrimonia & amaritate intenſa calfaciunt. Sed radix quum inefficatior quodammodo ſit, aceto elixa, eroſorum dentium cruciatus ſopit. Liquores ualentiore poteſtate præditi cauis dentium inſeruntur: uerùm ubi aliam corporis partem contigerint, eandem extemplo adurunt, ideóque pilos paululum delibutas abolent, uerrucas (quas formicas dicunt) acrochordonas item, & id genus uitia auferunt, lichenasq; & quæcunq; cutis uitia exterunt hulce-

ra uitiosa consuetudine phagedænica sanant. Septenario autem numero Species lactariæ herbæ septem.
compræhensi, uehementissimi sunt characias, quasi uallaris, et myrsinites à myrti fo!iorum figura, & dendrodes, quasi arboreſcens, à ramorum copia, qui prouent inter saxa: deinde uerbasci imaginem præferens, mox à cupressi forma cyparissias. Ab hoc paralus, hoc est, maritimus, postremò helioscopios, id est. soliſequus.

Tiranos, Calx.

Calx aqua non restincta hactenus urit ut crustas inducat. Extincta post diem etiam aut alterum instendis
uerò crustā quidem protinus molitur, † interpositis autem diebus aliquot, nequit amplius, † calfacit tamē carnesq; liquat. Quod si lauetur aqua marina, mordacitate exuta, summam distrahendi facultatem induit.

Tragacantha.

Tragacantha similis admodum gummi uiribus prædita est.

Tragion.

Tragium planta est, quæ nullibi quàm in Creta insula prouenit, lentiſco cōformis, tertij calfacientium ordinis, attractoriæ, disijcientisq; facultatis, et tenuis essentiæ: surculos euellit, lapillos comminuit, menstrua trahit, drachmæ instar bibitum.

Aliud tragium, Cornulaca.

Est præterea alterum quoddam tragium, quod à Romanis cornulaca uocatur, proximo amarulentius, scolopēdrio simile, gignitur multis in locis, tanta astrictoria uirtute donatum, ut fluidis affectionibus accommodatum sit.

* Tragoriganos, Hircina origanos.

Tragoriganus similes origano uires habet & astrictionis plusculum.

Tribolos, Tribulum aquaticum.

Tribulus modicè refrigerat, sed terrestris arefaciēdo uehementior est, aquaticus etiam leuiter humectat. Vtriq; contra inflammationum generationes cunctusq; fluxionis accommodati sunt. Terrestris fructus, quum ex subtilibus partibus constet, renum calculos confringit.

Tragossitodes, Tragus frumentaceus.

Tragossitodes zeæ similis est, concoctioni magis resistit, & aluum emollit.

Trigle piscis, Mulus.

Mulorum piscium assiduus esus aciem oculorum hebetat, idem marini draconis, scorpionisq; & † araneæ morsibus subuenit, si crudus concisusq; adhibeatur. dracenæ

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Hydnon, Tuber terræ.

Hydnon essentia terrestriore cum exigua quadam subtilitate constat.

Hydrargyros, Argentum uiuum.

Argentum uiuum haud ita multum momenti in re medica præstat, quum sit letale uenenum: sunt qui id comburentes ueluti in cinerem redigunt, quem alys speciebus permixtum, colicis & ileosis potandum exhibuerunt.

Hydropiper, Aquaticum piper.

Hydropiper herbula est calida, non adeò tamen ut piper; uirēs cum semine superinductum: non sugillata solum, sed induratos etiam tumores discutit.

Hydor, Aqua.

Aqua saluberrima & impermixtæ cōsistentiæ, propria sua natura frigida est & humida: quæ uerò aquisititiam caliditatem assumit, tantisper dum eam seruat, calefacit: simul atq; aduentitium calorem amiserit, refrigerat. Quæ porrò commertium habet cum aliquo, quemadmodum quæ nitri uel bituminis particeps est, ad mixtæ sortitur essentiæ facultatem. Cœlestis uerò etiam astrictionis quippiam obtinet, eapropter collyrijs oculorum temperatur. Cæterū cuiusmodi aquam inculpatam esse oporteat, primo uolumine explicatum est.

Hyoscyamos, Altercum, Herba Apollinaris.

Altercum non modò cui atrum, sed & cui flauum inest semen, uenenosum est. Ad medicationes quod flore ac semine candido præditum est, expedit quammaximè, tertio refrigerantium ordine existens.

Hypericon.

Hyperici duo sunt genera, alterum, quod andrasæmon & astyrrhon appellatur, superius compræhensum est. Alterum uerò calfacit & siccat ob subtilitatem suæ consistentiæ: qua totus herbæ fructus urinas & menstrua prolicit, cum foliys uerò uirens illitum, uulnera ad cicatricem perducit. Arida uerò applicata hulceribus medentur. Exhibentur insuper coxendicę laborantibus in potu.

Hypecoon.

Hypecoon refrigerat in tertio gradu, proximum papaueri.

Hypoglosson.

Hypoglossum fruticulus est, cuius cum radix tum liquor emolliendi facultatem obtinent.

Hypocistis.

Hypocistis succus est eorū, quæ ad cisthi citharię; uocati radices subnascuntur,

naſcuntur, ueluti cytinorum, admodum efficax contra omnes fluidas affectiones remedium eximiè deſiccando, roburq; particulis indendo.

Hypophæſton.

Hypophæſtū fulloniæ ſpinæ ſpecies eſt, quemadmodū & hypophaës. Huius capitis, & foliorum, aridarumq; radicum triobuli pondus cum aqua mulſa ſumptum, aquam & pituitam euacuat: Orthopnœis, Comitialibus, & neruorum affectionibus maximè proficit.

Hyſſopum.

Hyſſopum calfacit & exiccat, ordine tertio, cum tenuitate ſubſtātiæ.

QVAE ORDIVNTVR À PH.

Phaci, Lentes.

LEntes deſiccant, ordine tertio, inter calorem ac frigus mediæ. Habent præterea nonnihil aſtrictionis: quo fit, ut corpus earum exiccet, & uentrem cōpeſcat, ius uerò irritat, proinde prior aqua defunditur, quando retentionis gratia adhibentur.

Phacos, Lenticula paluſtris.

Lenticula lacuſtris, udi ac gelidi temperamenti eſt, exceſſu ſecundo.

Phalaris.

Phalaridis ſuccus folia & ſemen potu ſumpta, ueſicæ languoribus opitulantur, utpote in ſe tenuitatis & caloris quippiam continentia.

Phalangites.

Phalangites, id nominis ſortita eſt, quod à phalangiorum ictu petitis opituletur, numeratur autem inter ea quæ tenuium ſunt partium. Eoq; circa umbilicum torminibus, ſubuenire creditur.

Phelli, Subera.

Phelli, præſertim qui ex uaſis uinarijs colliguntur cremati, ſicciſſimum cinerem efficiunt, qui dyſentericis maximè permiſcetur re[illegible]is,

Philyra, Tilia.

Tiliæ arboris folia, facultate aſtrictionis agreſtem oliuā ad unguē referūt, præcipueq; oris hulceribus remedio ſunt, ſi cōmanducātur, et decocto eorū colluūtur. Quod etiā potū, lotiū ac mēſtruas purgationes prouocat.

Phlomos, Verbaſcum.

Verbaſci plura ſunt genera, inter quæ numeratur et thryallis. Omniū uerò folia arefaciendi & mediocriter abſtergendi ui prædita ſunt, & potiſſimū eius cui aurei coloris flores ſunt, & acerbi. Fluidis itaq; affectionibus competunt. Colluunt quidam ijſdem quoq; in dolore dentes.

Phœnix

Phœnix herba.

Phœnix, quam aliqui rhun appellant, herba lolio non absimilis, potestatem habet astringendi. Quare cum uino hausta austero, omnes fluxionum affectus compescit.

Phœnix, Palma.

Palma arbor, cuius fructus si probè immaturuit, moderatè calefacit, robur indit, & stomacho confert tam intra admissus, q̃ extra adhibitus. Quod reliquum est palmæ, astrictionis plurimũ obtinet: qua de causa stomachicis & hepaticis facultatibus confunditur. At quod ipsius fructus ea scentis ueluti inuolucrum ac tegumentum est, impensius astringit.

Phormion.

Phormium cum partium tenuitate abstergendi & attrahendi facultate pollet. Albugines igitur semẽ ipsius cũ melle attenuat, et surculos euellit.

Phu, Valeriana.

Phu herbæ radix uiribus nardo similis est, sed tamen ad pleraq; ineffi-catior, ingnauiorq;: uerũ urinas propellit quàm ea ualentius, perinde atq; nardus Celtica.

Phycos, Alga.

Phycos refrigerandi & arefaciendi uim habet, in secundo ordine, acerbitate item leuiuscula præditus est.

Phyllites.

Quum phyllites acerba quadã qualitate donata sit, nõ ab re alui profluuijs pota succurrit.

QVAE ORDIVNTVR À CH.

Chalbane, Galbanum.

Chalbano tantum non tertij excalfacientium ordinis est. In desiccando autem attingit secundũ, cũ facultate molliendi & digerẽdi.

Calcitis, Lapis ex quo æs coquitur.

Chalcitis cum acrimonia qua prædita est, astringendi, adurendi, & crustas generandi facultatem obtinet. Partium autem subtilitate media inter misy & sory consistit. Combusta tenuioris redditur substantiæ.

Chalcanthos, Attramentum sutorium

Chalcanthon, aqua est in metallis Cypri congelascens, cũ calore quodã insigni, uehementissimã habens adstringendi potentiã, quod omniũ maximè humidas carnes condit, seruat, atq; desiccat. Cæterum longo temporis progressu in chalcitidem transit.

Chalcos cecaumenos, Aes ustum.

Aes crematum habet acrimoniam quandam, & astrictionis particeps est. Inducendis itaq; cicatricibus optimum est, potissimum in aridiore

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

& acrochordonas auferunt. Craſſas oculorum cicatrices cum melle exterunt, aciei oculorum hebetudinem, ſuffuſionumq; principia adiuuant.

Chamelæa, Oleaſtellum, Oleago.

Oleago abſterſoria facultate prædita, hulcera ſordida & cruſtas cum melle exterit.

Chelidonium, Hirundinaria, Maius fabium.

Chelidoniũ maius, ordine tertio, calfacit et efficaciter abſtergit. Succus grandioris ad oculorum ſpeciem exacuendam accommodus eſt. Radix autẽ auruginoſos obſtructione liberat, cum uino ſiue aniſo pota: commanſa, dentium cruciatus mitigat.

Chelidonium minus, Hirundinaria minor.

Chelidonium uerò minus ex quarta calfacientium claſſe, maiore acrius, eſt, ut illitum cutim exhulceret, unguesq; ſcabros excutiat, ſuccus eius pernares expurgat.

Chelidones, Hirundines.

Hirundinum crematarum cinis cum melle illitus anginarum inflammationibus ſuccurrit, & oculorum claritatem adiuuat.

Chole, Fel.

In animalium humoribus omnium calidiſſimum fel eſt, ſed colore inter ſe diſſident. Siquidem quod flauum, pallido calidius eſt: & flauo quod colore præfert æruginen. Differunt præterea, pro animalium quæ id continent ratione. Quatenus ſuillum omnibus alijs imbecillimum eſt: Quamobrem aurium hulcera abſq; mordicatione curat. Ouium non paulò maiorem habet quàm ſuillum acrimoniam, & ouillo caprillum ad omnia efficacius eſt. Vrſinũ pariter & bubulum uiribus caprino reſpondent: Taurinũ his potentius, ab hienarum tamen felle ſuperatur: hoc rurſum à felle piſcis callionymi appellati uincitur, & ſcorpionis pariter marini, quod ſuffuſionibus oculorum, hebetudinibus, albuginibusq; congruit, & fel teſtudinis marinæ. Sed fel his capreæ, qui noctu acutius quàm interdiu proſpiciunt, quos nuſcitioſos uocant, conferre perhibetur. At omniũ uolucrum fel plus acrius, & arefaciendo potentius, quàm quadrupedum eſt. Inter has uerò ipſas gallinaceorũ atq; perdicum alijs eſt præſtantius. Accipitrum porrò & aquilarum maiore quodammodo acrimonia & exedendi uiribus pollet uiridi quandoq; & atro colore.

Fel ſuillum.
Ouillum.
Caprillum.
Vrſinum.
Bubulum.
Hienæ.
Scorpionis.

Chondrilla.

Chondrilla ſeris ſpecies quum ſit, ſubamarum quiddã in ſe cõplectitur: quocirca uiribus eſt quadantenus ſiccantioribus quàm illa prædita.

Chondros, Alica.

Chondrus non discrepat à tritico, præterquam quod illi plus uiscosi lentoris quàm huic inest.

Chrysocolla.

Chrysocolla in metallis reperitur, et in pila ex ære rubro præparatur, pistillo æreo è lotio impubis pueruli sub ardentissimo caniculæ æstu contrito. †*Hæc itaq; abstergit, discussoria et exiccatoria facultate alijs metallicis uehementiore donata, hactenus, ut carnem citra morsum colliquet: quamobrẽ malignis hulceribus commodissimum est remedium. Combustione omnem planè mordicationem deponit.*

iecur

Chrysocome, Barba Iouis.

Chrysocome, quæ & chrysites appellatur, radix acriore pariter & astringẽte uirtute prædita est, quapropter haud ita multiplicis in medicina usus est, nisi quod in peripneumonijs & iocinorosis affectibus in mulsa elixato propinatur, menses insuper promouet.

QVAE AVSPICANTVR À PS.

Pseudobunion, Mentiens bunium.

Pseudobunium bunio specie respondet, calfacit, discutit, & detergit: idcirco à torminibus circa umbilicũ, urinæ stillicidio, lateriq; doloribus asscrit: distrahit & scrophulas cum sale uinoq; superinducta.

Pseudodictamnon, Falso dictamnum.

Pseudodictamnum debilis dictamni uiribus donatum est.

Psimythion, Cerussa.

Cerussa refrigerandi, opplendiq; illitu facultatem sortita est.

Psyllium, Pulicaris herba.

Pulicaris herbæ semen refrigerat ordine secundo, arefaciendo et humectando medium obtinet.

Psoricon.

Psoricũ præparatur, chalcitidis binis partib. argenti spumæ uni permixtis, utrisq; tamẽ antea aceto dilutis, deinde in aululã recentẽ conjectis, quæ fimo quadraginta diebus obruta tegatur. Ea quippe ratione confectura desiccatoria magis subtilior, minusq; chalcite mordax efficietur.

QVAE INCHOANT À LITERA Ω.

Ωu leucon, Albor oui.

Ovi quidem albumen ac tenue, mordere nesciũ, moderatè refrigerat. Vtendũ igitur oui candido ad oculos, ad pudendorũ hulcera, aliaq; omnia contumacia et uitiosæ consuetudinis. Tẽperatur ad hæc medicamẽtis profluuiũ sanguinis supprimẽtibus emplasticisq;. Oui autẽ uitellus assimillis potẽtiæ, remedijs inflammationẽ extinguentib. cõmiscetur.

Linteum oui.

Assum

Assum uerò croteũ maiorem desiccandi uim, mitigandi minorem acquirit. Totũ porrò ouũ aceto decoctũ, si edatur, uentris fluxiones desiccat. Quod si acerbi quippiã adiunxeris, puta gallã, aut rhun, uel sylueſtris punicæ florẽ, & sartagine frixeris, redditur multo efficacius. Totum aũt ignem non expertũ aduſtionibus inductũ, opitulatur. Sorbile autẽ assumptum, lentos pectoris humores maturat atq; ſolatur, & asperitates fautium læuigat. Præferendum autem recens ueteri, & gallinarum, reliquorum animalium ouis.

Ocimon.

Ocimum calfacit ordine ſecundo: habet & recrementitiam quandam humiditatem. Quare non proficit interius assumptũ. Exteriusautẽ illitum positum, diſijcit & maturat.

Ocimoides, Ocimaſtrum.

Ocimoides à pleriſq; philetærion nũcupata, nullius planè frugis radice prædita eſt. Semen tamen eius attenuat, & citra eroſionem deſiccat.

De medicamentis ſimplicibus purgandi ui præditis, quæ flauam bilem agunt. Caput. IIII.

ALoës drachma cũ mulſa ſub matutino crepuſculo exhibetur, qui ueſperi eam propinant uel à cibo, lædũt, quoniam alimentum diſtrahit. Flauam bilem minus extrahit: Trium obulorum modus priuatim oblatus, aluum ab incrementis ſtrenue exonerat. Quũ uerò medicamina, quæ corpus purgant, omnia ſtomacho noxia ſint, ſola uentriculo amica eſt aloë: qui amaritatem ipſius ſuſtinere nequeunt, ijs conformata inde catapotia deglutiẽda præbeantur. Sciendum autem, quod pharmaca purgãdi facultate prædita, non ſimplici quadã temperatura, uerbi cauſa, caliditate euacuant (oporteret alioqui cuncta calidi temperamenti ueluti piper, euacuandi uim obtinere) ſed inſita quadam totius eſſentiæ proprietate, quemadmodũ Magnes lapis ferrũ ad ſe, ceu demõſtratũ eſt, trahit. Porrò expurgãtium medicaminũ albo, quæ emolliẽdi ſolũ facultatẽ ſortita ſunt, primo uolumine commemorata habentur. Efficacioribus uerò ipſorum, uel ad materiam transferendam ac ſubducendam, uel ad affectionem induratam mouendam, uel ad inſtaurandum corpus, temperamentumq; ipſius alterandum, aut humorem deniq; officium facientem educendum, utimur. Nõnulli uerò modi ex prædictis mixti inter ſeſe inuicem implicati ſunt. Iam uerò in uniuerſum medicamentis expurgandi ſunt, quibus ualidũ robur, ac ſumendi eas promptitudo expedita ineſt, & qui primas ætates egreſſi, nondum ad extremũ ætatis peruenerũt, & qui ſtomacho minime imbecilli ſunt, quiq; multam in corpore inutilem accumularunt materiam, neq;

Ex laxatiuis ſola aloe amica ſtomacho.

Qui & quando purgandũ.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

circa febre carentibus, stomacho non imbecillis exhibeatur instar obolorũ quatuor cum sale, aut pipere, aut zingibere, uel aliquo stomachũ iuuante- & celeriter transeunte, uel cum melle deniq; . Conficiunt etiam cum gummi catapotia.

Colocynthis, sylueſtris cucurbita.

Colocynthidis meditullium, hoc est, interius farctum, bilem potissimũ euacuat, & muscosa nõ à sanguine duntaxat ueratri & scamoniæ modò ducit, sed costas & neruosa purgat corpora, drach. unius pondere, in melicrati cyathis duobus quibus ruta elixata sit. Teratur autem medulla, & subigatur exquisitissimè, quoniã asperitates ipsius, interaneorum anfractibus inhærescẽtes, intestina exhulcerat, & neruales inducũt p cõsensum affectiones. Datur recte dolẽtib. caput, ubi cerebri uidelicet tũicula, aut per icranios mẽbrana affecta fuerit, ueluti uertiginosis, heterocranicis, cephalæa conflictantib., sacro morbo, & sideratione infestatis, cynice cõuulsis, diuturnis oculorũ destillationib., nõ nisi recta ceruice spirantib. anhelosis, longo tempore tussi uexatis, præterea arthriticis, renum item & uesicæ ægritudinibus.

Elaterium.

Elaterium consimiliter scammonia euacuat: Deligendum autem, quod calore uirescit & leuitatem habet, nec anno est antiquius. Modus est triobolaris tritus cum lactis hemina.

Thithymallus, Herba lactaria.

Thitymallus non secus atque elaterium uel scammonia bilem prolicit. Exhibentur autem liquoris guttæ quatuor aut quinque, cum polenta maceratæ, quæ raptim deglutientur, quoniam in ore contentæ, linguam et loca ambientia quamplurimum exhulcerant.

Lathyrides.

Lathyrides bilem purgant nõ aliter quàm ueratrũ et scãmonia: dentur itaq; septem aut octo, & usq; ad quindecim. Quæ robustis et maiorem poscentibus euacuationem mandendæ, imbecillioribus autem & malo stomacho præditis integræ deglutiendæ sunt.

Peplium.

Peplij fruticis germina arida, octo obolorum pondere, in aqua mulsa exhibita, bilem hellebori instar expellunt, flatulentosq; spiritus dissipant.

Agaricum.

Agaricum in euacuando compares colocynthidi uires obtinet, lentè efficatiam suam exerens, neq; stomacho admodum hostile. Propinentur denarij duo triti in melicrato. Esto autem agaricum candidissimum, ualde friabile, non admodum lignosum, & teredinibus minimè corrosum.

Iris

Iris Illyrica.

Iris Illyrica ſimilem purgandi facultatem habet, octo obolorum quantitate in aqua mulſa propinata: potior eſt minime antiqua, & teredinibus expers.

Centaurium minus.

Centaurium minus quoniam bilem mucumq; expurgat, coxendice laborãtibus peculiariter ſuccurrit. Bibetur autẽ iuris centaurij ſeſqui drach. in aquæ cotyla uſque ad medias decocti.

Tragoriganum.

Tragorigani flores cum fructu duarum drach. pondo in aqua mulſa potui dantur, quibus & ueratrum nigrum: cæterum utiliores ſunt ſtomacho quàm helleborus, minus uerò expurgant.

Chamelæa.

Chamelææ drach. quatuor in melicrati heminis duabus ad quartam uſq; partẽ elixæ ſimilem helleboro purgãdi uim obtinẽt. Sunt qui chamæleæ & abſinthij duplum in pilulas redigunt, & glutiendas exhibent.

Ariſtolochia, Malum terræ.

Ariſtolochiæ ſurculoſæ fructus inſtar denarij in mulſa propinatus, modo colocynthidis repurgat.

Polypodium.

Arida radix polypodij læuigata, cum melicrato illita, uel cum eo infricata, eadem omnino quæ colocynthis perpetrare conſueuit.

Quæ atram bilem proliciunt.

Medicamentis atram bilem expellentibus potiſſimè utendum in melancholicis his qui facilè indignantur, iracũdis, homines odio proſequentibus, receſſum quæritantibus, & his qui inter conualeſcendũ opus habent purgatione, autumno calidior eſt, conſtitutionibus aridis parumq; muſculoſis.

Epithymon.

Epithymum præſtantiſſimum eſt omnium, quæ atram bilem prolicere nata ſunt. Dandæ autem ſunt drach. quinq; cum lactis hemina contritæ.

Epithymbron.

Epithymbrum, quod ſupra thymbram naſcitur, haud ſecus quàm epithymum euacuat, niſi quod imbecillius eſt.

Pulegium.

Pulegium acetabuli menſura in melicrato epotum, atrã bilem educit.

Tragoriganon.

Tragorigani heracleotici, tandundem, conſimiliter pulegio euacuat, utraq; autem deſiccant.

Alypon

Alypon.

Traditum est alypi semen per inferna atram purgare bilem, pari epithymo pondere, adiecto sale & aceto: cæterum interanea leuiter (ut autor Dioscorides est) exulcerat. Est autem, ut ego quidem arbitror, hodie alypias appellata. Offerendum in aqua mulsa.

Parthenion.

Parthenium cõsimiliter aridũ in potu sumptũ, eadem quoq; exhaurit.

Alysson.

Alysson cum sale haustum, non aliter quàm superiora expurgat.

Quæ pituitam educunt.

Vtendum est pituitam ducentibus in complexionibus frigidis, senio confectis, hyeme, in resolutis, attonitis, in ijs qui inturgescunt, & inflata œdemata patiuntur, quiq; multa pituitæ ui in uentre uel pectore, uel stomacho exuberant, & muliebribus defluxionibus, quinetiam his qui copiosa emungunt, & crassa excreãt, cibũq; horrent, & coxendi cibus ob mucũ incumbentem laborant, uel elephantiasi infectis, et his qui aqua inter cutem, quã anasarca appellant, infestãtur, maximè congruũt. Styracis candidi drach. cum æquali resinæ terebinthinæ pondere deuorata, pituitam euacuat. Oleæ radicis corticis drach. cum uino seu aqua. Pyrethri oboli nouem cũ aqua. Lychnidis seminis drach. duæ. Cyclamini radicis drah. cũ hydromelite. Scordij drah. duæ cũ melle. Chamæpitys læuigata & in globulis deuorandum exhibita. Squamæ Cypriæ † drah. dimidia, cum resinæ tantundem in catapotijs deglutita, ualentius pituitam exhaurit. † drach. duæ *Lauri foliorum uiridium drah. una cum dimidiá. Corticis radicis syluestris cucumeris oboli duo. Ricini grana quadraginta. Crotones appellati putaminibus ad' syncerttatẽ perpurgati eduntur, atq; pariformiter agunt. Apij dimidium, quod circa radicem est, comestũ, quod quidam chamæraphonon nuncupant. Bdellij drach. duæ cum hydromelite. Gummi autem destillationibus oculorum peculiariter accommodatum est.*

Quæ aquam proliciunt, & educunt.

Eorum quæ aquam educunt usus est in aqua inter cutem affectis, ascite scilicet laborantibus, in mulieribus quæ albo uexantur profluuio, in his qui hulceribus infestantur fluidis. Squamæ Cypriæ drachc. ũ mulso pota, aquam prolicit: Aceti uerò momentum super sorbeatur, ne uomitu eijciatur. Granum cnidium repurgatum & læuigatum, cum melle decocto epotum, ne ingluuiem adurat, aquam educit. Præbeantur autem gra-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ſumma, cochliaria quinque: minor, cochliaria duo: media, cochliaria tria. Aliter: Accipiatur mellis, roſarum, ſucci, uniuſcuiuſq; libra piperis drach. duæ, ſcammontæ octo, maſtiches quatuor, zingiberis drach. duæ. Aliud, quo ipſe utor: Spicæ nardi, aſari, epithymi, ſingulorum unciæ ſemiſſem, irrigato in aquæ hemina per triduum, & moderatè ubi decoxeris, aquæ, ſucci roſarum, mellis, utrobiq; ſextarium dimidiatum confunde, ubi decoxerint ad craſſitudinem, ſeſquiunciam ſcammoniæ admiſceto.

Purgatorium è malis cotonijs.

Malorum cotoneorum decoctorum triens, piperis unciæ ſex, ſcammoniæ drach. mellis quincunx, quibus contritis, exhibe cochliario quantitatem unciæ, uel pro uirium ratione.

Medicamentum è malo citrio, ſalubrè ſtomacho.

Corticis pomi medici, & carnis libram, in aquæ ſextario uno & dimidio uſq; ad tertias decoquito, deinde mellis xeſtam dimidiatã immitto, poſtq̃ aduſq; mellis craſſitudinem incocta fuerint, læuigati longi piperis unciam, ſcammoniæ in fermento aſſatæ tantundem inſpergito.

Bucellatus catharticus.

Scammoniæ toſtæ unciam, piperis, & apij ſeminis, ſingulorum diobolum, fœniculi, aniſi, uniuſcuiuſq; unciam, mellis libram, quũ moderatè aſſaueris, dato in condîto unciam.

Oliuæ catharticæ.

Oliuæ purgatoriæ conſtant ſcammoniæ uncia, piperis uncia, epithymi, cymini fricti, petroſelini, rutæ foliorum, mentæ uiridis, ſingulorum drachmis quatuor, laſerpitij drach. palmularum, mellis cuiuslibet quincunce, aceti heminis duabus, oliuarum ſalſarum ſextario, fiſilium uidelicet: quidam gari etiam ſymmetrum adijciunt. Exhibentur quinq; aut ſeptem aut nouem.

Paſtillus purgandi ui præditus.

Scammoniæ, euphorbij, ſingulorum drach. quatuor, folij duæ, piperis totidem, mellis libra. Modus eſt uncia.

Phuſca purgans, & ſtomacho grata.

Habet Cumini, fœniculi, ſingulorum unciam, pulegij, apij, aniſi, uniuſcuiuſq; unciam dimidiam, epithymi, ſcammoniæ, cuiuslibet unciam, ſalis ſextantem. Datio ſumma ſunt ſcrupuli duo in poſca. Nõnulli etiã euphorbij ſcrupulos quatuor adijciunt.

Vinum purgans in laborantibus hydrope.

Scillæ quadrans, apij ſeminis ſelibra, piperis drach. radicis capparis drach. quatuor, grani cnidij cortice exuti drachma, folij malabathri pilulæ

duæ, uini heminæ duodecim, mellis ſextarij tres. Scillam contuſam uino irrigato, reliqua læuigata admiſceto.

Halatia purgantia, id eſt, è ſale purgatio.

Salis communis aſſati denarij ſex, ſeminis apij, zingiberis, panis aridi, ſingulorum dioboli ſex, aniſi, piperis, uniuſcuiuſq; ſemuncia, ſcammoniæ, epithymi, cuiuslibet uncia: Datio cochliarium unum.

Podagrica ex hermodactylis compoſitio.

Hermodactyli *quadrãs, aniſi, cymini Aethiopici, ameos, thymi corymborum, piperis candidi, zingiberis, uniuſcuiuſque dioboli tres, epithymi uncia dimidia.* Dantur oboli octo matutino tempore cum condîto, ſiue melicrato, uel aqua feruidiore.

Aliter idem purgatorium.

Hermodactyli *uncia, cymini Aethiopici, aniſi, agarici, zingiberis ſingulorum dioboli ſex, maſtiches duo, ſpicæ nardi tantundem, moſchi ſiliqua, cnici dioboli duo.* Doſis *dioboli quatuor cum* † *hydromelo. Scammoniam eo quod ſtomacho noxia eſt, damnamus. Quod ſi copioſior euacuatio fuerit neceſſaria, admiſce dationi communi ſcammoniæ ſiliquas tres. Exhibebis autem loto.*

hydromelite

Catapotia ex Harmenico lapide conglomerata, in morbo articulorum potiſſimè exhibenda.

Aloês triens, ſcammoniæ unciæ ſex, agarici uncia, epithymi tantundẽ, lapidis harmenici dioboli duodecim, caſſiæ uncia, ſpicæ nardi uncia, ſcilæ aſſatæ ſextans, croci grammata duodecim, rhodomelite excipiantur. Datio *dioboli duo.*

Confectura ex coronopodio, cõducens ad eadem ad quæ ex hermodactylis præparata, & ſtomacho ſalubris.

Zingiberis dioboli duo, piperis diobolus, agarici decem, cnici interanei dioboli quatuor, coronopij radicis dioboli ſex. Datio † *denarius, ſi difficilior eſt aluus, ſiliquæ uiginti tres, quæ faciũt omnino obulos ſeptem aut octo fermè, uentre euocuato lauabis, ouis & pane alito.*

ſcrupuli octo

Medicamentum ex ſucco Cyrenaico ad quartanam.

Sumito ſucci cyrenaici, piperis, rutæ foliorum, cuiuslibet drah. exhibetur nucis Ponticæ magnitudo.

Puls cathartica, turgidis, elephantiaſi laborantibus eximie conducens, & quibus craſſum & uiſcidum humorem extirpare animus eſt.

Colocynthidibus binis circũputatis, ſemen euacuato, medullã uerõ relicta ipſas oleo dulci impleto, & operculatas proprijs operculis, per diem ac noctem ſinito. Deinde autem oleo euacuato, colocynthidas in aqua tan-

tiſpe

tiſper dū tabeſiāt ac liqueſcant elixato. Poſtea abiectis eiſdem, oleo aquæ permixto ueratri nigri triobolū adijce, ſcammoniæ drach. Vbi uerò cum his pulticulā ex ſimilagine, uel panem aridum contritum elixaueris. Poſt hæc laboranti frugali ac tenui antea uictus ratione uſo, inſtar nucum auel lanarum octo aut decem, uel ad ſummum quatuordecim propinato. Et potui aquam calidam præbeto.

De obſeruatione eorum qui purgantur, & quomodo adeſſe oporteat his qui ſumpto pharmaco purgantur. Cap. VI.

IN omni ſummatim ſtrenua et efficaci purgatione homini præſcripta prius uictus ratione, ieiuno, concoctione probè obita pharmacū præbeto, ſomnumq; uſq; ad cōſummatam purgationem prohibeto: motionem uerò moderatam, ſi fieri poſſit, ſubire, & ab omni cibo potuq; abſtinere, quoad purgatio ſuo munere in totum perfuncta fuerit mandato.

Ex monumentis Philagrij.

At ſi ſe quis ad conſummatā uſq; purgationē cibo defraudari non ſuſtineat, uel quod os uentris bilem facilè, ob longā, quæ præceſſit inediam, cōtrahat, uel propter aliam iſtiuſmodi cauſam, dandus eſt ipſi ex aqueo uino panis, uel ptiſanæ ſuccus, ſeu chondri, nondum inchoata purgatione, quominus corrumpatur, ſed protinus à ſumpto medicamēti potu, ſic enim ad celeriorem interdum pharmaci motum ſua grauitate auxiliatur. Si quiſpiam quacūq; ſumpta ad aluū emolliendū potione non purgatur neq; euacuetur, nulla ingruente moleſtia, ſatagendum non eſt. Sin autem urgeatur æger morbi uehementia, aut dilanietur, diſtendatur & fiſſus crepat, clyſterē confeſtim inijcere neceſſe eſt. Si ne ſic quidem obtēperet aluus, corpore quidem uellicato, et tanquam euerſo, lauare largiore oleo illito conuenit. Quod ſi corpus infartum atq; grauatum fuerit, ſanguinem detrahito, potiſſimum ſi homo ſanguinolentus exiſtat, oculosq; rubeo colore infectos, & emiſitios, exertos ue non ſecundum naturam, ſed ex aduentitio propter epotum medicamentum habeat. Si horum uerò nihil affligit, morſus autem & laniatio infeſtat, à balneo quamprimum nutrito, & uinum prolixius propinato: atque inter hæc clyſteribus utere, niſi dolores placati ſint, denuoq; lauato. Eſto autem oleum clyſmatis rutaceū, uel ex alio quocunq; flatus diſcutiente præparatum.

De his qui plus æquo purgantur. Cap. VII.

HIs qui plus iuſtò purgātur, cutis perfricanda eſt, lauandiq; calida uermiculum ante balneū, exhibendum uinū tenue et flauum, ex-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

chmis quatuor, aristolochiæ cum longæ, tum rotundæ, singulorum drach. duabus, mellis quod satis est. Dãtur grammata duo, aut tria, aut quatuor. cum melicrato & salibus.

Hiera GALENI.

Habet Sacra GALENI trixaginis, piperis longi, piperis albi, stœchadis, ueratri nigrioris, scammoniæ, spicæ nardi, scillæ assatæ, & (ut quibusdam placet) epithymi, uniuscuiusq; drach. sedecim, myrrhæ, croci, ammoniaci thymiamatis, euphorbij, cuiuslibet drach. octo: quæ cuncta melle excipiuntur.

Hiera Ruphi.

Habet Sicyoniæ seu uentris colocynthidos drach. octo, trixaginis drachmas decem, sagapeni octo, petroselini quinq;, aristolochiæ rotundæ, piperis albi, singulorum drach. quinq;, cinnamomi quatuor, uel cassiæ octo, spicæ, croci, polij, myrrhæ, uniuscuiusque drach. quatuor, mellis quantum satis est.

Archigenis Hiera.

Marrubij, agarici, trixaginis, colocynthidis medullæ, stœchadis, singulorum drach. decem, opopanacis, sagapeni, petroselini, aristolochiæ rotundæ, piperis albi, uniuscuiusq; drach. quinq;, cinnamomi, spicæ nardi, myrrhæ, polij, croci, cuiuslibet drach. quatuor, arida simul contunde, & attamina. Succus uerò panacis atq; sagapenum, myrrhaq; contusa melicrato in pila per noctem macerato, deinde læuigato, atque injice arida, & assumpto melle optimo, in uitreo aut plumbeo uase recondito. Hic sanè modus omnibus hieris communis est. Exhibitio integra drach. quatuor: assumãtur etiam salis drach. mellis heminæ duæ, aquæ quantum satis est. Quod si ad purgandum efficatiores, quæ scammonia carent, reddere animus est, admiscentur & his singulis singuli ipsius obuli.

Perunctiones sedis & umbilici purgantes Cap. IX.

VNgentum quod sedi illitum peditus proritat. Ruta melle exquisitissimè teritur, ita quidem, ut unus succus efficiatur, atque in intimum ani illinitur: efficacissimum autem fuerit, si momentum cymini & nitri, uel cyclamini succi adijciatur, floccis exceptũ sedi, ad laxãdam aluum inseritur. Vel glans ex melle facta inditur, flatus enim erumpunt plurimi, leuanturq; affecti.

Perunctio sedis aluum ciens Chezanance uocata.

Alumen cum melle læuigatum decoquitur donec rubescat, atque hoc inungitur sedes: promptè nanque multa quidem, non tamen citra laborem extorquet.

Epomphalion, hoc est, umbilicale aluum subducens.

Cyclamini drach. quatuor, nitri drach. tres, hellebori nigri et candidi, uniuſ-

uniuſcuiuſq; duæ, colocynthidis tres, ſcammoniæ duæ, elaterij ſucci quatuor, grani cnidij totidẽ, caricarũ pinguiũ unciæ duæ, fellis taurini uncia.

Aliud inſigne, primi meriti.

Elaterij, lathyridum, galbani, cyclamini, hellebori nigri, ſingulorum drach. quatuor, colocynthidis carnis drach. octo, cucumeris ſylueſtris recẽtis, ſcammoniæ, grani cnidij, uniuſcuiuſq; drach. duæ, tithymalli duæ, reſinæ terebinthinæ tres. Hæc accurate contuſa, felle taurino excipe, et perinde atq; unguento utere. Quidam uerò adiectis inſuper faui drach. ſeptem & ſicyonij quantum ſufficit, ad morem emplaſtri impoſuerunt.

Medicamenta uomitria, & ratio exhibendi ueratri. Cap. x.

Vomitionibus, non tam ſecunda ualetudine fruentes, alimenti humorumue copia grauati, quàm morbis oppreſſi acutis, utuntur, quum à pituita uel id genus aliquo infeſtantur. Cæterum neq; incolumes neq; grauiter languentes uomitorijs medicaminibus uti cõſultum eſt, ſed in ægritudinibus diuturnis, præſertim induratis, & quæ ualidiore opus habent commotione. Verbi cauſa, podagra, comitialibus à ſtomacho prouenientibus, elephante, aqua inter cutem, melancholia, atq; id genus alijs. Cauendum uomitu ſanguinem eiectãibus, malo ſtomacho præditis, & ſuffocationibus obnoxijs. Quæ citant uomitum. *Expeditiſſimum itaq; ad uomitum ciendum cyprinum eſt irrigatis in eo digitis, uel pinnis, & in gurgulionem inſertis: radi cum item nardi Gallicæ drach. ſeptem melicrato potæ, per ſuperna ualentius purgant, et betonicæ drach. quinq; aut ſex in aqua mulſa potæ: & daphnoidis folia uiridia tria, trita, comeſta, nec nõ & elaterij obolus in aqua bibitus, uomitu cum pituitam, tum bilem eximanire conſueuit: idem præſtãt uuarum paſſarum grana quindecim cum mulſa craſſiore. Ex bulbis, eſculenti quidem crudi deuorati, uomitorij uerò (narciſſi adpellati) decocti ſuperius euacuant. Idem apij radicis pars aêri expoſita manducata, præſtat: appellant autem eam nõnulli chamæraphanũ, (inferior eius portio deieictionem molitur) uniuerſa uerò radix comeſta, tam per ſuperna, q̃ per inferna agitat. Raphani inſuper prædictis minus quidem uiolenter, ſed maiore emolumento expurgant, oportet autem eaſdem acres admodum & recentes adhuc, in pertenuia ramenta diſſectas, duabus prius uel tribus horis in oxymelite maceratas, quã plurima fieri poteſt copia, ingerere, ter aut quater à cœna, ſemel uerò ieiuni euomẽt, oxymel interim iugiter ſorbẽdo. Mox ubi horas circiter duas inambulauerint, tepida aqua epota, digitis uel pennis gutturi immiſſis, euoment.*

Quibus

Quibus dandus sit helleborus, & quibus non.

Veratrum exhibendum est diutinis pariter & grauibus ægritudinibus correptis, ubiq; aliud omne præsidiorum genus desperauerit, quum omnibus ipsis ægrimonia superior extiterit. Offerendum idcirco: siue incessanter uexauerit morbus, puta, aqua inter cutem, elephantiasis, cachexia, paralysis, & id genus alij: Siue per circuitum temporis repetat, cuius generis est epilepsia, podagra. Quum autem complures sint ueratri poriendi rationes, simplicior quidem, & præparatio potius ad helleborismum idonea hæc est.

Præparatio raphanorum cum helleboro.

Raphanis prius arundine perforatis hellebori albi optimi radicum præsegmina infigãtur, noctemq; integram dimitãtur, postridie proiectis præsegminibus, raphanos minutissimè cõcisas cũ oxymelite modo prædicto lãguẽti, procliuiori uidelicet ad uomitus, exhibeto: et interpositis memoratis horis, ad uomẽdum cogito. Helleborismi peculiaris modus is est: † *Veratri optimi uncias duas in aquæ hemina prius dieb. quinq; maceratas, donec aquæ pars tertia relinquatur, decoquito: expresso deinde uero, aquæ, tantũdem mellis admisceto, rursumq; tantisper dũ crassitudinẽ induat elixatam, uomitu præexercitato laboranti, ieiuno, obita concoctione, ubi aluus ultro uel clystere solicitata, responderit, ad demonstratum antea modum semel atq; iterum, pro ratione uirium, præbeto. Efficacissimus uerò omnium modus eiusmodi est, concisis ueratri radicibus ad instar sesami (nam in pollinem contusæ uirium efficacia suffocationes efficiunt) Imbecillioribus cũ succo ptisanæ aut halicæ, aut id genus aliquo duas drach. ad summum, ad minimum autem drach. ueratri elixatum, potui dato. Robustioribus uerò in aqua calida siue mulsa. Incipit aut helleboro irritata purgatio post treis aut quatuor horas, at qui lentius inchoant, melius purgantur. Cunctãtibus autem nimium diu uomitibus, melicratum potui exhibita ad uomendũ impelle, irritando immissione pinnarũ oleo infectarũ: quod si ne tum euomat quidem, in balneũ abducendus est. Vbi iam uomere ordiuntur, si quidem † rationabilis fuerit euacuatio, nihil moliendum negocij: sin autem angantur & conuellantur, hydrelæum potui dato, pariterq; per inferiorem uentrem ipsis subducendi uis quædam inditur, quod alioquin in his qui helleboro utuntur, quandoq; euenit. Vnde medicamenti aceruationem longe facilius ferunt. Qui animo deficiũt, eos odoramentis & similibus resocillato, atque alijs quæ, ut credibile est, superueniunt symptωmatis consimiliter succurre. Facta autem exuberanti purgatione, non alere modò, uerùm somnum etiam conciliare expedit, & alia, quem-*

Hellebori decoctio.

Helleborus sumptus quando operetur.

modica

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Pastillorum scilliticorum præparatio.

Scillã luto seu fermẽto farinaq; ad pinsendũ macerata delibutã modera adipe
tè torrefacito. Inde medullæ ipsius partes duas cũ erui farinæ parte una cõ terito, et in pastillos cõcinnato.

Pastillorũ theriacaliũ præparatio.

Pastillos theriacos cõcinnaturus, sumito uiperas quatuor aut quinq;, giluo colore, recensq;, captas, & amputata circa caput & parte utrinq; quatuor digitorum mensura, detracta senectute tota, & exemptis interaneis, reliqua in fictili noua addito sale et anetho mediocri coquẽda sunt, tãtisper dũ spinæ à carnib. separantur, deinde his exemptis, et carnibus exactè à spinis repurgatis, admixtoq; compari modo panis puri, omnia pariter cõterito et orbiculos formato, manu opobalsamo imbuta, et in umbra refrigerato.

Theriaces antidoti præparatio.

Pastillorum scilliticorum drachmas quadraginta octo, pastillorum theriacalium, unginis hedychroi, cinnamomi, piperis communis, succi papaueris, uniuscuiusq; drachmas uigintiquatuor, rosarum aridarum quindecim, purgamentorum scordij, napi seminis, iridis Illyricæ, agarici, glycyrizæ, succi balsami, singulorum drach. duodecim, myrrhæ, croci, zingiberis, rheu põtici, radicis quinquefolij, nepitæ, floris iunci rotundi odorati, marrubij petroselini, stœchadis, costi, piperis cãdidi et lõgi, dictamni florũ, thuris masculi, resinæ terrebinthinæ, mastiches, cassiæ nigræ, spicæ nardi, florũ polij, styracis, apij seminis, seseleos, thlaspis, ammeos, trixaginis, chamæ pithyos, succi hypocistidis, malabathri, nardi Gallicæ, nardi, mei, gentianæ, anisi, fœniculi seminis, Lemniæ sigillatæ, chalcitidis assæ, amomi, acori, balsami, phu, opij, hyperici, acaciæ, gũmi, cardamomi, singulorũ drach. quatuor, seminis dauci, galbani, sagapeni, bituminis, opopanacis, castorij, cẽtaurij, aristolochiæ sarmentariæ, cuiuslibet drach. duas, mellis Attici libras decem, uini phalerni sextarios duos: Mittito in mortariũ opium, hypocistida, myrrham, sagapenũ, glycyrizam, styracem, acaciam, opopanacem, mellis pusillũ, instillans cõtusaq; dissoluito: postea uini tantum infunde, ut id cætera superet, per triduũ macerato, mox reliquas species cõtusas unito, et cõmittito, mel despumẽtur. Reponitur aũt in uase argenteo aut uitreo non admodũ referto, et identidem deoperculatur. Vsus ipsius, si quidem res urget, in ferarũ morsibus cõmendatur, uenenisq; sumptis, si post ætatis septenniũ põticæ nucis quãtitas cũ uini cyathis tribus, bis in die potetur. Pari modo facit his, qui citra manifestã occasionẽ periclitãtur, corporis corruptione, letalis medicamenti qualitatẽ imitante, ueluti in pestilentialib. plerũq; accidere cõsueuit, indies semel. In alijs uerò affectionibus usus eius, à decẽnio, ad anũ usq; uigesimũ celebratur. Contra tus- In quibus utendum theriaca.

ſes autem, et pectoris dolores ſeu lateris, febre quidem carentibus cũ œno melite: febricitantibus uerò cum hydromelite ſub noctem fabæ Aegyptiæ magnitudo conducit. Sanguinem eiectãtibus cũctis, ſi recens malum, expoſca: Si diuturnius, ex conſolidæ decocto, fabuli Aegyptij quantitas, tum matutino, tum ueſpertino tempore præbetur. Inflatis autem, et his quicirca umbilicũ torminibus infeſtãtur, aut cœliacis, mane in aqua calida eiuſdẽ fabæ inſtar. Appetentiã prætereà intenſam excitat. Rigore, algore, et bilis uomitu, ante acceſsiones pota, liberat. Mẽſes cit, et fœtus mortuos expellit, fabæ Aegyptiæ magnitudo cum melicrato, uel paſſo, in quo ruta atque dictãmus elixa ſit, pota. Aduerſus autem extremam raucedinem cum ſeorſim, tum addito tragacanthæ duplo, ex œnomelite aut paſſo ſumpta, retentaq; ſub lingua & colliquata, lienoſis & iocinoroſis ex poſca, ſi ſcirrhus urgeat, cum oxymelite uel aceti ſcillitici ſeſquicyatho. Datur nephreticis cum oxymelite fabæ Aegyptiæ magnitudine, dyſentericis tãtundem cum decocto rhu, tam mane quàm ueſperi. Medendis prætereà hebetudinibus, ſumme cõfert, ſic tẽperata: Antidoti & opobalſami ſextãs mellis cyathus mixta paulatim illiniuntur, extergit porrò dẽteis. Pleriq; uerò præſeruandæ, ualitudinis gratia fabæ Græcæ inſtar, noua luna ſumunt, ubi coctrix facultas probè officiũ peregerit, cum mellis cochliario & aquæ cyathis duobus. Pari quoq; modo in peregrinationibus eadem utuntur dum iter faciendo peſtilentes quaſpiam auras uel aquas olfacere ſuſpicantur.

abolitam

Sales Theriaci.

Ex calce libri in locum ſuum repoſita.

Ante Mithridatium hic antidotũ ſales theriaci ordinandi ſunt, qui ſanè ex uiperis temperantur ad hunc modum: Sumito uiperas ſtatim è uenatione quatuor, deinde ſalis ammoniaci uel communis modium Italicum, quocum, in mortario obiter gentianæ libram & dimidiam, mali terræ rotundi tantundem, comætenuis centarij libras duas, cardamoni, marrubij, ſingulorum uncias ſex, ſcordij, apij, chamedryos Cretici, cuiuſq; libram ſeminis rutæ domeſticæ ſextaros duos, melle hæc Attico non minutim contundito, medium ipſorum in ollam nouam cõijcito, deinde uiperas uiuentes quatuor, mox ſquillas tenellas recentes quinq; minutim conciſas, illis adijcito, ſic aliam mixturæ partem ſuperinijcito: & ubi ollam accurate operculaueris, tribus aut quatuor foraminibus eandem perforato, quo per ea uapor tibi concoctionis menſuram ſignificet. Principio nanque fumus ingens proſilire uidebitur, caliginoſus, & ualde turbidus, ignem iam feras contigiſſe ſignificans, ubi ſummo ſtudio animaduerte, ne huius fumi aërem ex ſerpentium exhalatione infectum attrahas: deinde ubi uapor euanuerit, & tenuem quandam flammam per

foramina.

foramina eijci conſpexeris, tum ſanè ipſas quamoptime aſſatas conijcito, ollaq; ita ab igne remota, perq; diem & noctem refrigerata, per apertam ipſam carbonas eximito, & accuratè contundito, atq; cum ſubſcriptis mixtionib. per cribrũ traijcito: ſeminis rutæ ſyluestris, hyſſopi. Cretici, cuiuſque unc. 9. ſeminis fœniculi, nardi Celticæ, ſtachyos Scythicæ, cuiuslibet uncijs ſex, petroſelini Macedonici, foliorũ malabathri, cuiuſq; † unc. una, racemi amomi, ormini ſeminis torrefacti, ſingulorum uncijs tribus, ſummitatũ origani, cacuminũ thymi, ſingulorũ † ſextante, baccarũ iuniperi, piperis albi, fœniculi, ſingulorũ libris octo, laſerpitij radicis dextãte, ſeminis coriandri, zingiberis nõ corroſi, ſatyrij ſeminis uel radicis, pulegij, ſeſeleos maſſaliotici, mentæ cuiuſq; ſexunce, caßiæ fiſtulæ ſextante, cinnamomi uncia. Ipſe quidem beſtijs non combuſtis præparaui, ſed ipſarũ paſtillis, ueluti in theriaca docui, reliquis quæ cũ feris deuruntur, admixtis, quò amaritudinẽ, qua prædita ſunt, per aduſtionẽ abijciãt, tãta paſtillorũ menſura adiecta, quantã uiperas quatuor numero habere cõiectura aſſequi licebat, & ſales hoc modo uerè præſtantißimi euaſerũt. † triente dodrante

Antidotus Mithridatica ex ſcĩnco.

Myrrhæ troglodytidis, zingiberis, cinnamomi, ſingulorum drach. decem, ſpicæ nardi, thuris, thlaſpeos, opobalſami, floris iunci odorati, coſti, ſtœchados, ſeſeleos, galbani, reſinæ terebinthinæ, piperis longi, caſtorij, ſucci hypociſtidis, ſtyracis, foliorum malabathri, uniuſcuiuſq; drach. quatuor, caßiæ nigræ, polij, piperis candidi, ſcordij, ſeminis dauci, carpobalſami, cipheos, bdellij, nardi Celtici, gũmi, petroſelini, opij, cardamomi, ſeminis fœniculi, gentianæ, foliorum roſarum, cuiuslibet drach. octo, dictamni, aniſi, acori, phu, ſingulorum drach. tres, mei athamãtici, acaciæ, uentris ſcingi, hyperici ſeminis, uniuſcuiuſq; drachma una cum dimidia, uini mellisq; quod ſatis eſt: præparato inſtar theriacæ, inquit GALENVS. Ad quæcunq; illa conducit, ad eadem hãc quoq; prodeſſe idem aſſerit, præterquã ad uiperæ morſus: ad hos nãq; theriaca efficaciores uires obtinet.

Antidotus ex ſanguinibus, ad omnia uirulenta, & ad letalia medicamenta.

Capit piperis cãdidi, & longi, coſti, acori, phu, aniſi, dictamni Cretici, ſingulorum drach. duas, amomi, opobalſami, ſeminis rutæ ſyluestris, fœniculi ſeminis, cymini Aethiopici, anethi, ſanguinis maſculi anatis aridi, ſanguinis hœdi, ſanguinis anſerini, fœminæ anatis ſanguinis, buniadis ſyluestris ſeminis, uniuſcuiuſq; drach. 3. gẽtianæ radicis, trifolij, floris iunci odorati, libanoti, roſarũ aridarũ, cuiuslibet drach. 4. cinnamomi drach.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

tũ, melle præstantißimo cõmitiali laborãtibus singulis diebus cochleariũ præbeto: pueris quidem paruum, adultis uerò capatius ipsiq; scillæ substantia cum melle læuigata, cochliarium exhibeto. Secundum uerò locum hoc obtinet potentia.

Philonis antidotus.

Constat ex piperis albi drach. uiginti, alterci drach. octo, succi papaueris drach. decem, croci quinq;, pyrethri, euphorbij, spicæ nardi singulorum drach. mellis Attici, uel alius primi meriti apprime decocti quantum satis est. Dato adultis nucis auellanæ quãtitatem, minoribus fabuli instar, pueris ciceris magnitudinem. Est autem hoc maximè indolorium, & somnum concilians medicamentum.

Athanasia dolorem sopiens, pluritidi consecrata Oribasij.

Cassiæ drach. octo, spicæ nardi, amomi, croci, opij, styracis, myrrhæ, costi, singulorũ drcah. quatuor, mellis despumati quod satis est. Exhibetur modo Philonis antidoti.

Antidotus è duobus piperibus, uirib. atanasiæ consimilis.

Cardamomi, castorij, opij, uniuscuiusq; drach. treis, myrrhæ, costi, piperis tum lõgi, tum cãdidi, galbani, cuuslibet drach. treis, croci totidem, melle decocto excipiuntur, quantitasq; fabæ exhibetur.

Διὰ κωδείων κεφάλων ἐφθήματος hoc est, ex capitibus papaueris & defruto.

Capita papaueris uiridia inaquosa octo aut decem, ubi suspẽderis, decoquito diem unum, & glycyrixæ unciam. Macerata in sapę sextario, simul quoad tabefiant elixato, quamprimum mediocrem induerint crassitudinem ab igne remota adseruato. Vtere in his qui febre oppressi uigilijs infestantur, & quando ex capite tenuis in pectus se insinuat fluxus.

Διὰ κωδείων κεφάλων μέλιτος, id est, ex papauerum capitibus, & melle confectio.

Papauerũ capita (quemadmodũ prædictũ est) & glycyrizæ unciam, in aqua pluuia siue fontana, mensura sextarij usq; ad colliquationẽ decocta, ubi expresseris, in decoctũ mellis xestam dimidiã cõijcito, adq; crassitudinem usq; elixato. Dato quibus præter quam dolorũ mitigationẽ, somni conciliationẽ, etiam purgatione & absterßione humorum, pectoris, pulmonis, atq; renum, opus est.

Diacodium compositum.

Aquæ in qua papauerina capita decocta sunt iuxtà memoratam conuenientiam sextarium, uini passi heminas duas, mellis libram, croci, succi hypocistidis, singulorum drachmas quatuor, coquito ad spissitudinem.

Stomacho

Stomacho autem ſalubrior eſt confectio ex melle, & capitum papauerinorum decocto, & malis cotoneis temperata. Efficacior *autem euadit, ſi cum capitibus papaueris aqua melliotum & glycyrizam decoquas.*

Ex marrubio linctus. phthyſicis in primis efficax.

Marrubij comarum libram in aquæ cotylis ſex, donec tertia pars relinquatur elixatam, herbam porricito, inijciendo autem aquæ mellis craſſitudinem, exhibe cochliarium.

Ex marrubio confectura compoſita.

Marrubij comæ, ireos Illyricæ, hyſſopi, pulegij, glycyrizæ, apij, ſingulorum uncias duas, caricarum pinguium uncias treis, nuclei pinei reſinati quadrãtẽ, cõtunde obiter in craſſas parteis: arida cum carycis in aquæ ſextarijs tribus irrigato, & coquito ad tertias: deinde aquæ colatæ, mellis libras duas infunde, & ad melleam ſpiſſitudinem decoque.

Medicamentum ex eruis.

Amygdalorum amarorũ unciæ duæ, farinæ erui unciæ quatuor, hyſſopi tantundem, ireos uncia ſemis, nucleorum pineorum frictorum ſextans, mellis ſextarius, uel quantum res exigit.

Medicamentum quod Διὰ κυδωνίου inſcribitur.

Iris Illyricæ uncias quatuor, eruorum tantundem, hyſſopi, ſeminis urticæ, glycyrizæ, fœno græci, uniuſcuiuſq; uncias duas, bulborũ unc. quatuor, ſeminis lini toſti totidẽ, nigellæ diobolos duodeuiginti, pulegij grammata ſex, nucleorum pineorum toſtorũ unc. 2. piperis ſcrupulos ſex, mellis quod ſatis eſt.

Antidotus Sotira.

Spicæ nardi dioboli undequadraginta, myrrhæ dioboli uigintiſeptem croci dioboli triginta ſeptem, caſtorij dioboli undequadraginta, opij dioboli triginta ſex, petroſelini dioboli quatraginta quinq;, aniſi octo, apij ſeptem, iunci rotundi odorati florũ dioboli triginta ſex, caſſiæ dioboli duodecim, piperis longi tantundem, ſeminis ſinonis grammata ſex, ſtyracis octodecim, amomi, ſeſelis utrinq; duodecim, hedychroi, coſti, aſarci, ſingulorum dioboli duodeuiginti, mellis quantum ſatis eſt.

Διὰ σύρακος bechicum, hoc eſt, ex ſtyrace, tuſſi medendo.

Amomi, caſſiæ, ſingulorum ſextans, ſtyracis, ſpicæ nardi, uniuſcuiuſq; ſeſquiuncia, croci, piperis albi, cuiuslibet uncia, mellis ſextarius: detur cochliarium.

Medicamentum Philoxeni, cuius uſus eſt in purulentis & diutinis rheumatibus obnoxijs.

Reſinæ terrebinthinæ drachmas uigintiocto, nardi ſedecim, myrrhæ ſtillatitiæ

ſtillatitiæ ſex, cardamomi, bulborum, uniuſcuiuſq; drach ſex, croci duodecim. galbani ſedecim, amygdala amara octoginta, mellis hemina: ex aqua potatur fabæ Aegyptiæ magnitudo.

Eſdra πολύχρηστος, hoc eſt quæ multis affectibus congruit, potenter deſiccat

Amomi ſcrupulos ſex, croci ſcrupulos duodeuiginti, ſeminis dauci ſeſquiſcrupulum, ſeminis fœniculi ſcrupulos treis, caſſiæ ſcrupulum unum & dimidium, florum iunci odorati ſcrupulos quatuor & ſemiſſem, cinnamomi ſcrupulos treis, ſucci hypociſtidis ſcrup. quatuor & dimidium, ſulphuris quincuncẽ, ſeminis papaueris ſcrupulos quinque, pyrethri ſcrup. treis, petroſelini ſcrupulum unum & ſemiſſem, ireos Illyricæ ſcrupulos ſeptem & ſemiſſem, herbæ Appollinaris ſeminis ſcrupulos tredecim & dimidiatum, ſpicæ nardi ſcrupulos ſeptem & dimidium, rutæ ſẽminis ſcrup. unum & ſemiſſem, anethi ſcrup. treis, cardamomi unc. treis, roſarũ exiccatarum quatuor & dimidiatum, nerij floris ſcrupulum unum cum ſemiſſe. Eſt autem ueluti lobus ac ſiliqua unde oritur roſa: rhododaphnes, & roſæ ipſius ſingulorum ſcrup. tres, rheu, gentianæ, uniuſcuiuſq; ſcrup. ſex, hedychroi unguenti ſeſquiſcrupulum, tragacanthæ ſcrup. quindecim, lycij ſex, foliorum citrij tandundem, ſeminis ocimi ſcrupulum unum cum dimidio, aniſi tres, coſti, mirrhæ, cuiuslibet ſcrup. ſex, bdellij ſedecim, ſucci artemiſiæ tredecim, rhu Syriaci uigintiquinq; & dimidium, aſari, uentris miergi, lapidis iaſpeos, ſingulorum ſcrup. treis, piperis quindecim, caſtorij ſeſquiſcrupulum, cretæ cimoliæ ſcrup. ſex, ſiſonis, ſtyracis, uniuſcuiuſq; ſcrup. nouem, opobalſami duodecim. ſereos ſeſeleos ue herbæ ſcrupulum unum & ſemiſſem, mellis uncias uigintiocto, uini quantum ſufficit.

Medicamentum ex malorum coroniorum carnibus.

Malorum coroniorum purgatorũ libræ tres, decoquuntur in uini peruetuſti ſextarijs tribus, deinde teruntur, quibus piperis, aniſi, lybiſtici leuigatorum uniuſcuiuſq; uncia injicitur. Sunt qui zingiberis unciam dimidiam, nec deſunt qui pro uino acetum affuderunt.

Medicamentum ex ſuccis malorum, appetitus à cibis auerſionib. & ægris concoctionib. idoneum.

Succi malorum cotoniorum maturorum, mellis boni, ſingulorum ſextarij duo, aceti ſextarius, zingiberis quadrans, piperis alb: ſextans, ad craſſitudinem coquuntur: hoc Galenus frigore inhorrentibus præparabat. Cæterum in quibus bilis, inquit, abundat, abſq; pipere et zingibere conficitur.

Meloplacuntii præparatio.

Pomorum cotoniorũ mundatorum libræ ſex, in uino elixantur, donec

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Picra, id est, Amara, GALENI.

Accipit aloës drach. centum, ligni balsami, mastiches, croci, spicæ nardi, asari, cinnamomi, singulorum drach. sex Sunt qui etiam iunci rotundi odorati floris, & cassiæ, uniuscuiusq; denarios sex admisceant. Exhibe drach. in hydromelite.

Picra ex oxymelite, ad stomachicos, fœminarumq; locellos, & aquam inter cutem efficax.

Aloës unciæ quatuor, folij sextans, costi, cassiæ, amomi, ireos, singulorũ drach. radicis corticis fœniculi libra, mastiches, nardi Celticæ, zingiberis uniuscuiusq; drach. piperis drach. mei drach. aceti sesquisextarius, mellis tantundẽ. Fœniculũ decoctũ prius in aceto proijcitur, deinde infunditur mel: et ubi decoctũ fuerit ad crassitudinẽ melleã, reliqua trita & læuigata insparguntur.

Medicamentum σὺς λυκίς, ideſt, ex lupino iocinore, optimum.

*Gẽtianæ, chamæpityos, petroselini, marrubij succi, arcij, sinapis, scolopẽdrij, panacis radicis, minij, rubiæ, seminis brassicæ, aristolochiæ lõgæ, piperis albi, spicæ nardi, costi, seminis erucæ, radicis eringij, pollij, echij, eupatorij, baccarũ iuniperi, lupini hepatis, enulæ cãpanæ, æquas portiones melle † decocto excipe. Exhibitio est auellanæ quantitas cum mulso * non cocto.* crudo cocto

Theodoretus Ἀνακαρδίωρ, hoc est, diuinum munus, ex anacardijs.

Anacardiorũ sescuntia, croci, cassiæ, folij, spicæ nardi, caryophylli, mei, agarici, rotundi odorati iunci florum, rheu, epithymi, singulorum drach. quatuor, acori, piperis, uniuscuiusq; sesquiunciam, aloës quadrans sarxiphagæ, mastiches, iridis Illyricæ, cuiuslibet sescũtia, myrobalanorũ uncia, mellis libræ sex, uel quod satis est.

Theodoretus aliter apparata, absq; anacardijs.

Aloës drach. sexaginta, agarici uigintiquatuor, croci, cassiæ, rheu ponti ci, acori, cinnamomi, mastiches, singulorũ drach. decẽ, costi, seminis rutæ, piperis albi, uniuscuiusq; drach. octo, spicæ nardi drach. tres, ligni balsami, asari, trixaginis, mei, uniuscuiusq; drach. quatuor, mellis quod satis est. Quidã his etiã anacardia duo adijciũt: Dosis drach. 2. cũ aqua mulsa.

Cyphoides iocinorosos, & thoracis uitia emendans.

Vuæ passæ carnis drach. uigintiquinq;, croci drach. calami drach. duæ, bdellij drach. duæ & dimidia, cassiæ denarius unus et dimidius, cinnamomi triobolus, nardi triobolus, † lentisci drach. duæ, myrrhæ drachmæ quatuor, resinæ terebinthinæ tantundem, ramenti aspalathi oboli duodecim, iunci

mellis drachmæ ſedecim, uini quantum ſatis eſt.

Alia cyphoides Alexandri.

Habet croci, cinnammomi, bdellij ſingulorum drach. quatuor, mirrhæ, calami, uniuſcuiuſq; drach. duas, bituminis, florũ rotundi iunci odorati, cuiuslibet drach. tres, caſſiæ, nardi, ſingulorum drach. reſinæ terebinthinæ drach. ſedecim, uuæ paſſæ carnis drach. centum ſexaginta, mellis ſeſquiheminam, uini Chij quod ſatis eſt.

Διὰ βακάυς hepaticum.

Bacani uncia, coſti uncia, fólij ſcrupuli octo, piperis albi ſcrupuli ſex, ſpicæ nardi tandundem, mellis quantum ſufficit. Datur cochliarium cum temperatura condîti.

Zopyrus antidotus.

Myrrhæ drach. quinq;, croci, caſſiæ, ſingulorũ drach. quatuor, cinnamomi drach. tres, ſpicæ nardi drachmæ duæ, rotundi iunci odorati floris drach. duæ, piperis albi ſeſquidrachma, thuris drach. coſti drach. mellis quod ſufficit.

Pæonia antidotus, Manus medicatrix

Styracis calamitæ drach. ſex, thuris, amomi, croci, ſingulorũ ſeſcũcia, ſpicæ nardi drach. ſex, phylli drach. duæ, piperis candidi drach. ſex, & cõmunis drach. octo, myrrhæ uncia, mellis quantum opus eſt.

Doſithei catapotia iecori accommodata.

Aloës uncia, ſpicæ nardi, fólij, coſti, ſingulorum grãmata duo, agarici octo, maſtiches tredecim, epithymi quatuor, rheu ſcrupulum.

Oxymel ſplenicum, hoc eſt, ad lieni efficax.

Oxymel lieni dicatum concinnatur ex corticis radicis capparis, ſcolopendrij, ſpicæ nardi, aſari, iridis, florum iunci odorati, florum cyperidis, aniſi, cymini, fœniculi, acori, ericæ fructus, ſingulorum uncia, fóliorum tamaricis, fóliorum ſalicis, apij radicis, arboris thuris, ſcillæ, uniuſcuiuſq; ſextante aceti ſextario mellis ſextarijs tribus, ammoniaci thymiamatis.

Deſideratur pondus

† Præpara admodum ſcillitici. Offer cochliaria duo.

Oxymel laborantibus calculo idoneum.

Saxifragæ, betonicæ, graminis, adianti, ſpicæ nardi, carpeſiæ, aſari, eringij, ſingulorum uncia, petroſelini Macedonici, ſeminis rutæ, uniuſcuiuſq; uncia ſemis, fœniculi uiridis, iridis, ſcillæ aſſatæ, chamædaphnes cuiuslibet ſextans, corticis radicis capparis quadrans, ſiorum ſextans, aquæ, aceti, mellis, ſingulorum ſextarij bini.

Phuſca lapides confringens.

Pulegij, maſtiches, apij ſeminis, mentæ aridæ, ſingulorum uncia, ſalis communis

cõmunis torridi lib.1.seminis corij,spicæ nardi,anisi,ammeos,uniuscuiusq; scrupuli sex,phylli scrup.quatuor, piperis candidi unc.semis uel cõmunis uncia, lithospermatis selibra, betonicæ tãtundẽ, aceti præstantis sextarij quinque,omnia contusa & cribellata,& in læuorẽ trita, per triduũ aceto macerata dies quadraginta in solato. Quũ uerò usus postulabit,in decoctũ ciceris nigri, & radicis asparagi, apij itẽ & adianti binas aceti heminas infunde,et in calido balnei alueolo laborãti potui dato. Quidã medicamenti ex prædictis speciebus aridi diobolos duodecim cũ posca memoratarum herbarũ decocto temperata exhibuerũt, nec quicquã minus proficit pharmacum. Conditum calculos atterens.

Piperis albi,saxifragæ,spicæ nardi,lithospermi,betonicæ,singulorum unc.petroselini, phylli uniuscuiusq; sesquiuncia, seminis rutæ syluestris semuncia,mellis sextarius,uini ascalonitis sextarij sedecim.

Medicamentum ex sanguine hircino.

Quando uuæ præmaturitate nigrore suffundi cœperint, hirci ætate florentis sanguinem colligito, & in sole exiccatum, calculo laborantibus pondo cochlarij cũ passo Cretico præbeto. Sunt uerò qui amomi,et phylli singulorũ quadrantẽ commisceant: alij myrrhæ etiã scrupulos quatuor.

Medicamentum διὰ τεττίγων, hoc est ex cicadis, renum doloribus expediens.

Diatettigon accipit lithospermi,raphidis piscis cremati,seseleos,uniuscuiusq; unciam,ammeos,cucumeris satiui seminis,saxifragæ, uuarum passarum acinis exemptis,seminis althææ, phaseoli candidi, lenticulæ,singulorum unciam dimidiam, spicæ nardi,phu,mei, lapidum ex spongijs cuiuslibet drach. adianti,seminis paliuri interanei, siorum aridorum, radicis rubi,graminis,polypodij,uniuscuiusq; drach.treis,sanguinis hircini exiccati, ut dictum est, diobolos sex, cicadarum aridarum, amputatis & abiectis capite,alis, & pedibus, unc.quatuor.piperis albi drach. sex, mellis decocti quod satis est. Datur nucis auellanæ quantitas in condîto, uel decocto tribuli,uel saxifragæ,uel senorũ,uel radicis asparagorũ, uel graminis, aut quinquefolij,aut radicis herbæ lanariæ.

Διὰ τοῦ λιθοσπέρμου, ideſt, ex milio ſolis pharmacum.

Lithospermi,betonicæ,saxifragæ,petroselini,piperis albi, pares singulorum modi cum melle excipiuntur.

Διὰ πραστοσπέρμου, hoc eſt, ex ſemine marrubino.

Piperis albi & atri,dauci Cretici,seminis cucumeris domestici,seminis fœniculi, marrubij seminis,petroselini Macedonici, pyrethri, zingiberis, phylli,singulorum uncia, mellis quantum exigit incorporatio.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

autumnali, quod est circa uicesimumquartũ diem mensis Septembris, atq; diebus deinceps quinquaginta accipito: & undeuiginti intercallatis diebus, ad eandem te antidotũ conuerte, atq; ita donec dies quibus accipis, trecenti sexagintaquinq; impleantur, peragito. Sub Cane autem omnes dies uacato, hoc est, à uigesimoquarto die Iunij, usq; ad Augustum completum. A Venere porrò & carnibus, maximè procinis, & salsamento, garoq;, & beta, dauco item & menta, lactucis crudis, & peponibus abstinendum est. Ex piscibus uerò capitonibus, seu gomphis, commaris, molli & testacea cute præditis, atq; à leguminibus cunctis, & omnibus, ut summatim perstringam, quæ crassum humorem generant. Vino itidem secũdario, nigroq; & multo. Lauandũ quotidie, & exercitationibus indulgendũ, uel pedũ officio, uel equo, uel lectica, uehiculóue. Cæterũ qui habitu sunt aridiore, & uberiore uictus ratione utuntur, nullo incommodo afficiuntur.

Antidotus Agapeti Podagrica.

Folij, rheu barbarici, croci, spicæ nardi, myrrhæ troglodyticæ, costi, trixaginis, singulorum uncias duas, aloës hepaticæ uncias quinq;, hyperici, pæoniæ, uniuscuiusq; uncias treis, mali terræ longi, phu, mei, damasonij, anagallidis, cuiusq; uncias quatuor. Modus autem utendi idem, omnino est cum Diacorallio.

Antidotus Atactos podagrica.

Folij, mei damasonij, anagallidis cyaneum florem habentis, erythrodani, mastiches, croci, cassiæ, aloës hepatiditis, gentianæ, trixaginis, singulæ unciæ, caryophyllorum, asari† albi & atri, singulorum uncia semis, spicæ nardi, myrrhæ, rheu barbarici, radicis pæoniæ, mali terræ longi, & rotundi, cuiuslibet uncias duas. Vsurpatio eius superioribus similis est. desideratur, piperis

Procli podagræ, coxendicis doloribus efficax compositio.

Trixaginis dodrans, centaurij bes, aristolochiæ septunx, gentianæ libra, hyperici quincunx, petroselini Macedonici triens, mei quadrans, agarici sextans, phu uncia, mellis Attici heminæ duæ.

Διὰ τ ζ', id est, ex septem concinatum, ad eadem.

Hyperici, aristolochiæ lõgæ, singulorũ uncia, cẽtaurij, chamæpityos, agarici uniuscuiusq; quadrãs, trixaginis unciæ sex, gẽtianæ quicũx. Nõnulli petroselini quoq; unciã inserũt, mellis denarios quinq;. Exhibetur drach.

De pastillis. Caput. XII.

PAstillos Græci ab efformationis figura προχίσκους, id est, orbiculos appellant. Sunt autem pastillorum genera tria, alij ποτιμοι, hoc est, potabiles, alij ἐκτικοὶ, id est, infusiles, qui per anũ immittũ

tur,

tur, alij κατάχρισοι, quod est inungibiles. Potabilium itaq; quidam dicuntur ἐπιχριτικοὶ, quasi dicas retẽtiui, eo quod alui, uel sanguinis uel, alias quascunq; fluxiones refrigerando, uel astringendo, uel infarciendo, aut desiccando compescant: cuius farinæ sunt, pastillus ex spina Aegyptia effigiatus, et ex seminibus concinatus, atq; id genus alij. Quidã dolorem sedant uel quod sensum stupefaciendo torporem inducant, ueluti Crocodes, uel, quod humores dissipant atq; diffundunt: cuius generis sunt qui ex aromatis conficiuntur. Quidam ab meatuum oppilationibus iecur, lienem, & renes uindicant, è quorũ classe sunt, qui ex amygdalis amaris formantur. Ex his autẽ quæ in aluum infunduntur, alicui acrimonias obtundunt, ueluti in torminibus intestinorum, cuiusmodi sunt ex pompholyge, & amylo, & terra Samia, & ex cremore ptisanæ, uel eiusdem sortis alij. Alicui uerò astringendi facultate præditi, uentris & sanguinis fluxiones sistunt, ueluti qui alumine, acacia, & omphacio cõstant: uerbi causa, pastillus Philippi, uel ex accantha Aegyptia cum succo rosarum, uel plantagine infusi. Alicui deurendi uim obtinent, quorum usus in torminibus intestinorum, quæ hulcera depascentia experta sunt, probatur, ex sandaracha, auripigmento, calce, charta combusta compositi. Cum succo uerò lentium aut oryzæ ablutis prius muria immitãtur intestinis, ubi alimentũ antea poculentumq; languentes sumpserint, quo nihil uiriũ medicamenti, ad stomachum rapiatur. Conducunt autẽ hi, qui in aluum infunduntur pastili, potissimum affectionibus, quæ circa sumen sub umbilico ingruunt: superius enim uires ipsorum nõ perueniunt. Qui uerò illiminuntur, uiribus illis qui infunduntur, respondent. Cæterum styptici, in herpetibus, exanthematibus, intertriginibus, sanguinis eruptione, destillantibus ac fluidis hulceribus, conferunt: è quorum numero est, Andronis & Polyidæ. Qui uerò hebetant, carbunculis, & uitiosa consuetudine hulceribus competunt, ueluti Leucus appellatus & dialotarion. Adurentes autem orbiculi, perinde atque prædicti (cuiusmodi censentur et Phaustiani) medendis serpentibus, uerendorum sedisq; hulceribus, pterygijs item, & carnosis narium uitijs expediunt.

Pastillus After.

Croci, opij, castorij, spicæ nardi, cassiæ, myrrhæ, Lemnij sigilli, corticis mandragoræ, singulorum uncias quatuor, dauci, apij, anisi, seseleos, seminis alterci, styracis, uniuscuiusq; drach. octo: uino læuigabis.

Pastillus Trigonus.

Seminis apij, seminis herbæ Apollinaris, uniuscuiusq; drach duæ, anisi drach.

drach.quatuor,opij drach.tres,aqua diluuntur.

Pastillus ex seminibus.

Seminis anisi,ammeos,fœniculi,singulorum drach. quatuor, seminis apij,opij,seminis hyoscyami,uniuscuiusq; drach.duæ, aqua teruntur.

Pastillus Crocodes,id est,Croceus.

Anisi,dauci Cretici seminis,uniuscuiusq; drach.quatuor,myrrhæ,castorij,singulorũ drach.duæ,croci,opij,cuiuslibet drach.tres,seminis apij,styracis, uniuscuiusq; drach. 4.seminis alterci drach.sex, aqua conterũtur.

Pastillus,diarhodos.

Acaciæ,commeos, rosarũ,floris balaustiorũ, hypocistidis succi,gallarũ,uniuscuiusq; drach.tres,succi rosarum uiridium, seminis plantaginis, cuiuslibet drach.lycij Indici drachma.

Pastillus Diacoralliu,id est,ex corallio.

Seminis alterci,thuris,singulorum drach.octo, terræ Samiæ, corallij, rubricæ sinopidis, opij, uniuscuiusq; drach. quatuor,amyli,balaustiorum cuiuslibet drach.duæ,succo polygoni excipiuntur.

Pastillus ex electro.

Herbæ pulicaris quincunx,mastiches triens,scobis electri,iridis,croci,singulorum †triens,opij *sextans. denarij 30. denarij 15.

Pastillus ex spina Aegyptia.

Spinæ Aegyptiæ,rhu, thuris,acaciæ, aluminis fissi, succi hypocistidis, gallæ,Lemnij sigilli,corallij,consolidæ,Samij asteris,aloës,ladani, singulorum partes æquales uino excipiuntur.

Pastillus alius,quem GALENVS Aphrodisiasticon clidion inscripsit.

Florum mali Punicæ satiuæ,florum mali Punicæ agrestis, succi hypocistidis,acaciæ,singulorum drach.sex,lycij,rheu Pontici,opij, uniuscuiusque drach.quatuor,myrrhæ drach.duæ,uino ex baccis myrti,uel elixatione rosarum,aut myrtorum iure excipiuntur.

Clidium Oribasij dysentericum & cœliacum.

Gallæ omphacitidis drach.octo,opij drach.quatuor,aqua in pilulas effingito,& deglutiendum treis aut quatuor exhibeto.

Pastillus è cornu cerui,dysenteria & sanguinis excretione laborantibus accommodatus.

Cochlearum drach.duodecim,cornu ceruini deusti,gallæ exiccatæ,acaciæ arefactæ,uniuscuiusq; drach.quinq;,oboli duodecim,myrtorũ nigrorũ quindecim,opij torrefacti,hypocistidis succi, singulorũ drach. quinq;,

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Nera Pastillus ex collectaneis Heræ.

Myrrhæ, aloës, croci, uniuscuiusq; drach. octo, aluminis fissilis drach. centum, aqua subiguntur.

Polyidæ Spragis.

Aluminis fissi drach. quatuor, myrrhæ drach. octo, attramenti sutorij drach. duas, cytinorum drach. duodecim, fellis taurini drach. sex, uel, ut alijs placet, drach. sedecim, aloës uncia uino astringente excipito.

Pastillus Pasionis.

Squamæ æris denarium pondo duodecim, æris tosti, aloës, guttæ ammoniaci, aluminis rotundi, æruginis rasilis, thuris, uniuscuiusque denarium pondo octo, uini quantum satis est.

Pastillus Andronius.

Florum mali Punicæ hortensis denarij decem, myrrhæ denarij quatuor, gallarum denarij octo, mali terræ rotundi denarij quatuor, atramenti sutorij, croci, aluminis scissi, crocomagmatis, mysios, thuris, cuiusq; denarij duo, uino austero, acutóue diluuntur.

Pastillus phaustini.

Auripigmenti denarij duodecim, sandaraches denatios sex, calcis aquæ non extinctæ octo, chartæ crematæ denarium, succo myrtorum uel decocto excepta digere in pastillos, et per anum cum decocto myrtorum, lenticularum, & rubi radicum immitte.

Pastillus διὰ χαρτίου, id est, è charta.

Chartæ combustæ libras duas, calcis, auripigmẽti, sandaraches, uniuscuiusq; unciam, succo plantaginis excipito.

Thronus Marcellius pastillus.

Chartæ crematæ denarij decem, sandaraches, auripigmenti, squamæ æris, aluminis scissi, cuiusque denarij quatuor, balaustij denarij treis, opij duo, calcis uiuæ uiginti, omphacij denarius, succi hypocistidis treis, uino ex myrti baccis excepta in orbiculos drach. quatuor, põdere æquantes redigũtur, & in uino malicoria, myrta, & rosæ usque ad tertias elixantur. Exhibetur in uini cyathis sex pastillus unus uel summatim quatuor.

Pastillus διὰ φιλλῶν, id est ex subere.

Gallarũ crematarum, chartæ combustæ, fecis uini deustæ, et panis deniq; tosti, singulorum denarios decem. In alio uerò etiam cornus ceruini usti denarios quindecim, auripigmenti denarios duos, sandaraches, calcis uniuscuiusque denarios quindecim, acaciæ, cerussæ, cuiuslibet denarios quinq;, spumæ argenti denarios treis, uino subigito.

Pastillus congnomento Bithynus.

Malicoriorũ denarij decem, cadmiæ quadrans, mali terræ, gallarum, panacis, radicis, ireos, atramenti sutorij, aluminis fissi, chalcitidis, misyos, squamæ æris, mannæ (nonnulli adijciunt etiam costi) cuiusq; sestuntia, aceto læuigantur.

Pastillus διὰ λιχοπίου, ad hulcera, nomas, & fluxiones.

Croci, aloês, thuris, singulorum uncia, cytinorum, aluminis fissi, castorij, mannæ, æruginis rasæ, cuiusq; uncia, rubricæ sinopidis libra, uino ueteri excipiuntur.

Pastillus alius διὰ λιχοπίου, hoc est, ex fibri testiculis colicis dicatus.

Myrrhæ, castorij, cuiuslibet dioboli sex, croci, opij, singulorum scrupuli nouem, anisi, seminis apij, dauci seminis, uniucuiusq; uncia semis, altercii seminis, scrupuli duodeuiginti.

Pastillus ex œnelæo, ano, & pudendis dedicatus.

Cerussæ dextans, spumæ argenti quincunx, thuris, stercoris plumbi, aluminis scissi singulorum, sextans, uino marina exorte subiguntur. Cæterum quum usus exiget, œnorhodino, hoc est, uino rosaceo, uel œnomyrsino rursum diluuntur.

Pastillus ex lapide Phrygio, pro his qui genitalibus afficiuntur.

Lapides Phrygis combusti, et extincti ter, primũ butyro, uel rosaceo, secundo uino, tertio melle, sextãs, rosarum floris triens, corticũ mali granati uncia.

Pastillus διὰ λωταρίου, quod est ex loto syluestri, sedi atq; uerendis consecratus.

Cerussæ, amyli, glaucij, croci, aluminis, æquales portiones succo lotariorum uinóue diluuntur.

Pastillus leucus.

Terræ asteris uncias quatuor, bullæ (quam Græci pompholyga dicũt) ceruſsæ, amyli, uniuscuiusq; unc. duas, opij diobolos quatuor, aqua cõtere.

Pastillus διὰ ἁλικακάβου, id est, ex uesicaria.

Spumæ argenti denarij uigintiquatuor, ceruſsæ denarij duodecim uel uigintiunus, alicacabi radicis denarij octo, chalcanthi atramentiue sutorij denarij quatuor, aluminis fissi tantundem, rubricæ quantum ad colorem inducendum sufficit, aqua subiguntur.

Pastillus ex utroq; ueratro, & idem ex duplici acacia.

Acaciæ nigræ & rufæ, glutini fabrilis, aliâs ichthyocollæ, singulorum triens ammoniaci thymiamatis, glaucij, aloës, cuiusq; sextans, thuris masculi, ueratri nigri et candidi, uniuscuiusq; uncia, aceto scillitico excipiuntur.

tur. Quum utẽdum erit, eodem uel communi diſſoluta, cum ſub balneum. tum à balneo rurſum illiniuntur.

Paſtillus Criogenes.

Myrrhæ, æris cremati, ariſtolochiæ rotũdæ, æruginis raſæ, ſquamæ ſtomomatis, uerbenacæ rectæ, aluminis rotundi cuiuſq; unc. aceti quantum ſatis eſt. Decerpere autem oportet uerbenacam, quum ſol fuerit in ariete. Formatur autem in emplaſtrum etiam hoc modo. Paſtilli huius, † rutulæ Colophoniæ, olei pares modi, aceti quantũ ad eliquandũ paſtillũ ſatis eſt. ceræ

Paſtillus melanchlorus, hoc eſt, niger ſeu pallidus.

Myrrhæ, aloês, ſquamæ æris crematæ, auripigmenti, aluminis fiſſilis & rotundi, ireos, chalcitidis, myſios, ſalis foſſi, chalcanthi, ceruſſæ, nitri, ſpumæ argẽti, panacis radicis, cadmiæ, malicoriorum, gallarum, ariſtolochiæ rotundæ, ſquamæ ſtomomatis, æruginis raſæ, uniuſcuiuſq; unc. aceti quantum res ipſa poſtulat. Pangitur item emplaſtrum ad hunc modum: Paſtilli unc. duæ, Colophoniæ, ceræ, olei, ſingulorũ unciæ ſex, aceti quantum ad paſtilli ſubactionem ſufficit.

Paſtillus pantolmios, ad chironia, & uitioſa conſuetudine hulcera, & rheumata.

Caſiæ, æris cremati, ceruſſæ, ſpumæ argenti, ferruginis raſilis, aluminis fiſſi, rotundi, liquidi, & plenthytidos, id eſt, lateritij, panacis radicis ariſtolochiæ longæ, & rotundæ, malicoriorum, chalcãthi, portulacæ, iridis, aſtragalitidis, chalcitidis, miſyos, ammoniaci thymiamatis, ſalis ammoniaci, ſquamæ æris, aloës, diphrygis, thuris, gallarũ, ſarcocollæ, plumbi deuſti, foliorũ oleæ, ſoreos, myrrhæ, attramenti metallici liquidi, balauſtiorum, ſpinæ Aegyptiæ, ſulphuris ignem nõ experti, nitri, rhu rubei, rhu Syriaci, chryſocollæ, aluminis, rhu coriariæ, acatiæ, ſalis ſpumæ, omphacij, auripigmenti, æquæ portiones, ſub ardentiſſimo Caniculæ æſtu, aceto per dies triginta macerantur.

Paſtillus Nymphodori.

Spumæ nitri uncia, nitri Alexãdrini, ſaponis Gallici, uniuſcuiuſq; uncia, ſalis Cappadocici, maſtiches, gallarum, cuiuslibet denarios quatuor, foliorum roſarum, amomi, amyli, cuiuſq; uncia, folij denarius, fiſſilis aluminis, coſti, ſingulorum denarij duo, uini ex baccis myrti quantum ſatis eſt.

Paſtillus διὰ ἑαψίας hemicranicus.

Liquoris thapſiæ denarij ſedecim, myrrhæ denarij octo, opopanacis, euphorbij, ſingulorum denarij ſex, nitri, ſucci parthenici, cuiuſq; denarij quatuor, piperis, ſagapeni uniuſcuiuſque denarij duo, aceti quantum dicta efflagitant ſimplicia. Quum autem uſus eſt, aceto illitos poſt horas

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

chry, lemnia terra, sepiæ testa. Quibus si calx adijciatur, & auripigmentum cum aliquo liquore, psilotica redduntur, & smegmata fiunt. Quædam capiti applicantur, quo fluxum ex eo manantem arefaciant: cuiusmodi sunt è nitro, sale, gallis, malicorijs, & id genus alijs contexta. Smegmata postremo omnia cuti sunt non illitæ accommodanda. Smegmatum usus.

Aridum cephalicum.

Erui unciæ quinq;, iridis, mannæ, aristolochiæ, squamæ æris, uniuscuiusq; uncia una cum dimidia. Aliud: Corticis pini denarij sex, thuris denarij quatuor, pumicis tantundem, iridis denarij duo, resinæ aridæ denarij sex, aristolochiæ denarij duo.

Medicamentum διὰ ἀλοῶς, id est, ex aloë.

Aloës denarij sex, erui denarij octo, mannæ quatuor, gallæ treis, aluminis fissi denarij duo.

διὰ σφίκλης, id est, ex fece uini cremata Manethonis.

Cadmiæ combustæ atq; elotæ uncia, terræ asteris uncia, fecis uini cremati triens, lapidis specularis tantundem, thuris triens, quidam his amyli quoq; trientem adijciunt.

Melitera Oribasij.

Habet chalcitidis, squamæ æris, gallæ, balaustiorũ, cæræ, uniuscuiusq; uncias treis, aristolochiæ longæ unciã, corticũ mali Punici, fissilis aluminis, singulorum unciam dimidiam.

διὰ ὀστρέων, quod est, ex ostreis.

Recipit cadmiæ, thuris, cuiuslibet unciam, ostreorum combustorum trientem.

διὰ λιβάνου, quod est, ex thure.

Spumæ argenti, thuris, squamæ æris, † rhoidarij, amyli, ceruſsæ, singulorum partes æquales. † mali punicĩ

Aphroditarium.

Accipit thuris, squamæ æris, rhoidarij, amyli, ceruſſæ æquas portiones.

Rhodia comprimens sanguinem, ad nomas, & carnis excrescentias conducens.

Gallæ crudæ denarij sex, gallæ crematæ, & uino extinctæ aridæ denarij duodecim, squamæ æris atræ: sin minus, rubræ denarij octo, attramenti sutorij uigintiquatuor, aluminis fissi denarij uiginti septem, læuigãtur dies quot satis est.

Ξανθὸν, hoc est, flauum medicamentum.

Chalcitidis crematæ denarij quadraginta, atramenti sutorij tosti, denarij

narij octo, miſyos combuſti denarij decem, æris deuſti denarij quinq;.

Τὸ ϟαρόμ à murino colore dictum medicamentum.

Miſyos unciæ quinq;, gallarũ unciæ quatuor, chalcitidis unciæ duæ, ſquamæ æris unciæ duæ, chalcanthi uncia, ferruginis raſilis unciæ duæ.

Medicamentum Heliocaës adurens.

Auripigmenti libram, calcis aquã extinctæ libras duas, aqua in diebus canicularibus eliquato, deinde ubi arefeceris, utere.

Antherum.

Sumit cyperi denarios octo, myrrhæ denarios duodecim, ſandarachæ denarios treis, floris roſarũ denarios duos, croci denarium, crocomagmatis, aluminis fiſſi, iridis Illyricæ, ſingulorum denarios duos.

Διὰ χωλτου, ad nomas oris potiſſimum & naturalium hulcera.

Squamæ æris, chartæ combuſtæ, uniuſcuiuſq; denarios octo, auripigmenti, ſulphuris ignem non experti, cuiuslibet denarios duodecim, plũbi deuſti denarios ſex. Quo medendis humidioribus ſepedonib. arido utere. Aridis uerò curandis, roſaceo macerabis, interdũ etiã melli cum roſaceo.

Dia oxymyrſinis, id eſt, ex myrto ſylueſtri ad eadem.

Sumantur rhoos coriariæ unciæ duodecim, aceti myrtitis, foliorum, ſandarachæ, uniuſcuiuſq; denarij octo, aridorum foliorum ſalicis, malicoriorũ, cuiuslibet denarij ſex, aluminis fiſſi, chryſocollæ, aloës, chalcitidis crudæ, ſpuamæ auripigmenti, ſalis cõmunis, ſingulorũ denarij quatuor.

Aridum Maſſaliotæ.

Nitri, opij, chryſocollæ, lapidis Aſij, ſandarachæ, miſyos, chalcitîdis, aluminis ſciſſilis, diphrygis, æquis portionibus. Arido utere.

Smegma aridum, quod refertur ad Aſclepium.

Baccarum lauri, nitri Alexãdrini, ſalis fricti, ſalis Cappadocici, ammoniaci thymiamatis, ſpumæ nitri, pumicis, cuiuslibet libram, ueratri nigri, ſtruthij, pyrethri, ſphecles (quæ eſt uimi fex) deuſtæ, uuæ paſſæ ſylueſtris, napyos, cyperi, aluminis ſciſſilis, floris rotundi iunci odorati, ireos, gallarum, cuiuslibet uncias ſex, ſampſuchi libram, uiticis ſeminis, pulegij, cucumeris farinæ, & lupini, ſingulorum uncias ſex, chamæleontis nigri, ſulphuris, cõmeos, thuris, piperis, radicis cucumeris agreſtis, marrubij, cretæ cimoliæ, pæoniæ, ſepiæ teſtæ, fœnograeci, fõlij, coſti, cymini, euphorbij, ſpicæ nardi, ſingulorum quadrantem. Cæterum Alexander hæc inſuper adhibuit, ſalis nitroſi, & trageſij, cuiuſque libram, adarces unciam, aluminis liquidi Celtici, cnici, grani cnidij, graminis aridi, bryoniæ ſiccæ, uniuſcuiuſque quadrantem.

Smegma

graminis aridi, bryoniæ ſiccæ, uniuſcuiuſq; quadrantem.

Smegma Peponatum.

Thuris, maſtiches, guttæ ammoniaci thymiamatis, ſinguloru̅ uncia, tragacāthæ ſeſquiuncia, ſucci omphacis unciæ nouem, recentis ſeminis peponis unciæ tres, ſimilaginis ſextarij quinq;, ouorum uiuus & uiginti albumina, iridis unciæ quatuor. Sunt autem qui hellebori nigri uncias quoq; duas inſerant.

Aliter Critonis.

Lomenti modiu̅, ſiliginis ſextarios quatuor, trifolij, myrobalani, ireos Illiricæ, uniuſcuiuſq; libras quatuor, guttæ ammoniaci thymiamatis, coſti, ſingulorum libram, ouorum tenuis albores, peponum carnis ſextarios duos, omphacis ſucci tantundem. Irrigato, & conformans paſtillos areſacito, deinde contuſis & attaminatis utere. Aliud: Tragacanthæ, thuris, maſtiches, guttæ ammoniaci thymiamatis, ſinguloru̅ denarios decem, ſucci omphacis, ſiliginis, uniuſcuiuſq; denarios quinq;, alboris ouoru̅ unciam, carnium peponum uncias decem. Præparato quemadmodum prædictum eſt.

Smegma caput catarrhoſum exiccans.

Habet nitri Alexandrini fului quincuncem, ſalis communis fricti, ſalis Cappadocici, ſinguloru̅ unciā: hæc cōtrita & macerata, acerrimo aceto injice lineo ſacculo, et in furno donec redigātur in carbones cōburito: deinde refrigeratis, læuigatisq; extere, cum uino inſtillans in balneo.

Sapo Conſtantini.

Roſarum aridaru̅, aloës, gallarum, malicorioru̅, fœniculi, ſarcocollæ, uniuſcuinſq; quadrans, balauſtioru̅, myrrhæ, ſandarachæ, ſpicæ nardi, ſingulorum ſextans, ſaponis Gallici libra, lupinorum decocto excipiuntur.

Aridum pſilothrum podagricum.

Maſtiches, thuris maſculi, herbæ peculiaris, ueratri albi, ſpumæ argenti, cuiuſq; quadrans, folij amyli, ueratri nigri, lapidis Aſij floris, ſinguloru̅ uncia, alcyonij, pumicis aſſati, cretæ cimoliæ, ſampſuchi, uniuſcuiuſq; quadrans, ſpicæ nardi uncia: aliqui uerò indunt etiam aloës unciam. Aridu̅ contuſum in uaſe continetur: quum utendum erit, ſuccus oryzæ et ptiſanæ in aulam conijcitur: ubi macerata fuerint, inſeritur aridi ſeſcuntia, ſaponis Gallici, auripigmenti, aluminis ſciſſi, ſandarachæ, uniuſcuiuſq; ſeſquiuncia calcis aqua non extinctæ recentis libra. Utendum autē iſtiuſmodi unguento ter in menſe, nono uidelicet lunæ die, et undeuigeſimo & undetriceſimo

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Διὰ καρύων, id est, ex nucibus simplex.

Nucum uiridium corticis contusi succi pondo cotylarum quinque, mellis hemina coquuntur ad diametrum, quod est, medias.

Διὰ καρύων compositum.

Ab initio quidē statim et in uigore oris inflammationum miscere oportet croci & aluminis, uniuscuiusq; denarium, myrrhæ denarios duos, in declinatione autem ad dissipandū nitri denarium, sulphuris tantundem, cumpræfata nucum corticis succi & mellis.

Διὰ χύμου τῶν ῥοῶν, id est, ex succo mali Punici.

Malorum granatorum acinis exemptis dulcium succi sextarios quatuor, malorum Punicorum acidorū succi sextarios duos, mellis sextariū, myrrhæ mineæ denarios octo, crocomagmatis, gallæ, uniuscuiusq; denarios octo, aluminis sciſsi denarios quatuor, ireos Illyricæ denarios octo, omphacij denarios octo: Præpara quemadmodum Diamoron.

Idem aliter.

Succi malorum Punicorum dulcium cum testis combustorum sextarios sex, mellis boni sextarium, aluminis fissilis unciam, myrrhæ unciam dimidiam.

Διὰ γλεύκους, hoc est, ex musto medicamentum.

Musti sextarios sex, gallæ, aluminis fissi, singulorū denarij duo, croci, myrrhæ, uniuscuiusq; denarius, si quidē mitigare uolueris, mulsum dulce esto: si uerò retundere ac reijcere, austerum: medium uerò inter hæc quodammodo existit quod neutrum est.

Aegyptia ori inseruiens.

Mellis libra, olei unciæ octo, resinæ terebinthinæ unciæ duæ, croci denarij quatuor, in cacabo (uase fictili seu æneo) eliquantur.

Διὰ τοῦ βησσαὰ, id est, ex ruta syluestri.

Seminis anisi, apij seminis, floris rotūdi iunci odorati, seminis ammeos, aluminis sciſsilis, iridis Illyricæ, besasa, quod nōnulli harmala nuncupant, Besasa.
est autem ruta syluestris, cinnamomi, myrrhæ troglodyticæ, croci, gallæ, singulorum uncia, aristolochiæ longæ, caſsiæ, crocomagmatis, rosarum aridarum, cuiusq; uncia, costi, hyrundinū cineris recentis, cuiuslibet quadrans, nardi Indicæ, amomi, uniuscuiusque uncia, mellis quantum sufficit.

Suaues & frugi potiones. Cap. XV

DVlcium pariter & utilium potionum aliæ quidem ex uino componuntur, missis in ipsum quibusdam ſpeciebus: uerbi causa, pipere, absynthio, casamo, & alijs compluribus, unde nomenclaturam nonunquam mutuant, quandoq; melle admixto, quandoque non: aliæ

uerò ex aqua, in qua elixantur mala, uel roſæ, uel ſimilia quædam, puta uua immatura, mala granata, myrtorum baccæ. Commiſcetur mel optimum deſpumatum, ſoliditatis gratia et dulcoris, interdũ etiam utile, præterquam quod à Cibyra paruis uaſculis importatur, auſterum, et uinoſum hydromeli, quod etiam poteſt ſine melle confici, quemadmodum è diuerſo apomel ex ſolo melle & aqua, citra aliquam alterius eſſentiæ miſcellam. Quin ex uino etiam compoſitæ potiones, quæ et propomata uocant, mellis deſpumati ſextarium, ad uini ſextarios quatuor aſſumunt, & componuntur, ignem non experta. Quæ uerò ex aqua et ſucco conſtant, ſi quidem coquatur, unam mellis partem ad treis liquoris in coctura ad duas fermè partes conſumpti recipunt: Sin minus, una mellis ad duas liquoris decoquatur. Quæ autem non elixantur, omnino quantũ ſatis eſt inſolanda ſunt, præſertim omphacomeli. Decoquere autem congruit potiones ex aqua, quoniã propter imbecillitatẽ facilẽ alteratur. Omnes porrò exiguis teſtaceis uaſis incruſtatis reponendæ ſunt, accurate & tuto operculatis in locis apricis, uſq; dum decoquantur, collocatis. Attenuandi autem uim habentibus, egregie aqua temperatis utere. Omphacomel autem, poſtquam efferbuerit inſtar muſti, & inſpiſſatum conſtiterit, tum operculato. Quocirca quæ ex uino conſiſtunt, in his qui à febre immunes ſunt, maximè utimur, uel ſolius uoluptatis gratia, niſi ex ſcammonia, aut granocnidio, aut id genus purgandi uim habentibus fiant: uel propter iſtiuſmodi affectiones, in quibus aliquis etiã iniectis in illas medicamentis, per os uti queat. His uerò quæ ex aqua aut liquoribus quibuſdã conſiunt, in febrientibus utendũ, nunc quidem tanquam dulciarijs, quum morbus languentib. uini uſum non permittit, nunc uerò, quod affectionibus conueniunt, ueluti apomeli ad ſputum agendum, uel ad lotium ciendum, uel uentrem laxandum, uel humorem craſſum attenuandum. Hydromeli autem & hydroſatum cum ſitibundis, tum æſtu flagrantibus, tum diſſolutis, tũ ſtomacho imbecillis. Omphacomeli, myrtites, & mel roſaceum, & rhœtes, non cœliacis ſolũ, ſed & dyſentericis, tum euomentib. tũ aliis fluxionũ morbis congruũt. His denique lauaminibus, ſubinde in oris affectionibus utimur.

Hydromeli ex ſucco malorum cotoneorum.

Succi malorum cotoneorum mundorum, contuſorum, ſextarij duo, mellis ſextarij tres, aquæ ſextarij ſex: coquuntur identidem deſpumando uſque ad tertias. Aliud: Malorum cydoniorum conciſorum, purorum, libræ quinq;, in aquæ fontis ſextarijs decem tantiſper, elixato, dum ſubiuga reddãtur & tabeſcãt, & ſublata ab igne, refrigerataq; exime, & expreſſo cremore mala proijce, aquæ menſuræ mellis quantitatem dimidiã admiſceto,

miſceto, et rurſus aßiduè deſpumãdo donec octaua pars euaneſcat, decoque. Sunt uerò nõnulli qui hydromel ex malis dulcibus cõſimiliter compoſuerunt.

Hydroroſati compoſitio.

Conficitur aqua roſata è roſarum detractis unguibus libris quatuor, aquæ ſextarijs quinq;, mellis ſextarijs duobus.

Rhodomeli, id eſt, mellis roſacei præparatio.

Succi pomorum cydoniorum ſextarius, roſarum libræ tres, mellis ſextarij tres, aquæ ſextarij quinq;. Cæterum quoniam tempore quo roſarũ copia ad manum eſt, cotonea mala reperiri non poßunt, neceſſarium fuerit eaſdem ſuo tempore melle conditas reſeruare, & quamprimum mala apparuerint, uniuerſam compoſitionem abſoluere.

Omphacomelitis concinnatio..

Vuæ immaturæ ſucci ſextarios treis, mellis ſextarium, mixta per quadraginta dies in ſolem exponito, ſiue igne decoquito.

Myrteti præparatio.

Succi myrtorum ſextarios treis, mellis ſextarium, ad conſumptionem uſq; tertiæ partis decoquito.

Apomel ex monumentis Philagrij.

Albeſcentium fauorum melle infartorum libram, aquæ fontanæ libras treis cum dimidiata, fauis minutim confractis, & in unitatem compactis, aquam cum melle decoquito, tantiſper dum ſpuma eius & ueluti ceroſum ſupernatans, particulatim relinquatur, atq; tum refrigerata, ſumma cura transfundito & adſeruato.

Rhodoſtacti compoſitio.

Succi roſarũ unguibus detractis ſextarios duos, mellis ſextarium, decoquito uſque deſpumando, donec pars quarta coctura euaneſcat.

Rhœti præparatio.

Decoquito ad tertias ſucci Mali punici ſextarios treis, mellis ſextariũ.

De collyrijs, & agglutinatorijs, quæ ἀνακολλήματα, appellant. Cap. XVI

OCularium medicamentorum materia diuerſi generis eſt, liquores nanq; & ſucci, ſemina, fructus, plantarum partes, & metallica ipſis inſeruntur: è quorum numero quædam acredines mitigant, & ueluti obſtruũt & opplent, quemadmodũ pompholyx, cinerula, amylum, plumbum, Samius aſter, cadmia, omnia abluta, et candidum oui aquatum. Quibus utiq; non niſi capite prius euacuato utendum: nam ſi id refertum humoribus fuerit, ne diſtentione oculorum tunicæ rumpantur, periculum eſt. Quædam his contraria, acri uidelicet natura prædita, oppillationes

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

neq; ſupra modum gelido, neq; nimium calido circumfuſo. Quæ autem anacollemata, id eſt, reglutinatiua uocantur, ex his quæ opplẽdi, glutinandi, conſtringendi, uel refrigerandi, uel conſtipandi, uel arefaciendi deniq; poteſtate ſunt prædita, contexuntur: uerbi cauſa, polline, manna, terra Samia, myrrha, cochleis, acaciæ ſucco, opio, cum albore oui. Adglutinantur autem fronti, in quibus non intra caluam abditus humor, ſed in aperto exiſtit.

Monemeron ad auſpicantes & inuetera tas lippitudines.

Acaciæ denarios triginta ſex, gummi denarios triginta duos, cadmiæ denarios uiginti quatuor, æris deuſti atq; ablati denarios octo, opij denarium, uino auſtero diſſolue. Diſtrahit & deſiccat.

Chiacum collyrium.

Rubricæ Sinopicæ, gallæ omphacitidis, id eſt, immaturæ, croci, roſarum recentium detractis unguibus floris, quem thylaca uocamus, commeos, ſingulorum quadrantem, opij unciam, uino Amineo, uel Phalerno, uel Chio aſtringente contrito, eſto autem unum marinæ exors.

Cygnarium.

Cadmiæ combuſtæ atq; ablutæ uncias ſex, ceruſſæ lotæ trientem, pompholygis trientem, amyli ſextantem, tragacanthæ, opij exiccati, commeos, uniuſcuiuſq; ſextantem, aqua cœleſti contere.

Κίρρὸς κύκνος, Flauus cygnus.

Medicamentum cui nomen inditum eſt Giluus cygnus, accipit cadmiæ crematæ elotæ uncias duas, terræ aſteris tantũdem, ceruſſæ uncias quatuor, pompholygis uncias octo, amyli, opij, cuiuſq; uncias duas, acaciæ, tragacanthæ, ſingulorum unciam, commeos uncias quatuor, quæ omnia in aqua pluuiali læuigantur.

Λευκὸς κύκνος, Candidus cygnus.

Cadmiæ unciæ quindecim, ceruſſæ unciæ ſeptendecim, opij denarij octo, thuris ſeptem, amyli ſeptunx, commeos denarij tredecim, aquacœleſti diluuntur.

Pellarium ad hulcera.

Cadmiæ, ceruſſæ, uniuſcuiuſq; denarios uigintiquatuor, acaciæ, opij, ſingulorum denarios octodecim, commeos, tragacanthæ, amyli, cuiuslibet denarios nouem, myrrhæ denarios treis, æris, croci, cuiuſq; denariũ unũ & dimidium, aqua diſſoluito.

Phœum

Phœum ad hypopios & ingentes affectus.

Cadmiæ tenerioris denarios uiginti quatuor, cerußæ ſedecim, æruginis raſæ denarios duodecim, ſtibij octo, aluminis fißi, chalcitidis cõbuſtæ, ſingulorum denarios treis, nardi Indicæ denarios quatuor, omphacij denarios duos, æris denarium, ſquamæ æris denarios octo, crices fructus denarios tredecim, ſucci papaueris denarios uiginti quatuor, croci denarios quatuor, caſtorij denarios treis, myrrhæ denarios ſex, lucij Indici, acaciæ, gummi ſingulorum denarios quatuor, roſarum recentium denarios duos & dimidium, uino Phalerno, aut Surentino, aut Amineo, aut Chio auſtero læuigato. Illinitur per triduum aquoſum fœnogræci, cum ſucco infuſum, deinde cum ouo, & lacte, poſtremo aqua craßius.

Διαχυμάτων, id eſt, ex decoctis collyrium.

Cadmiæ unciæ ſedecim, ceruſſæ bes, amyli, opij, tragacanthæ, acaciæ, ſingulorum ſextans, gummi ſelibra, ſubiguntur decocto roſarum aridarum, meliloti, capitum papaueris, glycyrizæ, æquali, ſingulorum portione.

Διϋδρατον repercuſſiuum.

Liquoris tophi more cõcreti, qui in cerealibus uaſculis reperitur, libræ tres, cadmiæ crematæ, & ablutæ libra, ceruſſæ lotæ, pompholygis lotæ, terræ aſteris ablutæ ſingulorum ſelibra, thuris, myrrhæ, uniuſcuiuſq; uncia, ſucci ſeminis lini, herbæ pulicaris, ptiſanæ, fœnogræci cuiuslibet libra, tragacanthæ unciæ ſex, gummi libra.

Ilambonis Collyrium.

Cadmiæ unc. pompholygis triens, ceruſſæ lib. tragacanthæ, gummi, opij, cuiuſq; triens, aqua pluuialis.

Cinereum Spodiacum idem ad inflammationes & fluxiones &, chymoſes.

Thuris, ſtibij, ſingulorum drach. centum, cadmiæ, ceruſſæ, uniuſcuiuſq; drach. uiginti quatuor, terræ Samiæ, ſucci papaueris, cuiuslibet drach. tres cõmeos drach. quindecim, conteruntur in ſucco thaliæ, quod eſt turionum oleæ. Cæterũ ſuccũ hoc modo facito: molliora oleæ folia elota in pila aquæ, iuſta portione affuſa læuigantur, & per linteum exprimuntur.

Thaliæ.

Collyrium Διὰ θαλίου, id eſt, ex ſurculorum Oleæ ſucco.

Thuris denarios quatuor, ſtibij denarios quindecim, cadmiæ denarios duodetriginta, ceruſſæ denarios undequinquaginta, terræ Samiæ denarios octodecim, opij denarios ſex, gummi denarium, plumbi combuſti & abluti denarios octo, excipe ſucco thaliæ.

Διὰ

Διὰ βαλίου.

Aeris cremati denarios duodecim, sandycis unc. uigintiquatuor, foliorum oleæ, opij, singulorum sextantem, gummi dextantem, uino sparthite uel Aminæo contere.

Διὰ σμύρνου Claudiacum.

Glaucij, sarcocollæ, singulorum drach. quadraginta octo, croci drach. uigintiquatuor, opij, myrrhæ, lapidis hæmatitæ uniuscuiusq; drach. sex, tragacanthæ drach. duodequinquaginta, gummi drach. sedecim, uino Italico excipiuntur. Vsus eius ex ouo.

Aliud Διὰ σμύρνου, ad rhyadas & ad Aegylopas.

Cadmiæ lotæ, lapidis hæmatitis abluti, singulorum drach. uigintiocto, myrrhæ, cinerulæ, quod spodion Græcè uocant, cypriæ, uniuscuiusq; drachmæ uigintiquatuor, opij drach. octo, croci drach. quatuor: sunt qui accipiant octo, piperis candidi grana triginta, commeos drach. sedecim, uino Italico subiguntur. Vsus eius cum ouo in recenti uitio aquosi.

Stacticum Prosechij.

Cadmiæ, commeos, singulorum denarios uiginti, stibij, chalcanthi, cuiusque denarios octo, opij denarios quatuordecim, ferruginis rasilis drach. decem, piperis albi denarios sex, croci denarios octo, missyos crudi denarios octo, opobalsami denarios quatuor, aqua diluito.

Hygidium Ammonij.

Cadmiæ, æris, uniuscuiusq; denarios sedecim, cerussæ, castorij, aloës, croci, cuiuslibet denarios quatuor, squamæ denarios quinq;, florum rosarum, plumbi cremati, singulorum denarios octo, lycij denarios treis, lapidis schisti denarios quatuor, opij denarios decem, acaciæ denarios quadraginta, commeos denarios duodequinquaginta, aqua subigito.

Olympus siue olympiacum.

Acaciæ, spicæ nardi, thuris, singulorum denarij octo, æris combusti & abluti, stibij cremati & colluti, cerussæ tostæ & lotæ, cadmiæ, uniuscuiusque denarij duodecim, myrrhæ, opij exiccati, cuiuslibet denarij quatuor, croci quinq;, æruginis rasæ tres, lapidis sciſsilis, squamæ rubeæ, lycij Indici, omphacij, cuiusq; denarius, castorij, florum rosarum, uniuscuiusq; denarij duo, phœnico balanorum quatuor, consimiliter etiam ossa dactylorum crematorum numero quinque, gummi quincunx, aqua cœlesti irrigantur, & macerantur in ea dies naturales treis, calami odorati, alterci seminis, rosarum aridarum, cuiuslibet denarij quatuor, folij denarius.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

aqua cœleſtis, & ouorum uiginti albores adijciuntur. Quidam etiam adijciunt myrrhæ denarios quatuor.

Aſter Magni.

Pompholygis, cadmiæ, ceruſſæ, ſingulorum denarij ſedecim, plumbi denarij octo, amyli octodecim, thuris decem, terræ Samiæ duodecim, myrrhæ duo, tragacanthæ, commeos, uniuſcuiuſq; denarij octo, cum aqua.

Vranium.

Terræ aſteris, piperis, cuiuſq; quadrans, cinerulæ lotæ unc. commeos triens, ſtibij cremati atque abluti ſextans, ſquamæ lotæ uncia, opij denarij ſex, cadmiæ combuſtæ et elotæ denarij duo, aqua pluuialis additur. Quod quidem incarnat, atq; repercutiendo reijcit.

Διὰ χύλου τήλεως, id eſt, ex ſucco fœnogræci Collyrium.

Cadmiæ, tragacanthæ, ſingulorum bes, ceruſſæ, amyli, uniuſcuiuſq; unciæ triginta, opij uncia, in ſucco fœnogræci conteruntur.

Collyrium Cleonis.

Pompholygis, plumbi, ſingulorum quincunx, croci ſeſquiuncia, ſquamæ ſtomomatis uncia, gummi ſextans, aqua pluuiali ſubiguntur. Aquoſum illinitur.

Diarhodon collyrium è ſeptuaginta duabus uncijs.

Roſarum uiridium unciæ ſeptuagintaduæ, cadmiæ combuſtæ & elotæ denarij uigintiquatuor, æruginis raſæ denarij duo, ſpicæ nardi denarius, ſquamæ æris lotæ denarij duo, ſtibij toſti atq; abluti, opij, myrrhæ, uniuſcuiuſq; tres, croci uncia, amyli denarij duo, commeos denarij uigintiquatuor, & aqua pluuialis additur.

Diarhodon album.

Cadmiæ deuſtæ atq; ablutæ, ceruſſæ elotæ, ſingulorũ libra, amyli, opij, tragacanthæ, uniuſcuiuſque quadrans, aloës uncia una & dimidia, commeos quadrans, croci ſeſquncia, roſarum unguibus detractis unciæ ſex & aqua.

Διαλοής, id eſt, ex aloë collyrium.

Cadmiæ ceruſſæ, aloës, ſingulorum dextans, roſarum uiridium unciæ ſex, amyli quadrans, opij uncia, tragacanthæ ſextans, commeos quadrãs aquæ pluuiæ quantum ſatis eſt.

Crocinum Diarhodum.

Spicæ nardi, roſarum aridarum, aloës, ſingulorum denarij duo, altercii albi denarius unus & dimidius, croci denarij quatuor & ſemis, glaucij unciæ ſex, ſarcocollæ unciæ ſex, opij denarij duo, tragacãthæ uncia, aqua pluuiali læuigantur.

Diarhodon Nili.

Roſarum tenellarum denarij quatuor, croci denarij duo, papaueris obolus, commeos denarij quatuor, aqua pluuia admiſcetur.

ὁ λυγκεὺς oxydorcicus, id eſt, Lynceus uiſum acuens.

Cadmiæ, æris cremati, ammoniaci thymiamatis, ſingulorum denarij duodecim, myrrhæ, lapidis hæmatitæ, opij Thebæi, uniuſcuiuſq; denarij ſex, aloës hepatitidis, fellis tauriui, galbani, ſagapeni, ſingulorum denarij quatuor, ferruginis raſilis, ſucci panacis, ſalis ammoniaci, cuiuslibet denarius, commeos denarij ſex, aqua pluuialis additur.

Proteus ad eadem, & cicatrices extenuans.

Cadmiæ, ceruſſæ, chalcitidis crudæ ſingulorum denarij quadraginta, piperis ſeſquidrachma, ſucci Cyrenaici denarij octo, croci denarij duodecim, opij Thebani denarij decem, ſagapeni ſeſquuncia, oliuæ Aethiopicæ tantundem, auripigmenti, aluminis fiſſi, ſingulorum uncia, myrrhæ uncia una cum dimidia, ammoniaci thymiamatis denarij uiginti, opopanacis denarij ſedecim, opobalſami denarij decem, commeos denarij uiginti aqua pluuiali excipiuntur.

Collyrium ex ſucco fœniculi.

Cadmiæ denarij ſeptendecim, attramenti librarij Indici denarij ſedecim, piperis longi denarij tredecim, et albi duodecim, ſucci Cyrenaici uncia, opobalſami, ſpicæ nardi, ſingulorum denarij ſex, ſagapeni, opopanacis, cuiuſq; denarij quinq;, opij quatuor, euphorbij denarius, commeos denarius, læuigantur ſucco fœniculi.

Collyrium διὰ ὀμφακαλσάμου, id eſt, ex ſucco balſami.

Cadmiæ, ceruſſæ, cuiuſq; uncia, omphacij ſemuncia, piperis albi uncia ſedecim, opij ſemuncia, opobalſami, commeos, ſingulorum ſextans, aqua pluuiali ſubiguntur.

Thalaſſerus.

Cadmiæ bes, æruginis ſextans, attramenti librarij Indici beſſis, piperis albi triens, ſucci Medici uncia, opobalſami ſextans, cõmeos unciæ ſex admixta aqua.

Harmation.

Ammoniaci thymiamatis, æris combuſti, corticis thuris, ſingulorum denarij quatuor, æruginis denarius, commeos denarij quatuor, cum aqua cœleſti.

Malabathrinum, quod etiam Iſotheum appellatur.

Cadmiæ denarij ſedecim, æris cremati atq; abluti denarij quatuordecim, opij, lycij Indici, malabathri, nardi Indicæ, croci, aloës, ſingulorũ de-

nari

narij duo, caſtorij octo, myrrhæ quatuor, acaciæ, ſtibij, uniuſcuiuſq; denarij quadraginta, aqua excipiuntur, uſus ex ouo.

Collyrium uino exceptum, Dia œnu appellatum.

Cadmiæ, lapidis hæmatitæ & ſciſti, ſingulorum denarij quadraginta, æris cremati denarij triginta, chalcitidis triginta duo, papaueris ſeminis tredecim. Aqua decoquitur meconium & ſuccum expreſſus inijcitur, & uino ſpathite, ſeu Aminæo diluuntur.

Aliud λί οἴνου.

Aeris combuſti, cadmiæ placitidis, ſingulorum dodrans, lapidis hæmatitæ lotæ uncias ſex, croci, myrrhæ, aloës, ammoniaci thymiamatis, uniuſcuiuſq; quadrans, lycij Indici, ſpicæ nardi, cuiuslibet ſeſcuntia, piperis albi grana ſeſquicentena, acaciæ rubentis dodrãs, gummi quadrãs, uino Phalerno aut Aminæo conteruntur.

Collyrium ex duobus lapidibus contra aſpritudinem.

Lapidis hæmatitæ, & ſchiſti, caſſiæ, ſingulorum denarij duodeuiginti, æris, cadmiæ, opij, æruginis raſæ, uniuſcuiuſq; denarij nouem, cõmeos tantundem, chalcitidis toſtæ denarij ſex, aqua adijcitur.

Xerocollyrium GALENI præſeruans.

Lapidis Phrygij in tenues partes contuſi, & in aululæ donec ignitæ reddantur deuſti, & butyro recente extincti, deinde denuo conſimiliter toſti, & uino Phalerno extincti, atq; tertio combuſti, melleq; extincti & exiccati libra, æris cremati, piperis albi, folij ſingulorum uncia, ſtibij uncia una cum dimidia, omnibus læuigatis quum tollere medicamentum uoluueris, ſuccum balſami nõ craſſi (prohibet enim illud ne aridum reddatur medicamentũ) ſed pellucidiſſimi unciam inijcias. Vtere autem illo ad ſolas palpebras, ſic ſpecillum adhibendo, ut tunicæ non attingãtur, uerùm ut palpebris diductis medicamentum duntaxat, inſtilletur. Illinito autem non ſemel modò uerùm ſæpius quum cibo nondũ guſtato, tum etiam ab ipſo, & potiſſimum quum iam ophthalmia ſentitur. Summa quippe admiratione dignum, quam omni alio medicamento efficatius præſeruet ac tueatur ab iniuria.

Aridum Diacrocu.

Glutini carnis, quam ſarcocollam dicunt, denarij octo, croci denarij quatuor, glaucij tantundem, illiniũtur ſæpius in die. Nonnulli uerò aloën quoque adijciunt.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ſarmentitius, ceruſſa, ſpuma argenti, & magna pars ex metallicis. Decoquantur autem uſq; ad conſiſtentiam, non amplius inquinantem digitos. Quæ uerò cicatrice obducunt, & ipſa quidem ex arefacientibus concinnantur, efficatioribus uerò quàm conglutinatoria, cuius utique generis ſunt, æs uſtum, & ſquama cum ipſius, tum ferri, ærugo, chacitis, flos æris crematus, alumẽ, galla, plumbago, cadmia, pumex, & oſtreoſa. Quæ uerò diſcutiendi & diſtrahendi uim habent, ex caloriſicis & mediocriter ſiccificis conſtant: exempli gratia, ariſtolochia, thapſia, oleo ueteri & raphanino, melle, opobalſamo, pice, reſina terebinthina, galbano, ſalibus toſtis, ſalis flore. Quæ emolliendi uim obtinent, ex ſpuma argenti fiunt, adipibus, medullis, oleo ueteri, propoli, gutta ammoniaca, ſtyrace, galbano, bdellio, maſtiche, reſina terebinthina, uel radice altææ, & cucumeris ſylueſtris. Siccifica, ſulphure, nitro, ſale, cinere, bitumineq; conſtant. Attractiua ex ſalibus & nitro, propoli, ærugine, fermento, ſtercoribus, ſulphure, & reſina terebinthina conficiuntur. Concoquendi munere prædita è cera, ladano, uua paſſa ſatiua, amomo, croco, thure, pice, maſtiche Aegyptia, ſtyrace, myrrha, galbano, butyro, œſypo, adipe, ferrugine præparantur. Quæ ſuppurationem inducunt, ex hydrelæo, polline, pane triticeo, chondro, butyro, adipe porcino et uitulino, thure, pice, et reſina. Quæ uerò dolores mitigant ex ſpuma argenti, ceruſſa, oleo, anetho, chamæmelo, amylo, ceraq; dealbata tractáue. Oportet autem enæma emplaſtra recentibus etiamdum uulneribus & fracturis applicare, & ſuppetias ferre ſupra emplaſtella, quæ Græci ἀπλώϊα *uocant, ſpongijs poſca madentibus pariter illigatis ſoluere tertio die, & eadem rurſus ſplenia nõ alia injcere. Quæ autem molliunt, attrahunt, diſcutiunt, maturant & ſuppurationem faciunt, poſt cataplaſmatum & ceratorum uſum accommodãtur. Lenientia uerò circa principia ſtatim, ſummis potiſſimum partibus quadrant. Cæterum ſuper decoctione eorum deinceps ſermonem faciemus.*

Βασιλικὸν τετραφάρμακον, hoc eſt, regale è quatuor conſtitutum medicamentum.

Ceræ, colophoniæ, picis, adipis taurini pares modi.

Emplaſtrũ ex ſucco ſeminis lini, diſtrahens & abſtergens.

Olei ueteris libræ duæ, ceræ unciæ uiginti, colophoniæ, ſeui porcini, ſingulorum libra una et dimidia, ſpumæ argenti libra, ceruſſæ ſelibra, ſuci ſeminis lini tantundem, pollinis uncia, thuris triens.

Διὰ μέλιτος, hoc eſt, ex melle contextum.

Spumæ argenti, ceræ, olei, ſingulorum libræ quatuor, reſinæ terebinthinæ libræ duæ, mellis, adipis ſuilli, uniuſcuiuſq; libra. Aliud: Spumæ argenti

argenti libræ ſex, olei libræ quinq; & dimidia, colophoniæ libræ ſeptem cum dimidia, ceræ libræ treis & ſemis, mellis libræ tres.

Emplaſtrum διὰ χυλοῦ, id eſt, ex ſucco.

Spumæ argenti libræ ſex, olei, æſtate quidem libræ ſeptem, hyeme uerò libræ nouem, fœnogræci ſextarius dimiatus, ſeminis lini ſemiſextarius, althææ libræ tres. Althæam ac ſemina in aquæ ſextarijs uiginti decoquito, donec parum relinquatur ex ipſo, inde ſucci libris quatuor admixtis oleo decoque, tantiſper dum bullæ deſierint, deinde leuiſſima argenti ſpuma inſperſa igni clemente uſq; dum manus non inquinet elixato.

Exemplum διὰ γύψου, id eſt, ex polline.

Pollinis ammoniaci thymiamatis, ſingulorum libra, pityinæ, ceræ, adipis porcini, uniuſcuiuſq; libræ duæ, ſucci ſeminis lini quantum ſatis eſt.

Emplaſtrum Botanicum, id eſt, herbaceum.

Rumicis, rhapelæi, amurcæ, anchuſæ chœropelethi, eſt autem onoclea, ſeptinerui, plantaginis ſingulorum unc. tres, olei libræ ſex, adipis ſuilli ſelibra. Herbæ oleo coctæ abijciuntur, cætera cum oleo eliquantur.

Emplaſtrum διὰ ὠοφολίδων, id eſt, ex albucis.

Alterci radicis ſucci libra, roſacei, chamæmelini, adipis anſerini, ſingulorum ſextans, adipis porcini quadrans, ceræ triens.

Emplaſtrum ex fermento rumpens abſceſſus.

Fermenti, axungiæ, uniuſcuiuſq; unciæ ſex, ſalis triens, reſinæ pini quadrans, ceræ triens, ſpumæ nitri unc. guttæ ammoniaci thymiamatis ſextans, mellis unciæ ſex, ſaponis ſextans.

Dothiene Emplaſtrum.

Guttæ ammoniaci thymiamatis libra, nitri Alexãdrini unciæ ſex, ſpumæ nitri tantundem, adipis ſuilli, ceræ, ſingulorum libræ duæ, reſinæ terebinthinæ libra, olei ueteris uncia, aceti quantum ſatis eſt.

Emplaſtrum διὰ σπουδίου, ſcorphulas diſcutiens.

Spumæ argenti radicis lanariæ, mali terræ, ſingulorum uncias quatuor, galbani, ſquamæ æris, aloës, uniuſcuiuſq; unciã, mannæ uncias duas, guttæ ammoniaci thymiamatis uncias ſex, pityinæ uncias ſedecim, aceti ſcillitici ſextarios quatuor, ad aridorum læuigationem ſumito.

Smilium ad abſceſſus.

Olei ueteris libra una & dimidia, ſpumæ argenti, nitri rubei, ſalis ammoniaci, lixiuij ficuinei protoſtacti, reſinæ, cuiuſque libra, galbani, guttæ ammoniaci thymiamatis, uniuſcuiſque quadrans, atramenti ſutorij triens, ceræ unciæ ſex, æruginis, opopanacis, cuiuſque uncia, aceti quantum ſatis eſt: ſpumam argenti & ferruginem in oleo elixato quouſque digitos

gitos non inquinent, deinde reliqua inijcito.

Διὰ σκόρδων, id est, ex alijs ruptorium.

Ceræ unciæ sex, colophoniæ triens, pityinæ quadrans, adipis taurini triens, nitri rubei, sescuncia, allia purgata uiginti, olei sextarius dimidius. Allia oleo decocta proijciuntur, reliqua admiscentur.

Διαπυρρανοῦ, distraheudi uim habens.

Habet adipis anserini et phasianorum, uniuscuiusq; quadrantem, olei ueteris uncias uigintisex, pulicaris herba quadrantem, urticæ seminis, radicis apyrani uiridis, utriusq; libram, ceræ dealbatæ dextantẽ, emplastri δὲ χυλοῦ sextantem, resinæ terebinthinæ unciã: Radicem in tenuia frustula concisam in oleo cum herba puliciari, & cnidospermum per noctem atque diem macerato, ubiq; elixata fuerint, ipsa quidem porricito, liquabilia autem oleo admixta, resoluito.

Piryne ad duritias & scirrhomata.

Althææ, dactylorũ palmæ Nicolaorũ uniuscuiusque libras duas, sœnographeci, seminis lini, singulorum sextarium dimidium, chamæmeli, meliloti, elatæ, cuiuslibet uncias sex, uini Aminæi sextarium dimidium, spumæ argenti librã, cerussæ, colophoniæ, singulorum libras duas, ceræ, resinæ terebinthinæ, cuiusq; librã, olei ueteris libras quinq;, aquæ libras duas, panis aridi contusi & attaminati libras quinq;. Herbæ in uino decoctæ in succũ rediguntur, & in succo panis irrigatur: postera uerò die spuma argenti & cerussa in aqua læuigantur & resoluũtur, deinde oleo infuso coquitur donec manus non inquinet, tum deniq; cætera inijciuntur, sublatis autem ab igne immittitur panis, strenueq; rudicula agitatur. Postremo æruginis quoq; rasæ, & florum salis, uniuscuiusq; unciæ sex, ireos, mali terræ singulorum unciæ sex, resinæ terebinthinæ libra inijciuntur.

Pelarium δὶ ἀλφίσμαδος, hoc est, ex argenti recremento, ad desquamatis similia.

Ceræ, adipis taurini cuiusq; quincunx, recrementi argenti unciæ sex, colophoniæ triens, picis, olei singulorum sextans. Recrementum aridum dissoluitur uino, uel succo fœnographeci: ubi uerò ad manum argenti stercus non fuerit, plumbagine utimur.

Emplastrum δὶ ἀλθαίου, podagricis & alijs duriciebus utile.

Succi fœnographeci, & seminis lini, althææ singulorum libris tribus, olei libris duabus, donec succus euanescat decoctos, colophoniæ librã resinæ terebinthinæ tantũdẽ, hederæ lachrimæ uncias treis infunde: quando autẽ resoluta fuerint, & igne ablata, ceræ libram galbani uncias quatuor inijce utraq; simul contusa solutaq; rudicula moueto.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

quinque. Radix arida lauigata aliis inspergitur dissolutis.

Ptiracium

Habet, ceræ, colophoniæ, adipis porcini, altercì foliorum tenellorum, uel, ucci ipsorum æquale pondus. In Alexandria uerò ceræ libras binas cũ media, altercì libras duas, axungiæ libras duas cum dimidia, colophoniæ libras decem sumunt, & uehementius disicit.

Myrsinatum.

Spumæ argenti, cerussæ, sandicis, plumbi combusti et abluti, singulorũ unciam, ceræ uncias sex, olei myrsinati libram, uini quantũ res postulat.

Emplastrum διὰ ψιμυθίου, id est, ex cerussa uel
λιτώδους, hoc est, ouis.

Habet ceræ tractæ uncias sex, rosacei librã cum dimidia, spumæ argẽti, cerussæ, singulorum uncias duas, amyli trientem, albores ouorum, quinque.

παρυφὸν, hoc est, liquidum Oribasij.

Spumæ argenti unciam & dimidiam, cerussæ sesquiunciam, ceræ uncias quatuor, pinguetudinis suillæ uncias septem, colophoniæ uncias nouem, succi seminis lini, olei singulorum uncias decem. Mirificè conducit ad calcaneorum rimas. In hulceribus autem (inquit) uitant, grauiolentia etenim reddit.

Emplastrum διὰ καλάμου aphuloticum.

Chalcitidis crematæ uncias duas, cadmiæ, mannæ, singulorum unciam, ceræ, colophoniæ, olei myrtei uniuscuiusque libram, uini quantum satis est.

Emplastrum Phœnicine, hoc est ex dactylis.

Accipit axungiæ ueteris libras duas, olei libras treis, spumæ argenti tantundem, chalcitidis crudæ uncias sex. Ante omnia quidem chaltitis cũ oleo læuigetur in mortariolo, pulchro uel in sole: ubi autem strigmentosum redditur, tum spumam quoque argenti, antè contritam inijcito, deinde uerò adipem: & ubi iam egregie, læuigata & emollita fuerint, non acri igne decoquito, donec digitos inquinare desinent, ex uirgulto palmulanum ridicula agitans.

Emplastrum διὰ ἀγχούσης, id est, ex anchusa,
ad igne combusta.

Habet ceræ dealbatæ dodrantem, rosacei uncias octodecim, quibus eliquatis purpureæ anchusæ radicis aridæ læuigatissimæ uncias quatuor inserito. Aliud: Anchusæ radicis uiridis, marrubij, commeos, singulorum uncias treis, decoctas in olei uncijs nouẽ, abijcito, oleo ceræ dealbatæ

uncias quindecim adijce, & dissolue.

Emplastrum Pompholygeron.

Bullæ, quam pompholygа appellant sextans, spumæ argenti quadrãs, læuigantur cum succo seminis lini, & injiciuntur liquefacta & refrigerata, ceræ uncijs sex, adipis anserini, uel gallinacei sextanti, chamæmeli uncijs sex.

Philocotyche dolorem sopiens, sedi destinata.

Continet thuris uncias septendecim, myrrhæ uncias septem, opij denarios quatuor, aluminis sciſsi denarios duos, butyri denarios quatuor, quorum tenuium lutea quatuor, cadmiæ crematæ atque ablutæ denarios quatuor, pompholygis denarios sex, ceræ Tyrrhenicæ denarios octo, adipis anserini denarios sedecim, medullæ cerui denarios undecim, plumbi combusti & eloti denarios octo, lapidis hæmatitæ denarium, hyssopi liquidi denarios quatuor: Arida cum uino conterito Italico, & liquabilia admisceto.

Amythaonis ad angylas & articulos conuulsos, est etiam ad extrahendum efficax.

Gutta ammoniaci, ceræ, bdellij uniuscuiusq; uncias octo, resinæ terebinthinæ, ireos Illyricæ, galbani, singulorum denarios uiginti.

Aristophanium mollificans, quod μαλακτικὸν Græci indigitant.

Habet picis libras quatuor, apochymatis libras duas, ceræ libram, opopanacis unciam, aceti uerò heminam.

Emplastrum ex plumbagine, ad calidos affectus.

Plumbaginis triens, spumæ argenti, cerussæ, singulorum sextans, ceræ bes, myrtei libras duas, arida uino dissoluantur.

Coracum ex aceto mulso, genitalibus destinatum, & ad nomas accommodatum.

Gallæ saxtantem, squamæ unciam unam & dimidiatam, chalcitidis, thuris, singulorum unciam, macerato in aceto diebus pluribus, deinde mellis uncias quinq; admisceto. Seorsim autem cerato, confecto ex myrtei uel rosacei uncijs duab., adipis taurini unc. octo, ceræ unc. quatuor, resinæ terebinthinæ uncia, mixta simul læuigato et utere perinde atq; διὰ χαλκοῦ, cum per organum quo pus extrahitur Græci uocant Pyulcũ, tum per linteolum concerptum quod motum ijdem adpellitant.

Δι' ὀξυλαίου, hoc est, ex oleo & aceto.

Habet spumæ argenti partem, olei, aceti, singulorũ partes duas, secundum nonnullos uerò treis.

Διὰ

Διὰ τοῦ ἀχάτου, id est, ex achate lapide, uim distrahendi & emolliendi obtinens.

Constat ex achatæ lapidis semiusti uncia una & dimidia, ceræ quincunce, picis phryctæ quadrante, olei uncia.

Isis cruentis dicata, conglutinans incarnans, & expurgans.

Accipit squamæ æris, æris cremati, mali terræ rotundi, uniuscuiusque denarios octo, aluminis fissi sex, salis ammoniaci denarios octo, thuris tantundem, guttæ ammoniaci thymiamatis denarios octo, myrrhæ, aloës, galbani, singulorũ denarios duodecim, succi radicis dracũculi unciam, ceræ libras, colophoniæ libras duas, olei ueteris uncias treis, aceti quãtũ satis est.

Athena ad hulcera sordida, cuneationes, nerrumq; uulnerationes.

Malicoriorum, æris cremati, gallarum, mali terræ rotundi & longi, aloës, ammoniaci thymiamatis, squamæ æris, aluminis fissi, atque rotundi, iridis, missyos, chalcanthi, chalcitidis, æruginis rasilis, cadmiæ, aloës, myrrhæ, thuris, propoleos, galbani, uniuscuiusq; uncia, ceræ, picis, singulorum denarij ducenti, colophoniæ denarij centum, olei unciæ sex, aceti quantum satis est.

Emplastrum Διὰ Δικτάμνου conglutinatiuum, ad morsus canum, & omne genus hulcera.

Spumæ argenti libræ duæ, squamæ æris sescuntia, olei ueteris sextarij duo, diphrygis quadrãs, gẽtianæ sesquiũcia, aristolochiæ, aluminis scissilis sing. unc. duæ et semis, dictãni tãtundẽ, colophoniæ libra, mãnæ quadrãs, guttæ ammoniaci thymiamatis unciæ sex, propoleos sextans, ceræ unciæ sex & dimidia. Oportet principio oleum cum spumæ argenti donec syncerum spissiusq; reddatur, & manum non inficiet, decoquere, deinde cacabo ab igne sublato æruginem et squamas inijcere, ac denuo tantisper dum ab inquinamentis uindicetur decoquere, lebeteq; rursum deposito resinã, guttam ammoniacam attaminatam immittere, & quoad feruere cesset, commouere: denuoq; igni imponere, & ubi parum ferbuerint, æs atq; diphryges inserere, & tertio dum incrassescat decoquere, mox ceram admiscere qua, dũ manus non inficiet, discocta, propolim inijcere, & paulò post refrigeratis admodum his aloën, mãnam, dictamnum, aristolochiam, genetianam, omnia in pollinem læuigata inspergere.

Emplastrum barbarum cruentis dicatum, fracturas consolidans, uel callos ipsarum faciens.

Bituminis Iudaici, picis aridæ, ceræ, resinæ, uniuscuiusq; libra, resinæ

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Oxera polychreſtos, id eſt, ad multa utilis.

Picis aridæ libræ duæ, ceræ libra, guttæ ammoniaci thymiamatis uncia, reſinæ terebinthinæ ſelibra, galbani, mannæ, ſingulorum ſextans, aceti ſeſquiſextarius.

Aceratus GALENI, cõglutinandi, maturãdi hulcera, ſuppurandiq; uim obtinens, rhicinino ueteriue oleo tanquã in emmotũ (hoc eſt, liquidũ, medicamen quod linteolis cõcerptis excipitur, hulceribusq; inditur) eliquatũ.

Spumæ argenti libræ tres, olei rhicinini aut perantiqui libræ quatuor, aceti acerrimi libræ duæ, ſquamæ æris, atræ chalcitidis, æruginis, uniuſcuiuſq; unciæ duæ. Spumam argenti ad ſtriginoſam uſque balneorum craſſitudinem cum oleo decóquito, deinde metallica multis diebus cum aceto macerata inijcito.

Emplaſtrum ex metallicis.

Chalcitidis uncia, miſyos ſextans, ſquamæ æris, thuris, ſingulorum quadrans, colophoniæ ſextans, galbani ſeſquiunciam, ceræ libra, olei uncias quindecim, aceti quantum ſufficit.

Harmenia catagmatica, id eſt, fracturis conſecrata.

Chalcitidis triens, ſquamæ æris unciæ duæ cum dimidia, æris cõbuſti uncia, thuris ſextans, olei, aceti, ſingulorũ libra. Coquito metallica in aceto & oleo, donec digitos intinctos non coinquinent, deinde thus inijcito.

Melinum emplaſtrum Serapionis.

Spumæ argẽti libra, ceræ ſeptunx, guttæ ammoniaci uncias treis cum dimidia, galbani, ferruginis, ſingulorum denarij nouem, colophoniæ ſeptunx, myrrhæ denarius, olei hemina una cum dimidia, coquito ſpumam argenti cum oleo, tãtiſper dum digitos non inficiet, deinde immittẽ reliqua.

Emplaſtrum Aniceton, quaſi dicas inſuperabile, glutinans, diſtrahens, ſquamas remouens, & in curuationibus articulorum ſuccurrens.

Baccarum lauri, iridis aridæ, thuris, ſingulorum denarios ſexaginta, æris cremati uiginti, nitri, ſalis ammoniaci thymiamatis, uniuſcuiuſq; denarios uiginti, pyrethri, herbæ pedicularis, cachryos, grani cnidij, ſinapis, piperis, ſtercoris colũbini, ariſtolochiæ, cymini, æruginis, cyperi, ſeminis erucæ, cuiulibet denarios octo, aceti heminæ duodecim: Cõtere ſub ardentiſſimo caniculæ æſtu, donec acetum euaneſcat, deinde infunde decocti aridarum ficuum craſſiſſimi dodrantem, quibus confuſis pangito paſtillos & arefacito. Quum uſus incidit paſtillorum ſextans aceto ſubactus, reſinæ

reſinæ quadrans, ceræ Tyrrhenicæ, olei, ſingulorũ ſextans miſcentur.

Emplaſtrum Δι' ὀπῶν, hoc eſt, ex lolijs.

Picis libra, reſinæ piceæ dodrãs, ceræ Tyrrhenicæ quincunx, olei quadrãs, bituminis attaminati ſextans, loleaceæ farinæ ſextarius, aceti quantum ſatis eſt.

Διὰ συκαμίνου ὀποῦ, id eſt, ex ſucco ſycamini.

Spumæ argenti, picis aridæ, ſeu taurini, ſingulorum bes, reſinæ terebinthinæ quadrãs, ceræ quincunx, æruginis raſilis, opopanacis, galbani, ſingulorum uncia, olei rhicinini uel ſuſini, uel admodum uetuſti hemina, picis liquidæ tantundẽ, liquoris ſycamini, cuius fructus ſycomora apellãtur hemina.

Emplaſtrum Δίχρωμον à duplici colore appellatum.

Aeris cremati, aluminis ſciſſi, guttæ ammoniaci thymiamatis, ſingulorum uncia, ceræ Colophoniæ, ſeu porcini, uniuſcuiuſq; libra, aceti quantum ſufficit.

Emplaſtrum Indicum ad nomas, & hæmoptoicos.

Ceræ reſinæ fractæ, picis aridæ, bituminis liquidi, zacynthiæ, ſingulorum libra, ceruſſæ, chalcitidis, miſyos, attramenti metallici, aluminis ſciſſi & rotundi, gallæ omphacitidis, malicoriorum, cuiuslibet unciæ ſex, aceti quantum ſatis eſt.

Emplaſtrum ex cinere aſpidum, ſcrophulas & podagras digerens ac diſſipans.

Reſinæ therebinthinæ, lapidis hæmatitæ, bituminis Iudaici, ſingulorũ denarios trecentos ſexaginta, ceræ, baccarũ lauri, guttæ ammoniaci thymiamatis, ſpumæ nitri, adipis uitulini, denarios trecentos quadraginta, lapidis pyritæ aqua non extincti, cineris aſpidum, uniuſcuiuſq; denarij centum quadraginta, olei ueteris heminas duas, pharmaco refrigerato cinerem inſperge. Præparatur autem & abſque cinere, propterea quod implacide ipſum ferunt aliqui, et nihilominus lapis etiã Aſius efficiatur.

calcis deſiderantur.

Leæna deſiccans & diſcutiens.

Guttæ ammoniacæ thymiamatis, plumbaginis, ſingulorũ denarij centum, ſinapi denarij octo, radicis chamæleontis ſedecim, colophoniæ centum, ſquamæ æris, ſtruthij radicis, cuiuslibet denarij quinq;, euphorbij & æruginis, uniuſcuiuſq; octo, ariſtolochiæ ſedecim, pyrethri octo, olei ueteris heminam, & raphanini quantum ſufficit.

Leæna metraſyncritica, & humorum euacuans.

Attramenti ſutorij ſextans, auripigmenti uncia, hellebori nigri, thoracum cantharidum, ſingulorum ſeſquidenarius, ſandarachæ quadrans, ce-

re

ræ ſeſqui libra, reſinæ fractæ libra, olei heminæ duæ.

Macedonicum emplaſtrum.

Ceræ, colophoniæ, picis, ſeui taurini, libanotis, equis portionibus eliquatis & ab igne ſublatis libanotus inſpergitur.

Orbiculos ſeu pilula ad feruores

Ceruſſæ, ſpumæ argenti, calcis aquæ non extinctæ ſingulorum quadrans, ceræ ſeſquiuncia, bernicarij, roſacei, uniuſcuiuſq; uncia, liquefacta aridis infuſa in orbiculos digeruntur. Vbi utendum eſt, olei uncias ſex cũ duabus uncijs ceræ eliquato, & inijce medicamenti unciam, & rudicula agitato, refrigeratum cum aquæ uncijs nouem contundito, ego roſacei uncias quoq; treis admiſceo.

Δι' ὤχρου, id eſt, ex rubrica pictorum, inflammationem arcens, tum ultro, tum in iudicio tortis ſeruiens.

Ochræ Atticæ libræ duæ, cretæ libra, ſpumæ argẽti bes, ceræ uinotritæ, colophoniæ, picis, pityinæ, ſingulorũ libra, reſinæ terebinthinæ beſſis olei libræ duæ. Hoc modo reſoluũtur: ceræ libra, olei ueteris libræ tres, medicamenti libra, uino diluuntur.

Emplaſtrum διὰ λιθαργύρου, id eſt, ex liquore cedri, conglutinans, diſcutiens & exterens.

Ceræ, picis aridæ, uniuſcuiuſq; libra, colophoniæ beſſem, liquoris cedri ſeſquilibra, eliquata ſimul, donec à ſordibus, ne manus inficiant, perpurgentur, elixabis.

Aliud emolliendi uim hebens.

Ceræ, picis, ſingulorum bes, colophoniæ denarij uigintiquinq;, propoleos denarij ſeptendecim, liquoris cedri denarij uiginti.

Emplaſtrũ διὰ λιθάργυρου, id eſt, ex pumice cicatricẽ inducens.

Myrtei libræ duæ, ceræ libra, pumicis cremati et uino extincti denarij ſex, ſquamæ ſtomomatis tantundem, æris combuſti, cretæ cimoliæ, ſingulorum denarij quinq;, ſupra linteolum concerptum, et ſpongiam ex aqua accommodantur.

Emplaſtrum Paula, ſcrophulis & bubonibus deſtinatum.

Habet ceræ, colophoniæ, nitri, uniuſcuiuſq; libram.

Emplaſtrum Διανίτρου, ad carbunculos.

Nitri toſti quadrans, ceræ, olei, colophoniæ, ſingulorum ſeſquidenarius, ſuccꝰ Cyrenaici aut Medici denarij decem, imponuntur penecillo uulnerario ſoluta.

Emplaſtrum Δι' ἀνεμώνης.

Accipit anemonæ unguibus detractis ſextantem, ceræ quincunce, olei

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Διὰ λιννακάρεως ad tophos & alios omnis generis induratos tumores. Obtinuit autem appellationem † Pamphates.

Herm. Barb. legit, Pampletes.

Spumæ argenti libra, olei ueteris ſextarius, ſquamæ æris uncia, æris cremati tantundem, cinnabaris ſcrupuli duodeuiginti, magnitæ uiui uncia, lapidis Phrygij denarij ſex, lapidis pyritæ, cadmiæ, æruginis raſæ, thuris ſingulorum uncia, diphrygis ſextans, aloës uncia una & dimidia, galbani ſeſquiuncia, lapidis onitæ Schythici ſcrupuli octodecim, lapidis hæmatitæ uncia, propoleos libra, & grammata uiginti octo, ceræ pondo ſeptunx, lapidis perdicitæ uncia, in alio perdiciatæ habetur, betonicæ uncia, et diobolos octo, gentianæ uncia, ariſtolochiæ longæ & rotundæ denarij quatuor, chamæleonis nigri uncia, dictamni ſcrupuli quadraginta duo, reſinæ ſiccæ libra adipis ſtruthocameli lib. Lapides cum ſpuma argenti conterito, adijciens floris ſalis libras duas particulatim, quoad totum moletur.

Διὰ λιπολαρύων, hoc eſt, ex auellanis, ad tophos articulorum experientia comprobatum.

Lixiuij primum deſtillati ſex, nucum Ponticarum, quas auellanas dicunt interranei, ſextans, ſpumæ nitri unciæ ſex, olei uetuſti libra, ſaponis Gallici triens, mellis bes, ouorum albuminum paria tria, ceræ dextans, reſinæ terebinthinæ ſextans, protoſtacto in læuorem conteruntur.

Διαπραίνης ceratũ, ad podagræ dolorẽ ſedandũ admirãda.

Martio menſe diem quintum agente in domo ſubterranea olei communis ſextarios duos in cacabum inijcito, coquitoq; lignis ex uitibus, et quando ebullierit, turpænæ marini piſcis libram immittito, & aſphalacis animantis, quod quidã madamudan appellant, ſanguinis trientem hæc unà uſq; dum carnes piſcis diſſoluantur elixato, uel donec refrigerantur: deinde extractis illis olei & ceræ iuſtam portionem uſque ad ſpiſſitudinem infundito, ut molliſſimum conficiatur cerotum, quod linteolo ſuperinductũ accommodabis.

Medicamentum ex lotio muli podagricum.

Habet lotij muli maſculi ſextarios quatuor, ſpumæ argenti libras duas, olei ueteris myſtrum, ſubacta tritaq; plurimum omnia donec ſtrigmentoſa reddantur, decoquito uſq; ad puritatem ne digitos coinquinent.

Διὰ λίθων ἀσίων ἄνθους, id eſt, ex lapidis Aſij flore, Phylagrij, ad ſcirrhos.

Radicis peucedani, floris lapidis Aſij, ſinis ad manum non ſit, ſalis ammoniaci thymiamatis, lanæ ſuccidæ combuſtæ cuiusque unciam, ariſtolochiæ rotundæ, pumicis, canini ſtercoris, æruginis raſæ, ſquamæ eris, miſyos ſingulorum grammata octodecim, caſtorij ſcrupulos duo-

deuiginti, myrrhæ uncias treis, aceti accerrimi tautundem, ceræ, uncias duodecim & dimidiã, rhesinæ, piceæ, picis, brutiæ, cuiusq; uncias octodecim cum dimidia, dioboli sex, olei perantiqui † & aceti accerrimi quantum satis est.

videtur, redundare.

Ex eodem lapillo GALENI emplastrum.

Ceræ, resinæ terebinthinæ uniuscuiusq; libra, lapidis asij, mannæ, singulorum quadrans, cyprini sextans, aquæ lixiuiæ quod sufficit.

Δι' ἁλὸς ἄνθους, hoc est, ex flore salis, arthriticis in declinatione idoneum.

rhesinæ *Resinæ terebinthinæ † frictæ, pityinæ, ceræ uniuscuiusq; libram, picis aridæ, aluminis fissi, salis floris, singulorum libram dimidiam, coquito in diplomate.*

Emplastrum trophosarcoticon, hoc est, carnem nutriens hulcerum.

Rosacei, resinæ terebinthinæ, mellis, singulorum unc. duæ, cerussæ, butyri, uniuscuiusq; uncia, alij uerò etiam thuris admiscent unciam.

Italicum sordes expurgans & in carnans.

Erinæi, caprifici inquam, hoc est, ficus syluestris fructus, teneram corticem in oleo decoctã porrice, et eliquato in oleo, ceræ rubeæ quantũ satis est, penicillo uulnerario utere.

Entaticum, quod est, intensiuum.

Satyrij, genitalis ceruini, caudæ scinchi, singulorum denarij bini, seminis erucæ, pyrethri, cachryos, ceræ, cuiuslibet denarij quatuor, resinæ terebinthinæ denarius, oua passerũ troglitarum tria, stelliones treis, olei laurini uel irini quantum satis est. Irrigantur uiuentes in aceto stelliones, uase diebus quadraginta in fimo sepulto.

Emplastrum Chryse enæmos.

Thuris, aluminis fissi, singulorũ unciæ duæ, colophoniæ, resinæ, cuiuslibet libra, olei unciæ tres, auripigmenti unciæ duæ, † aceto auripigmentum dissoluito.

exelæi q. f.

Catagmaticum, hoc est, fracturis dicatum, Oribasij.

Picis brutiæ libra cum triente, spumæ argenti tantundem, thuris bes, resinæ terebinthinæ quincunx, adipis taurini libra et triens, galbani, opopanacis, cuiusq; uncia, ceræ triens, olei ueteris libra, aceti quincunx.

Catagmaticum ad fracturas cum uulnere & sine uulneribus, ex monumentis Heracliti.

Picis aridæ mystrum, spumæ argenti tantundem, mannæ mystrum dimidium, adipis uitulini mystrum unum, ceræ Tyrrhenicæ unciæ uiginti sex, opopanacis denarij octo, æruginis rasilis, Cyprij æris, singulorum minas

minas quinque, et decima eius pars, resinæ terebinthinæ mystrum unum cum dimidio et quinta eius portio, æris uncia, rhicinini aut ueteris olei hemina, aceti cotyla dimidia.

Liquidi hyssopi medicamenti præparatio.

Meliloti triens, cardamomi sextãs, lanæ admodum sordidæ unciæ sex, macerata in uini sextarijs duobus, per triduum coquito donec pusillũ relinquatur, his exemptis uino admisceatur olei quadrans & denuo usque ad maximæ partis consumptionem elixato, uinóque etiam tunc addatur colophoniæ dextans, resinæ terebinthinæ tantundem. Sunt uerò qui ceræ quoque uncias decem admisceant, & hyssopi herbæ unciam concoquunt pariter cum alijs. Alij lanas uino abluunt, desiccatasq; uinũ cum sordibus, quas etiam pinum appellant, adijciũt. Vbi utendum est, ex eo unc. treis inijciunt, & reliqua quemadmodum dictum est.

Sequentia huius capitis in codice Græco 24. capiti adnectũtur.

De iusta ceræ portione ad oleum.

Si ungenta quæ eo quod lassitudinem demulcent acopa uocantur, instruere uolueris, olei quadruplum ceræ admisceas: sin autem liquidum ceratum, quemadmodũ in fracturis, adornamus, duplũ. Quod si medicamẽtum emplastri specie machinari cõstituerimus, æquis portionibus, ceram & oleum cõfundemus, si aër ambiens moderatus extiterit. Si uerò ceratus ac squallida, et aër frigidus existat, oleũ quantitate ceram parum excedat, quemadmodum & quando cera pinguior & qui circumfunditur aër calidus fuerit, cera nonnihil olei quantitatem exuperet. Esto autem momentum illud, duodecima medij ad utrunque portio, undecim enim uero uel tredecim olei uncias, cum ceræ libra permiscebis.

Ex monumentis Antylli de elixatione medicaminum, quæ emplastris immittuntur.

Spuma argenti.

In medicamentorũ decoctionibus spuma argẽti in oleo elixetur. Oportet autem læuigatã spumam argenti rursus cum oleo, ad sordium cõsistentiam cõterere, deinde clementi igne cõtinenter agitando, decoquere. Principio igitur turget, bullæq; instar tumescit, imminente uerò iam absoluta decoctione, colorem fæculentiorem præfert. Mensuram autem decoctionis esse scias, quum à tumore subsidet, & à digitorum inquinamentis uindicatur.

Plumbago.

Spumæ argenti modo plumbago quoq; elixetur, finis coquendi erit, non solum dum manus non inquinet, sed quum ex igneo colore in uermiculum & ualde floridum commutatur.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Alumen.

Alumen magna ex parte poſt decoctionem inditur, proprium tamen decoquendi modum nullum habet.

Miltos, Cadmia, Pompholyx.

Rubrica, quam minium dicunt, in fine, cadmia & pompholyx initio, decoctionibus induntur.

Sales, Nitrum, Sulphur.

Salia & nitrum mediæ decoctioni, ſulphur extremæ tandem inſeruntur. Cæterum elixatio eius nigricat emplaſtra.

Terræ ac lapides, Pumex, Conchylia.

Terra quæuis, & lapides cuncti magna ex parte in fine decoctionis imponuntur. Pumex item & conchulæ crematæ.

Oleum, pinguia, unguenta, cera.

Oleum autem ſi quidem ab initio immittatur reſinæ aut pici liquidæ, non inſpiſſetur emplaſtrũ. Poſtquam igitur decocta inſpiſſata cõſtiterint, adijciẽdum eſt oleum, reliquæ uerò pinguetudines inſulſæ circa mediam decoctionem immittere expedit. Vnguẽtum irinum decoctionem quidem admittit, cyprinum autem & roſaceum minus, cætera uerò nullam: quocirca in fine decoctionis immittenda ſunt. Cera ſola priuatim non decoquitur, aduritur etenim, neq; cũ reſina liquida, neq; addita pice liquida, haud enim inſpiſſeſcit, ſed ſuperimijcitur uel oleo puro, uel cum oleoſo quopiam ex metallicis decocto, uel reſinæ aut pici præelixatæ, & citius alijs quæ poſſunt inſeri, coit.

Reſina.

Reſina arida cum cera inditur, humida uerò ante alia omnia per ſe decoquitur, niſi admodum exiguum eius momentum accipiatur.

Pix.

Pix præ alijs cunctis immittitur: modus autem decoctionis eſt, liquidæ quidem, dum ſpiſſeſcit: ſiccæ uerò, maxima ex parte, dum inter coquẽdum nihil amplius neq; ebullit, neq; turgeſcit.

Apochyma, Ramentum nauis.

Apochyma læuigatum, cribroq; à ſuis ſuperuacaneis ſequeſtratum, & deniq; decoctum, emplaſtro inditur: quod ſi fuerit molle, cum oleo diluitur. Cæterum prior ratio exactior eſt, propterea quod in altera pondus non obſeruatur.

Aſphaltos, bitumen.

Bitumen quoque principio ſtatim ad decoquendum immittitur, neque in leuorem conterendum eſt, quoniam ſcabredines fici & oliuarum acinis

acinis similes continet: sed in crassas adeò partes confringere, cumq; aceto decoquere, non commouendo interim, quousque non amplius ampullarum modo turgeat, expedit. Nosu erò, inquit Timocrates, in oleo elixantes, uoti compotes facti sumus. Propolis.

Propolis quoq; emollienda et elixanda est, neutiquam enim à decoctione confunditur. Quod si emplastrum cerā quoq; accipiat, oportet unà cū cera propolim galbani more contusam immittere.

Gutta ammoniaca.

Circiter mediam decoctionem gutta ammoniaca immititur. Oportet autem hanc læuigatam, si fieri potest, & tenuem inspargere: sin minus, cum liquore quopiam contritum inijcere: si cruentis dicatū fuerit emplastrū cū aceto aut uino: si fistulis aut strumis consecratū, omnino cum aceto: si uerò molle futurum sit, ut sunt dactylica, quæ sedi adaptantur, cum aqua, deinde strigmēti crassitudine inducta, alijs refrigeratis ne ebulliat infundere. Oppopanax.

Admiscetur opopanax multo serius quàm ammoniacū, omnino autē modica decoctione eget. Est uerò etiā ille cū uino acetóue antea læuigādus.

Galbanum.

Galbanum nullā omnino decoctionem sustinet, sed quo incrassetur, ut manus non contaminet, emplastrum tollere ab igne expedit, et mollificatum inijcere. Sagapenum.

Contunditur sagapenum in mortario, & ubi teneritudinem assumpserit, sublatum ab igne cum emplastro mollificatur. Aolē

Aloē emplastris post decoctionem inditur.

Succus papaueris.

Succus papaueris pridie in aquæ momento irrigatur, deinde in mortariolo conteritur, mox emplastrum superinfunditur.

Thapsia.

Thapsia postremo inseritur, uel liquore aliquo diluitur.

Bdellium.

Bdellium quoq; læuigatum emplastro ab igne remoto inditur, at si in pingue admodum incidas, adeò ut læuigari nequeat, sagapeni more contusum, & in emplastri formam redactum, cum emplastro post elixationē eliquabimus. Libanotus & manna.

Thuris lachryma pariter et manna decoctioni iā absolntæ inspergun tur, strigmenti instar, cū melle pauculo acetóue, aut aqua, aut uino inspissata, si humorem participat emplastrum.

Myrrha

Myrrha.

Perfectæ decoctioni inditur.

Semina, radices, herbæ.

Nulla neq; seminum, neque radicum, neq; herbarum decoctionem ullã sustinent, qua de causa læuigatis & in pila adhuc depositis, liquida infundũtur.

De malagmatis & epithematis. Cap. XVIII.

EX medicaminibus quæ emolliendi uim habent, & ob id malagmata dicuntur, alia quidem medijs partibus imponũtur, diuturnoiam tempore inflammatis, uel induratis, uel æstu feruentibus, uel perfrictione conflictantibus, uel defluxione infestatis: alia articulis oppillatis, et tumoribus perinde atq; cuneis obturatis, uel neruis algore uexatis, uel alijs etiã corporis partibus scirrho oppressis, competunt. De his itaq; capite de Emplastris memoratum est, & de acopis fusius enumerabuntur. Ex his autẽ quæ medijs corporis partibus congruunt, (proprie epithemata nuncupantur) quæ sanè stomacho & iocinori adhibentur, qualiacunq; illa fuerint, roborantem potentiã ex adstringentibus requirunt, absque his enim uitæ periculum est, quum hæc membra uitæ cõmunia instrumenta sint: quapropter medicamenta huiusmodi, ex aromatis potissimum componuntur. Stomacho igitur pro suo munere non coquenti imbecillo inflationéue laboranti, ea quæ ex seminibus & meliloto, aloë, absinthio, sampsucho, nardo, & mastiche denique constituuntur malagmata, applicanda sunt. Iocinori uerò, quæ ex myrobalanis, gutta amoniaca, adipe, & chamæmelino confiunt. Lieni autem, quæ ex calce aqua non extincta, auripigmento, cappari, salicibus, cardamomo, ærugine, gutta ammoniaca, & aceto contexũtur, conueniunt. His uerò qui fluxu alui impetũtur, ex œnanthe, alumine, melino, & alijs astringentibus conflata, quæ per abusionem etiam malagmata uulgò nuncupant, etiamsi contraria his quæ emolliendi uim habẽt, potentia constent. Quibus autem uiscera æstu flagrant, quemadmodum in febribus accidit ardentibus, his malagmata et epithemata è croco, rosaceo succo, seminis lini, aut sereos, aut herba sanguinali, adipe suillo & ℥i uma argenti cõducunt. Refrigeratis porrò, quæ è succo balsami, fõlio, cassamo, pipere conficiũtur. Pectori autẽ, in sanguinis nempe excretionibus, astringentia & desiccantia, quæ ex alumine, salice, & bitumine contexuntur. In tabe uerò, quam phthisin appellant, quæ ex baccis lauri, marrubio, cardamomo, lixiuioq; constant, expediunt.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Martianum.

Maſtiches, ceræ, ſtyracis, ſingulorum quadrans, hyſſopi medicamenti ſemuncia, opobalſami ſeſquiuncia, nardini, gleucini, olei omphacini, uniuſcuiuſq; quadrans, medullæ ceruinæ ſeſcuntia, reſinæ terebinthinæ uncia.

Δι' ὄμφακος, id eſt, ex uua immatura, Embole (quod eſt iniectio) prima.

Habet aſpalathi, rudiculæ palmularum meliloti, iridis, iunci rotundi odorati floris, xylobalſami, roſarum aridarum, calami odorati, ſingulorũ quadrantem, olei omphacini libras decẽ, omphacis ſucci ſextarios decem.

Embole Secunda, ex caryophillo.

Guttæ ammoniacæ, ſpicæ nardi, coſti, caryophylli, caßiæ, caſſami, uniuſcuiuſq; quadrans, in alio legitur, arnabi quadrans.

Embole Tertia.

Thuris ammoniaci thymiamatis, ſtyracis, bdellij, myrrhæ, maſtiches, ſingulorum quadrans, uini quantum ſatis eſt, ceræ tractæ quincunx, opobalſami unciæ ſex, quidam habent uncias octo. Primæ embolæ ſpecies ſucco omphacis & oleo pridie macerantur, ſecundæ uerò in altera pelui, minimè capaci in uino Aminæo, aut alio ueteri & odorato, mouetúrq; qualibet die rudicula palmea: tertiæ ad triduũ, à quo tempore in cacabo ſplendido ſpecies primæ emboles, tantiſper dum puſillũ omphacis relinquatur decoquito, deinde alterius embolæ ſpecies confeſtim cum uino immite, melius uerò ſi prius alijs ſublatis, ſic oleo puro inijciantur, & ad perexiguas uini reliquias decoquantur, ne comburatur oleũ, depoſita ab igne colabis, & rurſum tertiæ embolas ſpecies oleo non impuro inijcito, in pila prius cũ uino, ueluti diximus, dilutas, excepto ſtyrace: is enim iniectus cũ alijs prõpte ſoluitur. Coquito carbonib. hactenus dũ tibi bene habere uideãtur, remotáq; ab igne, ſinito refrigerari, poſtera autem die accuratè exemptis ex oleo, & calfactis abunde ſuper ignem ceram indito, depoſitáq; rudicula agitato. Vbi refrigerata fuerint, opobalſamum inijcito, et uitreis uaſculis reponito.

Gleucinum Embole.

Olei ſextarios decem, muſti Aminæi ſextarios ſex, aſpalathi quadrãtẽ, rudiculæ palmæ uncias ſex, floris rotũdi iunci odorati tantundem, meliloti trientem, roſarum unciam, myrrhæ quadrantem, foliorũ lauri ſextantẽ, dendrolibani, xylobalſami, enulæ campanæ, ſingulorum uncias ſex, ariſtolochiæ longæ, ireos, cuiuſq; quadrantem, ſimul in muſto macerabis.

Embole ſecunda.

Celticæ nardi triẽs, balſami ſextãs, cyperi, caßiæ, ſpicæ nardi, aſari, amomi, coſti, ſampſuchi, ſing. quadrans, calami odorati, caryophilorũ, folij,

uniuſcuiuſq; uncia, cardamomi triens. Balſamũ in uino fragrãte irrigatum

Emboletertia.

Maſtiches uncias quatuor, myrrhæ troglodytidis, bdellij, ſingulorũ uncias duas, ladani uncias treis, ſtyracis liquidi, thuris maſculi, cuiuslibet uncias quatuor, opobalſami uncias ſex, nõnulli admiſcent etiam croci uncias duas. Confice quemadmodũ & Αἰ ὄμφακος, excepta cera. Heic autem oportet dieb. ſeptem duarũ embolarum ſpecies irrigare & macerari

Nardus Cizinina, Empole prima.

Olei primatis ſextarios decem, aſpalathi, cypearum, inulæ campanæ, ireos, xylobalſami, mali terræ, cardamomi, rotũdi iunci odorati, floris, ſingulorum uncias ſex, ſampſuchi trientem, herbæ ſabinæ ſextãtem, quidam adijciunt his calami quoq; odorati ſextantem, hæc in uini odorati ſextarijs quatuor irrigato.

Embole ſecunda.

Caßiæ, caſſami, arnabo, ſingulorum ſextans, ſpicæ nardi quadrans, caryophyllorum uncia, coſti, amomi, cuiuslibet ſextans, quidam etiam nardi Gallicæ uncias duas adhibent, atq; hæc quidem uino excipiuntur.

Embole tertia.

Myrrhæ troglodytidis, aloës, thuris, ſingulorum ſextans, ſtyracis quadrans, maſtiches triens, opobalſami unciæ ſex: ſunt uerò qui etiam croci uino diſſoluti unciam admiſceãt. Præparato etiam illam, quemadmodum dictum eſt.

Διὰ μύρου.

Suſcipit ſpicæ nardi, folij, euphorbij, piperis, coſti, adarcæ, ſingulorum unciam, maſtiches unciam unam & dimidiam, opobalſami uncias ſex, nardini libram, ceræ libras treis.

Πεντάμυρον.

Styracis unciam, maſtiches uncias duas, ceræ albæ uncias treis, opopanacis uncias quatuor, nardi uncias quinq;, † ſoleati, folij uncias treis, guttæ ammoniacæ unciam, caßiæ uncias ſex, ladani.

Hæc plane redundant.

Εὔωδες, hoc eſt, odorificum.

Accipit croci, aloës, maſtiches, abſinthij, ſtyracis, œnantes, caſſami, caryophylli, ſingulorum quadrantem, nardi libram, ceræ tantũdem, melini uncias ſex, dactylos palmarum duodecim, uini quantum opus eſt.

Baium malagma.

Cardamomi, caßiæ, œnanthes, nardi Gallicæ, baulauſtiorũ, propoleos, ſingulorum grammaria octo, ſabinæ, caſſami, amomi, cuiuſq; grammaria ſex, floris rotundi iunci odorati diobolos octodecim, iridis grammata quatuor.

tuor, caryophylli ſeſquiſcrupulum, thymiamatis crimati ſextantem, thuris, myrrhæ, cuiuſq; unciam, ladani uncias ſex, bdellij, maſtiches, aloës, nardi, olei lētiſcini, cuiuslibet ſemuntiam, zygiæ, pityinæ reſinæ terebinthinæ, cuiuslibet quadrantem, opobalſami unciam, ammoniaci thymiamatis diobolos ſex, ceræ uncias ſex, liquida œnanthino diſſoluito, & arida cōtuſa: aliâs etiam piperis ſcrupulos duodeuiginti reperio. Sunt item, qui moſchi ſcrupulum unum adijciunt.

Maiagma GALENIVM.

Habet croci unciam dimidiam, aloës unciam, maſtiches quadrantem, ſeminis abſinthij diobolos octo, œnanthes tantundem, palmulas grandiores treis, ceræ quadrantem, olei melini uncias ſex.

Malagma Erythrium, hoc eſt, rufum.

Styracis quincuncem, malorum cotoneorum uncias uiginti, maſuchæ uel maſuaphij, croci, ſingulorum denarios decem, pſichorum, cypheos, ſingulorū denarij quinq;, œnanthes uncias duas cū dimidia, caſſami, abſinthij, ſingulorum denarios decem, caryophylli diobolos quindecim, ammoniaci thymiamatis grāmata decē, opobalſami grāmata ſex cum dimidio, nardi quincuncem, colophoniæ, gleucini, melini, uniuſcuiuſq; dextantem, roſacei denarios decē, propoleos quincuncē, reſinæ terebinthinæ dextantē, mellis cochliaria decē, ſolij denarios decem, ſpicæ nardi tantundem, ceræ uncias ſeptem & ſemiſſem, uino Phalerno uel Aminæo eliquabis.

Malagma Nili, ſpleni conſecratū, & ad omnem diruitiem.

Ceræ libram, ammoniaci thymiamatis libram, olei cyprini tantundem, croci unciam dimidiam, alij uerò unciam, aceti quantum ſatis eſt.

Malagma Citrinum.

Ceræ, colophoniæ, uniuſcuiuſq; libram, guttæ ammoniaci thymiamatis, auripigmenti, calcis, aluminis, aceti, ſingulorum cyathos octo, arida contere aceto.

Malagma Curei.

Habet picis ſiccæ libram, ceræ, pityinæ, ammoniaci thymiatis, nitri, baccarum lauri aridarum, ſeui taurini, ſingulorum libras duas, farinæ fœnogræci ſextarium, pollinis tantundem, chameleontis nigri radicis aridæ libram.

Malagma ex ſtercore caprino Oribaſij, lienoſis, hydropicis, & iocinoris duritia affectis deſtinatum.

Olei cyprini uel olei antiquiſſimi libras treis, ceræ libras duas cū ſemiſſe, merdæ caprarum, baccarum lauri decorticatarum, ireos Illyrice, ſingulorum ſextarios decem, reſinæ terebinthinæ libram, ſinapis, nitri, cyperi, ſe

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

myrſinati, ceræ, ſingulorum libra, dactyli palmæ ingentes † uini Aminæi quantum ſatis eſt. Locus de prauatu.

Malagma Antylium.

Habet aluminis ſciſsi unciam dimidiam, aloês unciam, maſtiches diobolum, œnanthes grammata ſex, omphacij grammata octo, roſarum aridarum tantundem, rhu Syriaci diobolos decem, acanthes Aegyptiæ ſcrupulos decem, balauſtiorum grammata uiginti, gallarum diobolos quindecim, ceræ uncias quinq;, olei melini quantum ſatis eſt.

Malagma ἀξὺ γιγάρτωμ, id eſt, ex acinis uinaceis.

Continet croci, ſandycis, œnanthes, ſingulorum unciam, aluminis aridi trientem, balauſtiorum, omphacij, roſarum floris, myrtorum ſiccorum uniuſcuiuſq; ſextantem, ceræ † dealbatæ libram, olei melini dupondo, malorum cotoneorum trientem, dactylorum qui Nicolai dicuntur, decem, uini Aminæi quantum ſatis, acinorum aridorum beſſem. In uſu autem medicaminis quadranti ceræ unciam temperabis. tractæ

Confectio Anethina.

Anethi uiridis unciæ ſex, meliloti ſextans, chamæmeli tantundem, capitum papaueris uiridium decem, elixorũ decocti trepondo, & olei quod ſatis eſt. Quando autem conſumptum fuerit decoctum, injice adipis porcini recentis dupondo, læuigatoq; ſeorſim ſcillæ aſſatæ interanei ſextantem, & medullæ cerui tantundem, omnia miſceto.

Ambroſia lexipyretos, id eſt, arcendis febribus.

Habet ſpumæ argenti libram, adipis porcini recentis uncias ſex, ſucci ſeminis lini ſelibrã, ceræ dealbatæ dodrãtem, roſacei libra, mellis quadrãtem, croci unciam. Nonnulli etiam lutea ouorũ decem cruda adiungunt.

De Acopis, Vnguentis, Dropacibus, & Sinapiſmis. Cap. XIX.

ACopa inde dicuntur, quod præcipuè contra λάσους, id eſt, laſſitudinis, uerbi gratia, intenſiuæ, hulceroſæ ſenſus, & oſſium defatigationes adhibeãtur. Succurrunt præterea alijs quoq; compluribus affectionibus: nam alia quidem calfaciendi uim habent, alia uerò emolliendi facultate ſunt prædita. Calorifica, ex pipere, pyrethro, cachry, et id genus alijs cõtexta, neruorum doloribus, algoribus intenſis, & ijs quæ ægre calfieri poſſunt, bene faciunt. Emollientia, ad duritias, ſcirrhos, & articulos infarctos, quaſiq; cuneo obturatos conferunt, quorum materiam in capite de Emplaſtris enumerauimus †. Emollientibus uerò quæ adarce, cachry, euphorbio, grano cnidio, & conſimilibus conſtant, in malis diuturnioribus, et difficulter elidendis, quibus ſinapiſmi etiam uſus congruit, utimur, Non miſcla.

Acopa

Acopa porrò cuncta mediam inter cerota & emplastra consistentiam habere conuenit. Vngenta autem etsi ἀχόωδεις respondeant, spissitudinem tamen liquidiorem quodammodo obtinent. Cæterum dropax duplicẽ præparationem admittit, hanc quidem emplastro, aliam uerò malagmati assimilem. Nonnulli uerò ipsum quoq; calidum illiniunt, materiã autem acopis & emplastris comparem. Vsum autem cataplasmatis præstat, issdem languoribus quibus & sinapismus ex usu est, cum antè sinapismum ut corpus ad sinapi præparetur idoneum, tum post sinapismum, quo affectionis reliquæ amputentur, applicatus. Conficitur autem sinapismus ex materia quidem non uaria, sed efficacissimus est, diutinis potissimum affectionibus post dictam aliorum præsidiorum facultatem expediens. Magna cũ utilitate capiti, cum primis in cephalæa, hemicrania, morbo sacro, quem Græci ἐπιλημψίαν uocant, uertigine, et mania, hoc est, furore adhibetur: thoraci uerò, in difficultate anhelitus, orthopnœa, tussi diuturna. In diutino uerò catarrho, capiti, thoraci sinapismus applicandus est. Iam uerò & stomachum ipsum & uentrem uniuersum in diuturnis eorundem languoribus sinapi oblinimus. Accõmodum porrò ischiadicis, podagricisq;, et singulis corporis partibus languidis & flaccescentibus, aut aliâs quodammodo, ita ut uix ullo calore refocillari queãt, perfrigeratis est remediũ. Esto autẽ efficaciæ medicaminis finis, quũ dolor insigniter afficit, liuidiorẽ insuper & tumidiorem carnem efficit, cumq; lauacris pustulæ clementer ebulliunt. Quod si sensus etiam perierit, animaduertendum est, quoniam ita affectu, si adurantur, non sentiũt: quantumuis immodicè regione delibuta ungento frequentius retecta, uigilandũ est. In acutis præterea affectionibus, inexpugnabili nempe somni necessitate, grauiori ad altiorem quietem impetum, & catocho sinapi inducitur, principio quidem cruribus: Vbi materia radices egeri, capiti. His uerò qui frigus quod difficulter calore uinci potest experti sint, cruribus & cubitis sinapismus adhibendus est. Auersandus autem in continenter febrientibus, hulcus habentib. & cartilaginosis, macilentioribusq; sinapismus est, comburuntur enim interdum & denigrantur partes non carnosæ sinapi adhibito.

Acopum Bromium.

Sumũtur ceræ, colophoniæ, resinæ, singulorũ libra, seu suillitriẽs, butyri unciæ sex, althææ, fœnogræci, seminis lini uniuscuiusq; dupõdo, olei põdo, galbani unciæ duæ cũ dimidia. Succo pariter cum oleo usque dũ maior pars consumpta sit decocto, reliqua cum cera & galbano injice.

Acopon Pœcillum, hoc est, multiplex.

Liquoris althææ, fœnogræci, seminus lini, rutæ, cymini, singulorum dupondo,

dupondo, medullæ cerui pondo, olei ueteris, pinguetudinis anserinæ, opobalsami, nardi, cuiusq; pondo, ceræ, colophoniæ, resinæ, cuiuslibet sesqui pondo, euphorbij, resinæ terebinthinæ, opopanacis, cuiusq; unc. sex, castorij quadrans, herbarum ex quibus succus exprimitur, singularũ lib. adnectenda est. Decoque instar proximi.

Acopum Azanitæ.

Seui porcini libræ binæ, pinguetudinis taurinæ, resinæ, colophoniæ, œsypi pharmaci, ceræ, singulorum as, galbani quadrans.

Acopum Basilij

Althææ, chamæmeli, meliloti, seminis lini, fœnogræci, singulorum sesquiuncia, amomi quadrans. Hæc in uini Ascalonij, aut Cilicien sis sextarijs octo, per triduum macerantur, & ad mellis usq; spissitudinem elixantur, deinde liquoris libræ quinq; cum oleo ueteri, pondo librarum quatuor cũ dimidia, usq; dum liquoris mediætas tantum supersit, decoquuntur, et immittuntur butyri unc. sex, resinæ terebinthinæ triens, adipis anserini unciæ quindecim, medullæ ceruinæ cum olei momento læuigatæ quincunx, ceræ tractæ trepondo.

Acopum Lysiponium.

Piperis, castorij, styracis, mastiches, aloës, inulæ campanæ, ireos, singulorum triens, euphorbij, costi, ammoniaci thymiamatis, myrrhæ, sampsuchi, thuris, cyperi, cassiæ fistulæ, cachryos cuiusq; quadrans, adarces, amomi, bdellij, ligni balsami, uniuscuiusq; sextans, malabathri, spicæ nardi, pyrethri, croci, singulorum uncia, succi balsami libra, nardi cyprini, leucini, cuiuslibet libræ duæ, ceræ libra.

Acopum à fœtore δυσῶδες appellatum, ex libris de cõpositione medicamentorum κατὰ γένος sumptum.

Ceræ, resinæ terebinthinæ, singulorum denarij uiginti quatuor, galbani, guttæ ammoniaci thymiamatis, cuiuslibet denarij sex, olei heminæ duæ, medullæ ceruinæ denarij octo. Vtere sincero & dissoluto.

Aliud δυσῶλες à fœdo odore dictum.

Resinæ terebinthinæ denarij sedecim, ceræ denarij uiginti octo, œsypi, mellis, singulorũ denarij sex, medullæ ceruinæ unciæ sex, guttæ ammoniaci thymiamatis, galbani, spumæ nitri, baccarum lauri, uniuscuiusq; unciæ sex, olei ueteris sextarius, uini cyathi duo. Nonnulli castorij quoq; uncias treis adnectunt.

Acopum barbaricum δι' ἰσχιάδος, coxendice dolentibus, & alijs pulribus utile.

Opopanacis uncia, ceræ Tyrrhenicæ libra, resinæ terebinthinæ libræ

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

cuiusq; sextantem, olei sicyonij libram, ligni balsami uncias sex.

Aliter simplex.

Habet ceræ libram, picis aridæ sesquilibram, brutiæ libram, resinæ piceæ sesquilibram, fractæ libram & quadrantem. Loco nitro prius abstersо imponito.

Sinapismi præparatio.

Ficus aridæ pridie aqua tepida irrigandæ sunt, postero die prævalide exprimendo strenue lævigandæ, deinde acre sinapi, cuiusmodi Syriacum & Aegyptium est, priuatim conterendum, affuso illarum diluto, & massa confecta miscendũ. Siquidem uiolentius uoluerimus exhulcerare, duas partes sinapis cum una ficuum temperabimus: si uerò mitius, è contrario: sin mediocriter, equis partibus utraque confundemus. Cæterum sinapi ante contritionem aceto dilutum, quemadmodum aliqui faciunt, ineffacius redditur. Atqui à sinapis purgatione & lauacri usu, si dolor intensus, ruboreúe locus suffunditur, & pustule oboriuntur, linteum succo maluæ aut fœnogræci cum rosaceo irriguum applicemus, deinde rosaceo cerato addita cerussa utemur. In dissolutis uerò in quibus sensus oblæsus est, multum diuq; aduertere oportet animum, detegendo & speculando subinde partem, non sentientes etenim, sæpenumero supra modum miscere exusti sunt, & caprarum baccæ cum aceto catapalsmatis instar illitæ efficaciores quàm sinapi sunt, potißimum in his qui laborant coxendice.

Acopon ex atramento scriptorio rubrificãs proprie, et hemicranicos potissimum, ex monumentis Alexandri.

Euphorbij, atramenti librarij, singulorum denarij quatuor, myrrhæ troglodytidis, crocomagmatis, piperis albi, cuiusq; quadrans, croci denarij duo, aceti quantum opus est ad lævigandum: hæc egregie, & ad spißitudinem strigmentorum balneorũ. Atq; tum illinito, à medio superciliorum inchoans usq; ad tempus totum, præcipuè si pilis denudatus sit, postquam refrigeratum fuerit, rursum illinito: & ubi remedium belle officium suum peregerit, hominem affectum in lauacrum deducito.

Oleorũ & unguentorũ cõcinnationes diuersæ. Cap. xx.

VNctionum & unguentorum uel oleorum, quæ unguinum naturam resipiscunt, simplicia quidẽ sunt, quũ una modò oleo species inditur, quæ uerò præparãtur ex pluribus, composita. Ex simplicibus rursum aliqua ex floribus oleo inditis constituũtur: uerbi causa, rosaceum et melinũ, susinũ: aliqua uerò ex fructibus & seminibus confiantur, quædam uerò ex germinibus quibusdam: exempli gratia, rutæ, quæ etiam cum oleo decoquuntur. Quoniam autem flores elixationem nullam admittunt, insolantur potius, uerùm si ualentiorem quidem habeant

fragrantiam & minimè euaneſcentem, pluribus diebus inſolata, tenuioris eſſentiæ partium, & uſui multo commodiora redduntur: è quorum grege habentur, roſaceum & chamæmelinum. Quicunq; autem imbecilliores, promptiusq; difflantur floſculi, inſolatū minus perferunt, utpote quorum uirtus promptius euaneſcit, quemadmodum lilium et uiola. Ex his autem quæ fructus & ſemina conſtituunt, alia quidem ex ipſis integris oleo inie ctis conficiuntur, puta melinum: alia uerò contuſis uel contritis, oleoſo quod in eis continetur ſegregato, ſiue expreſſis ipſis in cochleas, uel ex aqua calente diſcernendi gratia, ueluti, caryinum (hoc eſt, oleum ex nucibus) ſeſaminum, amygdalinum, lentiſcinum, laurinum, rhicininum, raphaninū, & id genus alia. Cōpoſita uerò ex plantis odoratis, magna ex parte oleo cū uino, uel muſto, uel aqua decoctis, & inde detractis atq; exemptis præparantur, cōmixtis oleo quibuſdā ſuccis, interdū etiā adipibus aut medullis. Ex iſtiuſmodi aūt quædam exactè oleoſam conſiſtentiā ſortita, ſimpliciter græce μύρα, id eſt, unguenta uel ἀλείμματα, hoc eſt, unctiones dicuntur, ut gleucinum, nardinum, ſicyonium, & cyprinū. Quæ uerò ſpiſſitudinem acoporum obtinent, ceram aut reſinam, aut eiuſmodi quippiam ſuſcipientia, μυρεψικὰ cognominantur: uerbi cauſa, decamyron, & amaracinū, & eiuſmodi alia, atq; hæc quidem † uno duntaxat die decoquuntur, quæ non admodum ex diuerſi generis materia conſtant, quemadmodum metopium, maſtichinum, ſicyonium: alia uerò ex duabus, aut tribus, aut quatuor iniectionibus: primū quidem ijs, quæ contumaciter cōſumuntur, decoctis: uerbi cauſa, aſpalatho, ſpathe, arbore thuris, lauro: deinde uerò aromatibus, ſolio, ſpica nardi, amomo, herba ſabina: poſtremo uerò ſuccis, adipibus & medullis: ſi uerò contingat, etiam cera & reſinis iniectis. Balſami uerò ſuccus nūquam decoquitur, ſed poſt exactam decoctionem refrigerato moderatè, unguento immittitur. Ex ipſis præterea unguentis, quædam decoctionem minimè admittunt, ſed admiſcentur tantummodo, ſicuti mendeſium. Sunt autem qui uiride unguentū facientes ipſius ſextarium ab igne ſublatum, in libras quinq; olei intingunt, æruginis raſæ diligenter læuigatæ unciam unam & dimidiam inijcientes, quemadmodum in cyprino et amaracino. Iam uerò ſimplicia quidem unguenta ſpecierum, quæ ipſis indita ſunt, uel ex quibus contuſis conflata ſunt, uires obtinent, ut ueluti materiæ rationem contineat oleum. Quæ ex uarijs conſtant uniuerſa natura in calidū mutāt, nonnulla uerò inſigniter calfaciunt et emolliūt, ſic ut artuum uitio quod angyloſin uocant, & obturationibus eorum congruant: è quorum claſſe ſunt, metopium, mendeſium, marciatū: moderatius aūt pentamyron, decamyron uerò uehementius eſt, ut ſumma quoq;

Myra. Alimmata.

Myracopa. ſemel

rodat,

rodat. Cæterum mediocriter calida, tenuium partium, et dolores mitigant & maturant, quale est, ſuſinum, amaracinum, irinum, crocinum, pholeatinum. Quædam autem præterquam quod calfaciunt, deſiccãt admodum & incidunt, cuiuſmodi eſt cyprinum & ſicyoniũ. Quædam uerò calorifica quidem ſatis, ſed maiorem corroborandi uim obtinent, quo nomine ſtomacho potiſſimũ & uiſceribus reſolutis accommodata ſunt: cuius farinæ ſunt, maſtichinum, nardinum, gleucinũ. Valẽtius adhuc robur indit, quod ex omphaco confectum eſt. Nonnullis poſtremo ungentis mulierculæ propter ſolã odoris gratiam utũtur: uerbi cauſa, pholiato, ſpicato, cõmageno, & quæ mochelæa, id eſt, ex muſto oleoq; conflata nomenclaturã obtinent.

Roſacei præparatio.

Roſarum rubearũ detractis unguibus, & per diem noctemq; refrigeratarũ quadrãs, olei omphacini ſextarius Italicus. Summa cura ac diligentia uaſculo extrinſecus ne diffletur, et euaporat operculato, ſub dio ad quadraginta dies inſolato, quibus elapſis deponito, non quidem in pauimentum, ſed in tabulam ſeu aſſerem. Quidam uerò loco expoſitionis ad ſolem ad puteum aquæ frigidæ quadraginta dies appendunt uaſculum, propterea quod ex frigore amœnus ac gratus odor conſeruetur. Aliqui in terram hoc ipſum defodiunt.

Chamæmelini præparatio.

Chamæmelorum floris, ſine albis foliis refrigerati per diem naturalem ſextans, olei ſextarius Italicus, uaſe raro linteolo operto, quò commodius exhalet, inſoletur: idq; ad dies quadraginta, à quibus proximè tutoq; conflatum, reponito.

Olei anethini præparatio.

Anethi uiridis, comæ refrigeratæ unciam, olei dulcis ſextarium Italicũ, pari modo inſolato. Confici autem poteſt pro temporis ratione anethinum, ubi inſolatus denegatur copia: aridi nãq; anethi comam cum oleo in diplomate uaſculo elixãtes, utũtur, & chamæmelino cõſimiliter. Minoris uerò efficaciæ hæc ſunt ijs, quæ ex uiridibus conſiunt, præſertim inſolatis.

Lilini, quod alij eo quod in Suſis forſan inueniatur, Suſinum appellant, confectio.

Foliorum liliorũ candidorum cõſimili modo refrigeratorum ſextans, in Italicum olei ſextariũ iniectæ circumſtriguntur exacte ne perſpirãt, & inſolantur per triduũ: quibus trãſactis primis floribus exemptis & proiectis, aliæ duæ unciæ per ſequens triduum immittũtur, & ſic reponuntur.

Suſinum Lilinum ũe compoſitum.

Sumito olei ſextarios, calami odorati libras quinq;, myrrhæ quincun-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

octo tribus horis decoquunt, & ita colata reponunt.

Oleum Amygdalinum.

Conficitur etiam amygdalinum prædictorum more, amygdala amara & pura contunduntur, & aqua exigua inspargutur, & (ceu dictum est) discernuntur ac sequestrantur. Quidam autem conquassatorum amygdalorum sextantē in dulcis olei Italicū sextariū immissum, in lebete elixant.

Amygdalinum, quod & Metopium nuncupant.

Aegyptij huius olei inuentores, metopium ipsum appellauerūt, eo quod galbanum accipiat, planta nanque ex qua galbanum emergit, metopium nuncupantur. Constat aūt ex olei omphacini sextarijs uiginti, amygdalorum amarorū libris duabus, cardamomi libra, floris rotundi iunci odorati, calami odorati, carpobalsami, singulorū libra, myrrhæ, galbani, cuiusque uncijs sex, terebinthinæ libris duabus, uini perodori ad arida macerandæ sextarijs quatuor, mellis Attici libris tribus. Resinam & galbanum læuigata, cum parte olei soluta alijs decoctis inijciemus & ipsum mel: mixta uerò diligenter omnia, auferentes ab igne, dū adhuc tepidum est, colemus, spissum nanq; euadit refrigeratum. Metopium

Oleum Balaninum, id est, ex unguentaria glande.

Balanimum quoq; oleum simili cum amygdalino ratione præparatur ex querneis glandibus.

Oleum ex iuglande, quod Caryinon uocant.

Nuceum quoq; ad balanini instar ex iuglandibus uetustis conficitur.

Olei Laurini faciundi ratio.

Purum quidem laurinum consimilem faciundi rationem habet, ex baca lauri, mixtum uerò hoc modo conficitur, maturarum oliuarum sextarius in baccarum lauri sextarios duos inditur, conteruntur omnia & exprimuntur: sunt qui utriusq; æquale pondus misceant.

Oleum Lentiscinum.

Lentiscinum quoque oleum ut laurinum præparatur, ex fructu lentisci bifariam cum per se, tum adiectis oliuis non maturis.

Oleum Mastichinum.

Mastichinum simpliciſsimum hoc modo paratur. Mastiches in Chio insula natæ uncia, omphacini olei sextario Italico permiscetur, et in olla decoquitur: nonnulli uerò absinthij & styracis cuuslibet unciam adijcere consueuerunt.

Mastichinum magis uarium

Olei sextarij quinquaginta, inulæ cāpanæ libræ quinq;, xylobalsami libræ decem, †florū iunci rotundi libræ quinq;, cardamomi libræ septem, lentisci mastiches

maſtiches libræ quinq; xylomaſtiches libræ octo, terebinthinæ libræ tres, abſinthij comæ libra, uini odorati ſextarij quinque, aquæ ſextarij decem. Maceratæ uino res arido antè triduum commiſcentur oleo & aqua, & elixantur horas ſex, tumq; maſtiche & terebinthina injiciuntur, & exactè commixa & infrigidata depurantur, & transfuſa reponuntur.

Sicyonium ſimplex.

Præparatur illud ex radice cucumeris ſylueſtris refrigerata, uncijs duabus, in olei Italici ſextarium inijciis, & in cacabo decoctis.

Sicyonium compoſitum.

Olei ſextarij decem, cucumeris agreſtis radicis deraſæ libra, ſerpylli, meliloti, ſingulorum unc. ſex, tædarum picearum pinguium, althææ ſingulorum quincunx, ſcolopendrij unc. ſex, fœnograeci ſextarij duo. Præmaceratur fœnogræcum aqua primo diem unam, deinde colatur, & immittuntur dictis cum oleo & uini ſextarijs duobus, omnibusq; decoctis adijciuntur medullæ ceruinæ cũ olei momento leuigatæ unc. quatuor, adipis gallinarum totidem, ac denuo colatum oleum alio uaſe recondito. Nec deſunt qui ipſum poſt decoctionem dies quadraginta inſolant.

Aliud Sicyonium efficacius.

Elaterij ſucci ſextarios treis: Ariſtolochiæ rotundæ & longæ, ſtyracis, inulæ campanæ, hyſſopi, ireos, colocynthidis, pulegij, origani, cyperi, dendrolibani, centaurij, daphnophyllorum, uniuſcuiuſq; ſextantẽ, olei ſextarios quinq;: mixta, uſq; dum ſucci exiguum relinquatur, decoque.

Oleum Cyprinum ex monumentis Poſidonij.

Olei ſextarius, cyperi, inulæ campanæ, iridis ſingulorum libra, ſampſuchi, hyſſopi, ſeminis uiticis, ſaluiæ, cuiuslibet quadrãs, floris cyperi lib. Alia quidem omnia uino per diem prius macerata, elixantur cum oleo horis ſex: exempto oleo puro cyperus injicitur, ſi quidem ad manum ſit, uiridis, cũ mollibus tenellisq; ramulis† incontuſis: ſin minus, certe aridus. Contuſus cum exigua aqua, coquentur hora una & dimidia. Quod ſi placuerit ipſum immergere, poſtquam remotum ab igne fuerit inſere æruginis puri libram unam cum dimidia. Cæterum Poſidonius ferruginis uitans acrimoniam, poſt decoctionem (inquit) per triduum oleum in lebete perudo ſinito, tingeturq; ita ut uirtus ipſius non lædatur.

† acopis

Alia deſcriptio Cyprini.

Foliorũ cypriorum, foliorũ lauri, iridis, cyperi, ſaluiæ, ſing. unciæ tres; arboris thuris, ariſtolochiæ longæ, ſeminis uiticis, cuiusq; unc. quatuor, inulæ campanæ, aſpalathi, cuiuslibet. unc. ſex, rutæ ſextans, cupreſſi tantundem, olei ſextarios decem. Hæc antea uino macerata oleo decoque, &

ubi

ubi colata fuerint inijce rurſum xylobalſami, & ligni caſſiæ, ſingulorum trientem, ſampſuchi, cymini, myrti, ſtyracis, maſtiches, cuiuſque quadrantem, opopanacis ſextantem, floris cyprini uncias ſex, æruginis unciam.

Olei amaracini compoſitio.

Inulæ campanæ libræ decem, ligni balſami libræ uiginti, cyperi libræ octo, floris rotundi iunci odorati, aſpalathi, herbæ ſabinæ, ſingulorum libræ octo, opopanacis, ſeminis amaraci, cuiuſque libræ duæ, olei præcipui honoris ſextarij duo, uini odorati ſextarij quinq;: alia quidem omnia primam iniectionem uino irrigata conſtituunt, ſecundam autem, herba ſabina, & illa quidem ſex horis decoquantur, hæc uerò tribus. Quidam autem etiam illam tingentes, ferruginis quadrantem adijciunt.

Irini olei conficiendi ratio.

Iridis, aſpalathi, cyperi, ſingulorũ libræ quinq;, ſucci panacis quadrãs, anchuſæ unc. duæ olei ſextarij triginta, aquæ ſextarij quindecim. Sunt qui ad hæc floris etiam iunci rotundi unc. ſex appoſuerint, caſſiæq; quadrantẽ, xylobalſami unc. ſex, nardi Celticæ unc. ſex. Omnia contuſa aqua & oleo diebus quinq; prius macerata in cacabo horis ſex, elixentur, & deponantur.

Crocinũ, in quo alterius etiam crocomagmatis cõpoſitio.

Habet olei acerbeſcentis amœni odoris libram, calami aromatici libras quinq;, myrrhæ troglodytidis quincuncem, cardamomi unc. ſeptem, crocі ex Cilicia unc. ſex: primam iniectionem habẽt calamus, & myrrha uino læuigata, prius repoſita uncia, piperis albi grana quadraginta, myrrhæ troglodyticæ denarius, cõtuſa & cribrata rurſum in pila contere, adiecta olei nardini libra: quo autem atrius reddatur medicamentum, nucum cortices combuſtos & contritos, in mortarium conijce, deinde opobalſami cochliaria tria, ceræ ſeſquilibram adijce.

De œnantharіorum præparatione, Cap. XXI.

OEnanthia non inde appellationem ſortita ſunt, quod œnanthen, hoc eſt, labruſcam ſuſcipiant (quoniam nonnulla œnanthe non recipiunt) ſed uinum ipſius, liliorum item flos nomenclaturam indidit. Cæterum œnantharіorum uſus à quibuſdam ſolius fragrantiæ & delitiarum gratia adhibetur, ita ut eis utentes, poſt lauacra perfundantur, menſæque ijſdem cum ſpongia abſtergantur. Cæterum recte utẽtibus etiam præſidia conferunt, tũ in diſſolutis, tum ſyncope oppreſſis, ſi roborantibus ſtomachum cataplaſmatis admiſceantur: his item qui ex morbo, maximè febrili reſocillantur & conualeſcunt, ſi poſt lauacrorum exitum toto corpore perfundentur, et naribus etiamdũ ſtirantibus adhibeantur, trahũtur nan-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Cyphi magnum, quod Iliacum, id est, Solarium cognominant, ex speciebus XXXVI.

Styracis, bdellij, myrrhæ, ladani, aspalathi, inulæ cãpanæ, cuiusque unciæ sex, nardi Gallicæ, folij, seminis cupressi, guttæ ammoniaci thymiamatis, pineæ nucis nuclei, splanchni, uel loco ipsius conchularum Indicarũ ingẽtium duæ, fructus balsami singulorum quadrans, cassiæ, ireos, seseleos, sphagni, cyperi, cardammomi, calami odorati, cuiuslibet quincunx, rosarum aridarum, croci, spicæ nardi, herbæ sabinæ, asphodeli radicis, alij uerò succi, singulorum triens, lacaphthi (est autem pini cortex) uel alterius Lacaphthon.
cuiusspiam arboris dodrans, costi, floris rotundi iunci odorati, cuiusq; sextans, baccæ iuniperi magnæ quadraginta, & paruæ quinquaginta, amomi, resinæ terebinthinæ, dactylorum purorum, cuiusq; libra, ficuum aridarum acinis exemptis, uuarum passarum à nucleis purgatarum, uniuscuiusq; libræ duæ, mellis despumati libræ quinq;. Posidonius autem uini quoq; odorati sextarios treis adijciebat.

Aliud Cyphi ex uigintiocto compositum, Seleniacum, id est, Lunare appellatum.

Bdellij, inulæ campanæ, singulorum septunx, rotundi iunci odorati sextans, sphagni quincũx, baccæ iuniperi exiles quinquaginta, cardamomi quincunx, aspalathi septunx, cassiæ fistulæ quincunx, spicæ nardi sextans, cyperi quincũx, radicis asphodeli, herbæ sabinæ singulorũ triens, seminis cupressi, nardi Gallicæ, malabathri, cũ folijs rosarum aridarum, cuiusq; quadrãs, costi, croci, singulorũ sextãs, ladani, myrrhæ, cuuslibet septunx, ischadum pinguium, uuarũ passarum uinaceis exemptis, uniuscuiusq; libræ duæ, nucleorum pineorum bes, resinæ terebinthinæ libra, styracis septunx, palmularum pinguium libra, mellis libræ quinq;, uini fragrantis quantum satis est.

Præparatio Mastucha, quod uocant nonnulli Masuaphium. Cap. XXIII

HAbet meliloti uncias decẽ, ligni balsami, aspalathi, herbæ sabinæ: myrrhæ, amomi, floris rotundi iunci odorati, foliorum lauri, myrrhæ stillaticæ, straycis, calami odorati, sampsuchi, singulorũ uncias duas, ireos quincuncem, folij, croci, uniuscuiusque unciam, opobalsami unciam dimidiam, gummi libram, rosarum siccarũ uncias sex, uini quod satis est.

De Pessis ex Antyllo. Cap. XXIIII

PEssi mulierum utero admouentur, sunt autẽ differentiæ eorũ generatim tres, alij nanq; emolliendi, alij uerò astringendi, alij denique uasa meatusq; reserandi uim obtinent. Emollientium in fœminarum

locellorum inflammationibus, hulceratione, perfrictione, ſuffocationibus, quum ſurſus uerſum uulua currere uidetur, auerſionibus, ac inflationib. de niq; uſus eſt. Conficiũtur aũt è cera Tyrrhenica, cyprino, ſuſino, pinguedine anſerina uel gallinacea, butyro inſulſo, reſina deuſta, medulla ceruina, fœnogræco, & id genus alijs. Aperientibus autem utimur, ubi menſtruam purgationem retentam prouocare, uel uteri conniuentiam aut compreſſionem ipſius emendare ſtatuimus. Fabricantur eiuſcemodi ex melle, artemiſia, dictamno, braſſicæ ſucco, glycyriza, liquore porri, ruta, ſcammonia, & conſimilibus. Aſtringentes autem contrariam facultatem, his quæ aperiunt, præſtant: muliebre nanq; profluuium comprimunt, laxum ſuſpenſumq; contrahunt uterum, & prolapſum reſtituunt. Aſtringentium materia iampridem capite de Collyrijs enumerata eſt. Oportet autem peſſi craſſitudinem ſtrimentoſam pauloq; craſſiorem efficere, deinde lana gracili penicillo tortili ex linteolis cõcerptis ſimili duplicata, medicamentum excipere, locellorumq; muliebrium ori apponere, quæ ſtuppam oblõgam propendentem habeat, quò facilè, dum uidetur, liceat peſſulum extrahere.

Peſſulus croceus, ad inflammationes, uerſiones, durities, & inflationes.

Accipe ceræ tracte, medullæ uituli, ſingulorum denarios ſedecim, medullæ ceruinæ denarios undecim, adipis anſerini denarios octo, adipis gallinacei tantundem, maſtiches denarios quatuor, œſypi pharmaci treis, mellis duos, croci octo, roſacei quantum opus eſt. Crocum lacte humano dilue.

Aureus & emolliendi uim habens peſſulus primi meriti.

Croci, hyſſopi, ſingulorum denarium, medullæ cerui denarios duos, reſinæ terebinthinæ, ceræ, adipis anſerini, cuiuslibet denarios treis, ouorum aſſatorum uitellos ſedecim, irini et roſacei, utriuſq; æqualimodo quantum ſatis eſt.

Peſſus Libanius, qui muliebres purgationes cit, & ad uteri affectiones eximie conducit.

Nardi unguenti unciæ ſex, ceræ Tyrrhænicæ quincunx, unguinis ſuſſini triens, adipis porcini nõ uteris quadrans, adipis anſerini & gallinarum, medullæ ceruinæ, unguenti amaracini, ſingulorum ſextans, ſeui tauri ni, reſinæ terebinthinæ, œſypi cuiuslibet uncia. Eliquantur in diplomate, quemadmodum omnes cæteri peſſi.

Enneapharmacus, id eſt, è nouẽ rebus cõſtans peſſus.

Roſacei unguenti, rhicinini, reſinæ terebinthinæ, ceræ, mellis, adipis anſerini & bouilli, medullæ ceruinæ atq; butyri, æquales partes.

Tiamus

†Tianus emolliedi ui præditus. Titianus

Habet ceræ uncias ſex, colophoniæ uncias quatuor & dimidiam, adipis taurini, guttæ ammoniaci thymiamatis, ſingulorum uncias quatuor. Guttam ammoniacam aqua diſſolue.

Peſſus cognomento Aegyptia.

Mellis, reſinæ terebinthinæ, butyri, roſacei, uel ſuſini, croci, cuiuſq; partem unam. In his autem quæ inflammatione uacant, et ſordidis, ferrugmis quoq; ſemiſsis inditur.

Gone ad concipiendum.

Habet butyri uncias ſex, œſypi pharmaci, medullæ ceruinæ, adipis anſerini & gallinacei, reſinæ terebinthinæ, aloës, ſingulorum quadrantem, ceræ Tyrrhenicæ unc. ſex, roſacei libras duas, myrrhæ, caſsiæ, uniuſcuiuſque ſextantem, ſpicæ nardi unciam, mellis quantum res poſtulat.

De Succedaneis, hoc eſt, quæ inter ſe commutantur medicamentis, ex monumentis GALENI.

Cap. XXV.

QVum in Alexandria mulier quædam (inquit GALENVS) graui morbo cum uitæ diſcrimine opprimeretur, lychnida mihi, quò laboranti ſubuenirem, poſtulaui: quæ quum ad manum non eſſet, niſi cõfeſtim lychnidis loco acanthij ſemine, cuius tum copia erat, uſus fuiſſem, mulier hæc ſuperis conceſsiſſet ab oris. Proinde amicorum precibus uictus hanc de ſubſidiaria reciprocorum medicaminũ commutatione expoſitionem iuxta alphabeti ordinem aggreſſus ſum.

A

ABrotani loco ſumitur Origanum.
Abſinthij, Abrotanum.
Acaciæ, Lentiſci ſuccus.
Acanthæ, † Ceraſiorum acanthi. ceratia
Acanthij ſeminis, Semen lychnidis.
Aconiti, Radix ireos ſylueſtris.
Acori, Aſari radix.
Acteæ, Glaucium, aut impuberis alui excrementum.
Actæ, Acantha.
Adianti, Aphroſelinum.
Adipis uulpini, adeps urſina.
Adipis ceruini, adeps anſerina.
Aeruginis ferri, excrementũ ferri.
Aethiopicæ oliuæ, Lachrymæ acaciæ partes duæ.
Agarici, Euphorbium.
Agrioſtaphidis, Dactyli Syriaci.
Alicacabi, Semen ſolani.
Aloës Indicæ, Aloës uiridis folia.
Alterci ſeminis, ſem. rubicanini, uel glaucij, uel ſtercus ibidis, uel lycium, uel centaurium.
Aluminis, ſal foſsilis.
Amianti, aphroſelinon.
Ammi, Anſius.
Ammoniaci thymiamatis, Propolis.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Colophoniæ, Rasura nauigij.
Comareæ, Ammoniacũ thymiama.
Corallij, Moly.
Costi, Cedrini fructus.
Cotyledonis, Anacardium.
Crinanthemi, Aphrodisium.
Croci, Crocomagma. (rini.
Crocodili adipis, Adeps canis ma-
Crocomagmatis, Aloë Indica.
Cymini, Semen brassicæ.
Cymini Aethiopici, Melanthium.
Cinaræ radicis, Radix aspalathi.
Cynosbati, Alicacabi semen.
Cyperi, Iuniperus magna.
Cypheos, Carica cremata.
Cucumeris, Anchusa.

D

Daphnidũ loco Serpyllũ aridũ.
Dauci seminis, Semen sij.
Dictamni, Saluia.
Diphrygis, lapis phrygius.
Dorycnij, Semen alterci.
Dracunculi, † Aphrosimum.

E

PRo Ebeno, Lotinum aridum.
Ebisci radice, Folia mori.
Elaterij succo, eiusdẽ herbæ succus.
Elelisphaco, Nepita.
Helleboro nigro, Radix papyri.
Eneaphyllo, Potamogitum.
Epithymo, Colocynthidis semen.
Ericæ fructu, Galla omphacitis.
Erini foliis, Fimus ibidis.
Erisei foliis, Mori folia.
Erucæ semine, Erysimi semen.
Erysimi semine, Struthium.
Euphorbio, Stercus palumbis.
Eupatorio, Cachmæpithys.

F

FEllis cameli uicẽ gerit, Fel ascalabotæ.
Fellis catæ muris ue Fel cameli.
Fellis hyenæ, Fel perdicis.
Fellis simiæ, Fel cameli.
Fellis uiperæ, Fel ichneumonis.
Fimi palumbini, fimus columbæ.
Fimi æluri, Fimus ichneumonis.
Floris salis, Sandaracha.
Floccium uini, Sandaracha.

G

GYmnasiorũ strigmẽtũ, Succedit gallæ.
Galbani, sagapenũ.
Gentianæ radici, Apij odorati rad.
Glichoni, Hyssopus.
Glycyrizæ succo, Sycamini succus.
Gongilidi, Heliotropiũ. (binus.
Gryphonis retrimẽti, fimus colum-

H

PRo hederæ succo, Persici succus.
Hedichroo, Amaracinum.
Humida pice, Succus panacis. Androsemon
Hyacintho, Flos ysateos.
Hyenæ adipe, Vulpis adeps.
Hyenæ felle, Fel perdicis.
Hyoscyami semine, Rubicanini semen.
Hyperico, Aneti semen. (men.
Hypocistidis succi, Acaciæ succus.

I

VIce Iontis, sumitur Attramẽtũ.
VIppuridis, Chamæpithys.
Iridis Illyricæ, Heleniũ odoratum.
Iteæ succi, Succus leisiatri.
Iunci odorati, Cardamomum.
Iunci rotudi, polygoni radix.

L

LAchrymæ papaueris, succus

mdr

mandragoræ accipito.
Ladani, Sampſuchum.
Lanariæ radicis, ueratri nigri radicem.
Lapathi radicis, Pyrethri radicem.
Lapidis pyritæ, Lapidē pyrobolū.
Lipidis phrygij, Lapidē argyriten.
Lapid. magnetis, Lapidē phrygiū.
Lapidis aſij, Lapidem gagaten.
Latbryridum, Granum cnidium.
Lepidij, Erythrodanum.
Lepidij radicis, Folia capparis.
Leporis marini, Cancrū fluuialem.
Leucini floris, Struthion.
Libani, Ampeliten.
Ligni balſami, radicē uiolæ cādidæ.
Lini ſeminis, Fabæ ſuccum.
Loti ſeminis, Betæ ſemen.
Lybiſtici, Semen ſtaphylini.

M

PRo Malabathro, ſumitur Caſſia, uel nardus Indica, Tractylus.
Magneſena uitrea, Ptyelū Italicum.
Malis cotoneis, Melilotum.
Malua, Fœnogræcum.
Malo terræ rotundo, Malum terræ Longum.
Madragora, Oleæ lachryma.
Mandragoræ ſucco, Dorycnium.
Manna, Libani cortex.
Marſinati, liquor mori.
Maſtiche, iunci rotundi cortex.
Medulla cerui, Adeps cerui, uel medulla uituli.
Meliloto, Lotum ſylueſtre.
Melle, Defrutum ſapáue.
Melle Attico crudo, Mel aliud deſpumatum.
Meo, Myrobalanum.
Myrſinite, Succus mori.
Miſy cyprio, Rubrica pictorum. Cypria.
Muſcerdæ, Muſcæ tantundem.
Molibdæna, Spuma argenti.
Mororum ſucco, Rubi folia.
Myrobalano, Peucinum.
Myrrha Troglodytide, Calamus odoratus.
Myrti olco, Lentiſcinum.
Myrto, Succus mori.
Miſy, Succus Cyprius.
Miſy aſſato, Diphryga.

N

LOco nardi Syriacæ, Iuncus odoratus.
Nepitæ, Menta ſylueſtris.
Napyos, Gongylidis ſemen.

O

VIce Ocimi ſumitur Siſimbrium. Ocimoidis, Sylueſtris menta.
Oenanthes ſucci, Ampelini arboris.
Oeſypi, medulla uitili.
Olei rhicinini, Oleum laurinum.
Olei ueteris, Duplum olei coquitur cum adipe ſuillo uetere.
Oliuæ Aethiopicæ, Lachrymæ acaciæ partes duæ, (cus.
Oleæ lachrymæ, Hypociſtidis ſucOmphacis, Galla immatura.
Onocardiæ, Pſicolotanis.
Opobalſami, Succus myrſitini.
Opocarpaſi, Liquor myrti.
Opopanacis, Lac ſycamini.
Orizæ, Hordeacea farina.
Ormini, Lini ſemen.
Oenithogallorum, Anthalli.

Papa-

P

Papaueris locum supplet Mandragoræ succus.
Peristereonis, Chameleuce.
Picis liquidæ, Opopanax.
Pityocampæ, Vespæ in cedria.
Piperis, Zingiber.
Polij seminis, Semen erucæ.
Polypodij, radix Chamelææ, uel Chamæleontis.
Polytrichi, Absinthium.
Populi nigræ surculorum, sampsychus.
Propolis, Ladanum.
Psilij, Lenticula palustris.
Pterei, Cneori semen.
Pulegij, Hyssopus.
Pyrethri, Zingiber.
Pumicis, Terra Cretica.
Phu, Sphagnus.
Phuci, Anchusa.

Q

PRo Quercus uisco, Chamæleon.

R

LOco Rapæ, Heliotropium.
Radicis rumicis; Cimra.
Raphanini olei, Rhiciminum.
Resinæ piceæ, Resina terebinthina.
Resinæ colophoniæ, Apochyma.
Rhodœidis, Sinopis.
Rosarũ siccarũ, Persææ folia sicca.
Rotũdi iunci odorati, Cardamomũ, metallicum Aegyptium.
Rhu, Centaurium.
Rubi canini, uesicaginis semen.
Rubiginis ferri, Scoria ferri.
Rubrica pictorum, Misy Cyprium.
Rumicis, Pyrethri radix.
Recrementi plumbi, Helcysma.
Recrementi Cyprij, Atramentum metallicum Aegyptium.

S

LOco Sabini, accipitur Oleum rhiciminum.
Sagapeni, Pini resinæ arida.
Salamandræ, Lacerta uiridis.
Salis ammoniaci, Sal cappadocicũ.
Saluiæ, Nepita.
Sampsuchi, Rhus Megericus siccus.
Santonici, Abrotanum.
Sarapoidis, Radix pæoniæ.
Satyrij, semen Erucæ.
Scammoniæ, Crotones rhicini.
Schœni odorati, Cardamomum.
Schini, Polygoni radix.
Scillæ, Bulbus.
Scingi, Satyrium.
Scordij, Caput albi papaueris.
Scoriæ plumbi, Helcysma.
Scoriæ Cyprij, Melanteria Aegyptia.
Seminis hypocistidis, Tragacanthæ semen.
Sẽperuiui liquoris, Lactucæ succus.
Sepiæ testæ, Pumex.
Serpylli, Potamogiton.
Sesami, Semen lini.
Sesamoides, expressum amaracinũ.
Sinapis, Cardamomum.
Sisonis, Anisi.
Sisymbrij, Ocimum uel Basilicum.
Sparagi Lybicæ, Radix fœniculi.
Sphagni odorati, Rotundus iuncus odoratus cultus.
Sphecle, Sandaracha.
Sphodeli, Cypriæ cinis.
Staphydis satiuæ, Dactyli.
Stercoris uulturis, Fimus columbinus.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

notasq; quum pondera, tum mensuras significant, satius fuerit nos quoq; priscorũ uestigia in hac parte sequi, primitusq; ipsos characteres explicare. Principio igitur χ literæ quotiens α insidet, chalcum, hoc est, æreolum, eiusmodi figura χ^{α} portendit, si uerò ο incumbat choan, id est, cõgium signat, hoc modo χ^{o}. Si οι, chœnicem, χ^{oi}. Si η, chenam, χ^{η}. Cæterum litera K siquidem ε literam incumbẽtem habeat, cum obliqua linea inferius cornua secante, ceratiũ, id est, siliquã demonstrat, sic, K^{ε}. Sin υ supra K insideat, cyathũ, K^{υ}. Si ο, cotylam, hoc est, heminam, K^{o}. Quod si linea utrinq; in obliquum circumflexa nihil aliud circumstante pingatur, obolum ostendit, ↄ. Si geminæ, quas nihil circũstat, lineæ ponũtur, binos obolos significant, ↄↄ, qui gramma, hoc est, scrupulum faciunt, quod capitalis eius uocabuli littera, γ annexũ habẽs ρ, à recta quadã linea dissectũ significat, ʒ. Duæ autem lineæ copulatæ, atque altera extremitate in angulum flexæ instar K duorum cornuum ad rectam lineam spectantium, drachmam qui denarius est, ostendunt, ⊃, cui cognominis est quam holcam indigitant. Propriè autem holcam λ cui in medio litera ο adiecta est, portẽdit, hoc modo ⟑. At ubi ipsi λ appositũ ι est, libram declarat, λι. Nonnulli tamen per ipsius λ lineam per obliquum aliam lineam secantem, libram significant, ⅄. Porrò quum γ litera in ipso sui angulo ο adiacentem habet, unciam indicat, ʃo. μ uerò ubi in uerticis medio υ superimpositum habet, minam μ^{υ}. Sin υ habeat, mystrum, μ^{υ}. Si ε, medimnum, μ^{ε}. Si ο, modium denotat, μ^{o}. Cæterum τ cui ρ cum υ apposita est, triblion significat, $\tau\rho^{\upsilon}$. ξ supra se ε positum habens, xestam, id est, sextarium, ξ^{ε}. Si ο suprapositum, oxypaphum, id est, acetabulum ξ^{o}. Quidam uerò xestam per ξ literam recta linea sectã designant, ad hũc modum Ξ. Si η incumbit literæ μ, Heminã ostendit, sic, μ^{η}. π completens ρ, incumbente litera μ, Ceramiũ significat, hoc modo, $\text{R}\pi^{\mu}$.

De Ponderibus.

Mina Attica & Aegyptia	uncias continet	XVI
Mina Romana	Vncias habet	XX
Libra	Vncias	XII
Vncia	Drachmas, id est, denarios	VIII
Drachma	Scrupulos	III
Scrupulus	Obolus	II
Obolus	Siliquas	II
Siliqua	Aereolos II duasq; tertij partes Ita.	
Obolus comprehendit	Aereoleos	VIII

De liquidis mensuris.

Ceramium Italicum complectitur congios	VIII

Congius, siue Chus, Sextarios VI
Sextarius Heminas, quæ & tryblia dicuntur, II
III. Hemina siue tryblium magna Mystra III. acetabula uerò † IIII
Magnum enim Mystrum habet acetabulum I
Acetabulum continet Cyathum I9
Cyathus Chemas paruas, aut mystra parua II

Quod si ponderum liquidarum rerum mensuram dijudicare labor as, permulta quidem in examine suo deprehendes discrimina, quemadmodum in olei, uini, et mellis exẽplo explanabimus. Mel igitur grauius quàm uinum quarta parte ac decima est, quo fit, ut pars ponderis tantum nõ tertia melli accedat: habet etenim eadem uini mellisq; mensura totũ uini pondus, & insuper eius tertiam. Oleo uerò mel dimidia parte grauius est, cõplectitur enim totum olei pondus & eius præterea dimidium. Vinum uerò nona parte oleum grauitate excedit, totum nanq; ipsius pondus & nonam eius partem continet. Quæ res, ut dilucidior reddatur, omnium mensurarum pondus, formula subiecta, tanquam in tabula depicta, sigillatim subiungemus, ut quid hæc communiter dißideant, liquidò constet, liquores hosce, oleum, uinum, et mel, ex ordine ob oculos constituentes.

Italicum ceramium	Olei.	Vini.	Mellis
continet libras	LXXII.	lib. LXXX.	lib. CVIII.
Chus siue congius, lib.	IX.	lib. X.	lib. XIII. S
Sextarius, unc.	XVIII.	unc. XX.	unc. XVII S.
Cotyla, seu hemina, unc.	IX.	unc. X.	unc. XIII S.
Magnum mystrum unc.	III.	unc. III. scru. VIII.	unc. IIII S.
Acetabulum, drach.	XVII.	unc. II. scru. XII.	drach. XXVII.
Cyathus drach.	XII.	dra. XII. scru. IIII.	unc. II. den. II.
Mystrum paruum drach.	VI.	scrup. XX.	denar. IX.

Cæterum Oribasius secundum Adamantinum asserit sextarium quidem Italicum, mensura uini habere unc. uigintiquatuor, pondere uerò libram uncias octo: sextarium autem mellis librarum duarũ cum dimidia pondus complecti.

De Mensuris aridorum.

† III	Aegyptia Artaba continet	Modium	† I
	Modius Aegyptius & Italicus	Chœnices	VIII
	Chœnix complectitur	Sextarios	II
	Sextarius, semisextarios, quos & heminas nuncupant		II
	Hemina comprehendit	Cyathos	VIII
	Atticus Medimnus hemiecta, id est, Semisextarios		XII
			Hemiectum

Hemiectum siue Semodius continet Choenices IIII
Sic Medimnus continebit Minas XLVIII. *Sextarios* XCVI

Istiusmodi autem mensurarum pondus exprimere proferreq; expeditum non est, quod Aridarum rerum discrimina iuxta lancis momentum infinita existant.

Sales theriacos suum in locũ hinc reposuimus.

PAVLI AEGINETAE LIBRI SEptimi & postremi finis, ALBANO TORINO Vitodurensi interprete.

PONDERVM QVIBVS VSVS passim Interpres est, nomenclatura & expositio.

Duodecima pars assis	Vncia, Græcè οὐγκία.	I
Sextans	Vnciæ	II
Quadrans	Vnciæ	III
Triens	Vnciæ	IIII
Quincunx	Vnciæ	V
Semis, uel semissis, & selibra.	Vnciæ VI. uel lib.	S
Septunx	Vnciæ	VII
Bes uel bessis	Vnciæ	VIII
Dodrans	Vnciæ	IX
Dextans	Vnciæ	X
Deunx	Vnciæ	XI
As, uel assis, libra, pondo	Vnciæ	XII
Dupondo	Libræ	II
Trepondo	Libræ	III
Sescuntia	Vncia	IS
Semuncia	Vncia	S
Denarius	Drachma	ʒ

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Nos uerò pro λυτίσα, λύτινον legimus et uertimus. Eaq; rectißima & genuina, dubio procul, eſt lectio. Nam idẽ efficaciſs. ut balauſtium, in aſtringendo eſt. Cytiſus autem molitur contraria.

CAPITE VIII.

Oleo probè elixo.) *In Græco ἀπέφθα habetur, quod crudo interpretari poßit. Cæterum Suidas ἄπεφθον πολλάκις ἕφθον exponit. Alij πολλάκις καὶ μεγάλως ἕφθ), quod eſt, diſcoctũ.*

CAPITE X.

Cremor.) *Græcè χυλὸς, hoc eſt, ſuccus habetur. Nos uerò cremorem, pro ſucco, ſubinde poſuimus.*

CAPITE XXI.

Cæterum iam induendi.) *Elegantius erit: Antea uerò quàm ſe ueſtiant. Græcè eſt, πρὶν λύεσθαι μέλλοντα, amictus induturi. Vir magnæ autoritatis, Ingreſſuri autem balneum, interpretatus eſt.*

CAPITE XXVI.

In lauacro.) *Græcum exemplar falsò λυόμενος pro λουόμενος habet.*

CAPITE XXVII.

Abſterſorijs expurgandæq; cuti medelis.) *Græcè aliâs ῥύμμασι, aliâs ῥοφήμασι, habetur, quæ utraq; medicamentũ abſterſorium notant.*

CAPITE XXXVI.

Aut aniſi port.) *In Græco legitur ἄγνου, hoc eſt, uiticis, quod Venerem extinguere cõſtat, proinde ἄνισα cum Copo, quoniam Venerem ſtimulat, legere maluimus.*

CAPITE XLVI. FOL. XXVI.

Sinapi) *Sic in Græco quidẽ, ſed corruptè habetur. Σάπωνα Copus legit & reddidit. Et ita legendum eſſe ex Galeni loco, unde hæc ad uerbum tranſcripta ſunt, liquet.*

CAPITE LIIII.

Leuiterq; deambulare.) *In Græco legitur, καὶ βραχὺ κινεῖσθαι, quod eſt, parumper moueri. Vide num Oribaſium ſequutus, λευσθῆναι, id eſt, inanire, malis: Vt ſit, modicum euacuare prius.*

CAPITE LXXXI.

Doracia.) *Sic enim unicum habet exemplar noſtrum Græcum*

cum δῤῥάχια. Melius mihi uidetur, ut Copus legit, & exposuit ῥοδάκινα, id est, Rhodacena, quæ sunt mala persica.

CAPITE LXXXIII.

Vase æneo.) Lege, uase duplici, ad. &c. Græcum habet ἐν δὶ πλώμασι. Significat autem diplomata uas duplex, quod Chymici uulgo Balneum Mariæ appellitant.

CAPITE XCIIII.

Cæteris piscibus.) Lege, Ex cæteris uerò piscibus humidiores excrementi magis, & ad, &c.

ANNOTATIONES IN LIBRVM SECVNDVM.

CAPITE XII. FOL. LXXXI.

Minime uerò costali m.) Græcum nostrum exemplar habebat, οὐ πάνυ σαφὲς. Nos superstitiosi, noluimus locum mutare, & si corruptus uidebatur, Vnde Galenum, sed post festum, ut aiunt, accessimus, ac deprehendimus, ὀχ ἥκιστα, hoc est, maximè, legendum, libro περὶ αὐτίων σφύγμων quinto.

CAPITE. XIIII. VER. XVI.

Tenui alboq; affatim propinq.) Sic habet ad uerbum exemplar nostrum Græcum. Si quis maluerit Galen. imitatus οἶνος ἐγγὺς ἱκανῶς λευκὸς καὶ λεπτὸς substituere, per me licebit. Sonabitq; : præferens uini speciem admodum candidi ac tenuis.

CAPITE XVI. FOL. LXXXIIII.

Victusq; ratio suauior, aut succi dulc.) Ita γλυκύθυμος hoc loco pluribus conuerti, eo quod ambigam quomodo legendum sit. Nam ea non uidetur quadrare lectio. Sonaret enim Latinis, dulcis animi & mansueti suauisq; ingenij. Proinde arbitror, uel γλυκώθυμος, id est, uoluptarius nutricatus, & cuius subit esitandi prolubium, quasi oblectans animum, & ganeatum cibariũ: Vel γλυκύχυμος, quod est, dulcem succum generans, substituendum esse.

CAPITE XXVI. FOL. LXXXVIII. VER. XXXV.

Putrefactionem.) Σῆψιν enim legere maluimus, quàm ψύξιν

ψύξιν, quod est, algorem. Tu utrum mauis legito. Mihi postremum illud rationi magis uidetur cõsonum. Sentit quippe pituitam uitream rarius inuniuersum putredinem experiri, propter suum immodicum frigus, quod sua natura putrefactionem magis prohibet, quàm promoueat.

CAP. XXXIIII. FOL. XCIII.

Quæ sanè haud facile ullo medicamento elidi-tur.) Ita sanè ad uerbũ reddidimus, si quidem in exemplari nostro erat ἀνίατος, id est, curationẽ non recipiens, irremedicabilis. Vide num ῥᾴστ@, hoc est, sanatu facilior contrario sensu, nempe, quæ sanè facilius medicamento eliditur, legendum sit potius, id quod ratio sequens, ut uidetur, efflagitat.

CAPITE XXXVI.

Exertæ, mœrores.) Vbi typographi incuria scriptum est exercitæ, pro exertæ. Potest autem id quoq; in totum expungi, & mœrores modo legi. Græcum habet ἄσηροι. Nobis uidetur legendum ἀσήκοροι, quæ uox τὸν ἀκηδιασλικὸν, hoc est, qui præ tristitia animum despondet, significat.

CAP. XLI.

Neq; ex his quæ concoquuntur.) In Græco legerã falsò ποπομένων pro πεπινομένων, id est, ex his q̃ pota sunt.

CAP. XLIII I.

Absterg. est facies posca multo lacte temp.) In Græco exemplari, ἀπομαγίζειν δ' ἐι τὸ πρόσωπον ὀξυκράτῳ γαλακτώδει, quod est, frons posca lactosa abstergenda est.

CAP. LXXVIII.

Sed puls ex eo confecta.) Sic Marcellum, qui πολτὸς legit, non πλυτὸς, id est, ablutus, secuti, conuertimns. Tu quod mauis accipe.

ANNOTATIONES IN LIB. III.

CAPITE II.

Lixiuĩ luteſcentis.) Ita sanè λονίας πηλοποιηλικῆς (sic enim Græcum habet exemplar) reddidimus. Vbi uertendum fortassis erat, Lixiuij pilearium, hoc est, aquæ qua ab illis lauantur pilei. Legendum quippe, astipulante exemplari uetusto, πιλοποικῆς per ι à capite, ut sit, ὕδατ@ πιλοποιῶν, quod est, aquæ pi-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

CAPITE XXV.

Ireos aut ptiſanæ lomenti.) *Expunge uirgulam ante lomenti, & accipe lomentum pro trito, feſtiuius autem erit, ut eius loco ſubſtituamus, freſæ, ut legatur, ptiſanæ freſæ, quod eſt fractæ.*

CAP. XXVI. FOL. CLXXIII.

Quatuor. Ad hæc gingiuis.) *Lege quatuor: ad hæc gingiuis etiam conducit. Linamentum, &c. Nam ad præcedentem compoſitionem ſpectat, ad hæcgingiuis, etiam cond. Orditúrq; alia ſententia (quam ita legas.) Linamentum è pur. ma. quod uiperæ collo circũdatũ eam ſtrangulauit, deinde pro amuleto adalligatum eſt, mirum quodammodo quantum o.*

CAP. XXVIII. FOL. CLXXVIII.

Oui in adipe toſti croceum.) *Melius forte erat, ζὺν ſταπίῳ, in fermento uertere, quàm in adipe. quoniam apud Aëtium libro octauo cap. XV. ζὺν ζύμῃ, quod eſt in fermento, in eadem confectione, pro ζὺν ſταπίῳ legitur. Et ſταφὴ aliâs unde ſταφύλου uox deriuata eſt, fermentum aut cruſtam ex panificio & opere piſtorio, aut farinam aqua ſubactam, denotat.*

CAP. XXIX. FOL. CLXXIX. VER. XXX.

Partes quatuor, ſpumæ nitri, &c.) *Sic Venetum habuitexemplar, uetus autem ita habet: Sph.c. Partes quatuor, auripigmẽti pars una, floris iũnci rntũdi odorati partes duæ, halcyonij pars una, ſpumæ nitri partes duæ.*

CAP. XLV. FOL. CCIX.

Cerotaria ex œſypo loto,) *Quum hic in Paulo locitum in alijs omnib. frequentiſs. ὀσσωπος falsò pro οἴσυπος expreſsum eſt. Nos bonã eorum partem, licet nõ undiq; admoneamus, reſtituimus, ſicubi tamẽ animaduerſum pro incuria nõ ſit, Tu ſtudioſiſsime lector lectionẽ habeto ſuſpectã, ubicunq; occurẽt ὀσσώπου & οἰσύπου uocabula et acurate penſitabis utrum ex his duobus, præſenti & ſubiectæ rei congruat. Solent. enim: paſsim hæ uoces apud Græcos & Latinos medicos ob ſimilitudinem mutuo ſupponi.*

CAP. LII.

Aſellorum qui per domos rotundi oberrant.) *ὄνι σκωλ κυκλικιδίων τ σφαιρωμένων. id eſt, aſelli, qui tacti in orbẽ ſe conduplicant contrahuntq;, & ſinuoſo uolumine circinati repunt, ſub hydrijs & humectis ædium parietib. atq; feneſtris, &c.*

CAP. LIX. FOL. CCXXVIII. VER. XIIII.

Cadmiæ & piperis.) *Hoc enim in loco in Græco exemplari κασσίτερος ſο. ϛ. falsò nimirũ habetur, pro κασσίτερος κεκαυμένης ἢ πεπλυμένης, hoc eſt, Cadmiæ crematæ et ablutæ. Hic error etiam inferius admiſſus eſt.*

CAP. LXI. FOL. CCXXXII.

Et auferatur denuo.) *Sentit enim nõ multũ ſanguinis detrahendũ, ſed pluſquã ſemel auferendũ, ſi ad primã ſectionem menſes non reſpondeant. haud enim euacuare, niſi per accidens tantũ uult. Nam prima intẽtio eſt, ſanguinẽ proritare, ut in eã partem incumbat, per quam τὰ περίττωματα egerantur.*

CAP. LXXIIII. FOL. CCXLVI.

Liquida pice.) *Lege, ſero picis. Sic enim picis florem, uel piſſæum appellare uidetur.*

CAP. LXXV. FOL. CCXLVII.

In uitĩ uerò relaxationibus fluor dolore uacans, ſubliuidus ſtiriatim excernitur.) *Græcũ habet, Ἐν δὲ τοῖς λείμμασι, ῥῦσιν καὶ ἀνάλγητον, ὑποπέλιον, καὶ γραμμώδη. Sic etiam legit Benedictus. Nam ſic eundẽ locũ citat. Cæterũ ſi ῥῦσιν loco, ῥυσλὸν, id eſt, rugoſum legatur, haud erit puto abſurdũ, ut ſenſus ſit, Per mali inſultus excreſcẽtia dolorifica, cruenta, & rubra. Remiſſionis uerò tẽpore in rugas cõtrahitur, & doloris expers eſt.*

ANNOTATIONES IN LIB. IIII.

CAP. I. FOL. CCLXVI.

Vel ſcillæ ſeminis.) *In Græco eſt, ἢ σκίλλης πόδι. uoce corruptiſsima. Non uidebatur multũ à ratione alienum eſſe, ſi pro ea σωρίτου legeretur. Vel quod præſtat utiq; πεπλημμύρης, quod eſt, lauatæ. Vtrum magis arriſerit, arripito.*

FOL. CCLXVII.

Faſciis item amplius luctando.) *Ita reddidimus, quod exemplar Venetum habebat, ἀγκτῆρσι, perperam fortaſsis, pro*

ἀλκτῆρσι,

ἁλκτῆρσι, id est, halteribus, qui fuerunt plumbeæ massulæ uel lapideæ, aut aliquo ex metallo conflatæ, quibus supernæ partes exercentur in gymnasijs. De hoc exercitij genere Gal. lib. de tuenda sanitate secundo & quinto. Videtur aũt sensus esse ad uerbũ: Exercitetur aũt Elephanticus uarie, partim saltu, partim & quidẽ amplius halteribus ac follis usu.

FOL. CCLXVIII. VER. VI.

Myrrha.) Sic habet exemplar Græcum, tu uide num commodius legatur myrto.

CAP. XLVI. FOL. CCCVI.

Plumbi deusti & eloti.) In Græco legitur μολίβδ κ' τῆ πεπέρι, quod est, plumbi deusti & piperis, nos pro πεπέρεως, πεπλυμμένου legendum duximus: quoniam piperis hic nullus est usus, & error hic non infrequens est apud Gal. & Aeginetã.

CAP, LIII. FOL. CCCXI.

Quod si ocyus quidem carne imp.) Ita legitur in Græco. Nescio an contrarium uero similius sit: puta, Si non ocyus carne impleatur, αὐλυσίματ& periculum imminere.

CAP. LXIX. FOL. CCXLI.

Eruptiones autem sang. uul. le.) Græcum exemplar Venetũ habet ad hunc modum, τὰς δὲ αἱμορῤῥαγίας, ὥσπερ τὰς αἱμορῤῥαγίας τῆ τ ῥ ῦ. Nullo, ut uides, sensu: proinde nos ex priore αἱμορῤῥαγίας fecimus, αἱμορῤῥοΐδας, id quod in totũ nunc uidetur expungendum, ut legatur in Græco, τὰς δ' αἱμορῤῥαγίας, ὥσπερ τῆ τ ῥ ῦ, quod est, sanguinis effusionem & muliebre profluuium, &c. Sequere quod uoles lector amande.

ANNOTATIONES IN LIB. V.

CAPITE XVI.

Breuia omnino strigosaq; red. corp.) In Græco est, βραχέα δὲ σωστελῶς τῆ συνὰ πεφύκοσι τὰ σῶματα. Sensus est, in breuia plane & in arctum contrahuntur laxitates, hoc est, partes laxæ et corpora rara. Nos simpliciter reddidimus, corpora. quoniam & Dios. simpliciter habet σώματα, & nõ σωμάτια.

CAP. XXVIII. FOL. CCCXXXVIII.

Haudquaquam cæteræ postea qualitates à stomacho apprehendunt.) Alias: Facilius cæt. postea qual. à st. ap.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ADNOTATI.

læuis ac plana, ubi legendū nimirū erat ἑλεῖα, quod eſt, paluſtris.

FOL. DXXXVII. VER. IX.

Stomachicis & hep. facult. confund.) *Quū hoc in loco tū aliâs ſæpenumero facultatis uocabulo pro cōfectura & cō poſitione uſus eſt. Et ueteres δυνάμεις, hoc eſt, facultates ſeu potentia, ſuas confectiones minime inefficaces nuncupauerunt.*

FOL. DLXXI. VER. XXXIIII.

Fecis uini deuſtæ.) *Græcum exemplar ita quidem, ſed falſò nimirū, pro σφεκλὸς λεκαωμένου, pro φελλὸς λεκαωμένος, quod eſt, ſubæris deuſti habet. Eo quod tota inde compoſitio nomenclaturam obtineat.*

CAP. VIII. FOL. DLI. VER. XVIII.

Polij.) *In Græco enim exemplari noſtro, quod unicū ad manus fuit & corruptiſs. πολίος habetur. Apud Gal. uerò φύλλος, hoc eſt, folij legitur. Ibidem, lege: Succum uerò pa. atq; ſag. myrramq; contuſam malit. in pi. per no. mac. d. l. arida injcito, melleq; optimo excepta, in, &c.*

ERRATA.

Pagina 1. uerſu 1. lege, Pauli Aeginetæ in ſuos de arte medendi libros Præfatio, &c., 8. graueolentia. 16 Antea uerò quàm ſe ueſtiant, pro, Cæt. iam ind. 65. & febres., 30. uer. 23. felleumq; magis. 53. uer. 31. uaſe duplici, ad. 57. uer. 94. cæteris uerò piſcibus. 70. 2. ſuminis. 94. ſitibūdæ, mero. dele, exercitæ. 104. exhibebimus. do racinorum, lege, pro dorycnij. 130. ruta. 142. ferramētis exilibus. 135. entheaſticis. 143. 14. in ſuperciliorum uerò reſolutione, palp. 168. 21. Ireos aut ptiſanæ freſæ ſin. 173. 24. quatuor: adhæc gin. etiã conducit. Linament. &c. 179. 30. partes duæ. 192. elaborata difficilium. 194. rhus hyriaci. 211. 32. friatus. 217. 21. myſtro. 224. magnetis cæruleo colore. 231. Anū. 232. ſaluiæ. 236. cruciatu uexantur di. 280. poſc. gel. imbuta complectantur. 304. 5. uel. 305. 34 expunge, lachrymæ & uirgulam. 315. curuatura. 319. caſia, pacatia. 333. 31. breuia omnino ſer. 458. 14. lang. inchoante. 488. 9. prompt. bilem cō uertitur. & 6. inſigne. 517. 13. compeſcunt. 523. 24. ſarxiphages. 518. 27. ut ille in aceto elixus, dentiū cruciatus leniat, hi uno aduſtiones ig. 449. 5. potiſſimè. 531. 19. Succū uerò patet, ſi myrrhamq; cō tuſum m. in p. p. n. ua. deinde læuig. arida injcito, melleq; opt. except. in, &c. 574. 9. catapaſmata,

BASILEAE, PER BALTHASAREM LASIVM,
Menſe Auguſto. Anno M. D. XXXVIII.